GEOGRAPHI GRÆCI MINORES.

VOLUMEN PRIMUM.

OPUS VENIT

<table>
<tr><td rowspan="8">Apud</td><td>AUCTOREM, in via Neuve des Petits-Champs, n.° 12....................</td><td rowspan="4">Lutetiæ.</td></tr>
<tr><td>BOSSANGE fratrem....................</td></tr>
<tr><td>TREUTTEL et WÜRTZ............</td></tr>
<tr><td>DUFART........................</td></tr>
<tr><td>ADOLPHE BOSSANGE.............</td><td rowspan="2">Lipsiæ.</td></tr>
<tr><td>TREUTTEL et WÜRTZ............</td></tr>
<tr><td>BOSSANGE patrem....................</td><td>Londini.</td></tr>
<tr><td>WILHELM GRÄFF..................</td><td>Petropoli.</td></tr>
</table>

GEOGRAPHI GRÆCI
MINORES.

HUDSONIANÆ EDITIONIS ADNOTATIONES INTEGRAS
CUM DODWELLI DISSERTATIONIBUS
EDIDIT,
SUASQUE ET VARIORUM ADJECIT;
TEXTUM DENUO RECENSUIT, ET VARIAS LECTIONES SUBJECIT;
VERSIONEM LATINAM RECOGNOVIT;
COPIOSISSIMIS DENIQUE INDICIBUS,
AC TABULIS IN ÆRE INCISIS,
INSTRUXIT

JOANNES FRANCISCUS GAIL.

VOLUMEN PRIMUM,

CONTINENS

HANNONIS ET SCYLACIS PERIPLOS.

PARISIIS.
REGE CHRISTIANISSIMO ANNUENTE,
TYPIS REGIIS EXCUSUM.

M. DCCC. XXVI.

JOANNI . BAPTISTÆ . GAIL

OPTIMO . PARENTI . SEMPER . VENERANDO

REGIO . LECTORI

LITERARVM . GRÆCARVM . APVD . NOS

SOSPITATORI

HOC . OPVS . ÆTERNÆ . PIETATIS . MONIMENTVM

FILIVS . J. FR. GAIL

D . D . D.

LECTORI EDITOR.

JAMDUDUM Hudsoniani operis, cui titulus: *Geographiæ veteris scriptores græci minores* &c..., penuriam et caritatem nimiam querentibus viris doctis, dictitantibusque multa deesse in hoc opere, quæ ex hodierna doctrina suppleri possent, compluribus in mentem venerat novum Geographorum minorum syntagma componere. *Id jam* ante Hudsonum adgressus fuerat Lucas Holstenius (1), etpost Hudsonum Bredowius, qui amplam e diversis bibliothecis materiem edendæ editionis collegerant. Sed quod ad Holstenium adtinet, fere omnia quæ commentatus fuerat, inedita interierunt; Bredowius quoque imperfecto, imo vix incœpto opere, mortem cum vita commutavit. Etenim, nisi forte me rumor fefellit, devenerant Bredowii schedæ in manus viri eruditi Spohnii, Lipsiensis professoris, qui sæpius pro thesauro carbonem invenit. Ut ut est, Spohnius nuper item defunctus telam interruptam reliquit, quousque perductam nescio. En ego, tamquam ἔφεδρος, eamdem Spartam ornare adgressus, similis iterum susceptæ editionis primum volumen

(1) Cf. Epistol. Holsten. Peirescio, scriptam in comitis Fortia d'Urban *Plan d'un atlas historique*, pag. 270, et in Lucæ Holsten. *Epist. ad div.* ed. Boissonado, pag. 51, sqq.; cf. *ibid.* pag. 97 et 101.

in lucem edo, specimen laboris, solos Hannonis et Scylacis Periplos sistens, cum integris Hudsoniani libri commentariis, adjectisque Dodwelli dissertationibus (ne quid desideretur); quibus ego variorum curas et meas adjungo; tabulas quoque geographicas in ære incisas addidi.

Jam quod ad summam propositi mei spectat, non ita multa prænuntianda sunt: nempe in edendis geographis variis, seriem chronologicam potius sequar, quam geographicam; nec quidquid generale in scientia est, ponendum esse ante partam cognitionem generalium rerum judicavi. Quantum tamen fieri poterit et series rerum postulabit, communis argumenti vicinitatem servandam curabo.

Hannonis et Scylacis codicibus manuscriptis deficientibus, nihil nisi Hudsonianum textum operis exscribendum tradere potui, sed ita, ut certissimas vel verisimillimas emendationes reciperem, ne viri docti me legitimas editoris partes deseruisse, vel ignorasse merito arguerent, qui geographicam criticam nonnihil pro virili parte promovere non conatus fuissem. Attamen, quia fieri potuit, ut inter sanandum manus laberetur, aut erraret, quo viri periti de ea, quam adhibui, medicina certius dijudicarent, quascumque pristinas exterminavi lectiones, caute et religiose in adnotationibus textui subjectis semper repræsentavi, et insuper de iis lectorem admonui.

Codicem, ex quo Hannonis Periplum Gelenius olim ediderat, Bastius, vir in palæographia princeps, diligenter recognovit (1). Codicem vero Scylacis, nunc Romæ reportatum, unde Hœschelianus idem ac Hudsonianus textus manat (2), ut conferretur, per literas Romam scriptas semel ac sæpius petieram; sed nimia facta respondendi mora, et prelo sudante, in has angustias redactus sum, ut vulgato tantum textu copiisque jam editis uterer. At, sperato auxilio destitutus, non ideo justam hujusce libri edendi facultatem amisisse arbitror: quamquam laudata recognitione frui libenter admodum voluissem.

Habet libellus quisque suas explanationes dissertationesque necessarias; sub finem hujus voluminis copiosos indices adnexui: nihil igitur peculiare est, de quo, lector benevole, te monitum velim, nisi quod sæpe *nova addenda* in Scylacem adeunda sint, quæ inter preli moram crebra adjicere contigit.

Viros doctos, ut his meis studiis et conaminibus, quæ quam sint tenuia ipse intelligo et confiteor, benigne favere bonique consulere velint, candido et ingenuo animo rogo et obtestor, necnon ea bene multa in quibus a vero aberraverim, condonare; atque considerare in hujusmodi labore ad meras conjecturas sæpe re-

(1) Cf. mox not. 37 ad Hann. pag. 139.
(2) Cf. notit. editt. infra, p. 227.

currendum fuisse, deficiente solita edendorum librorum supellectili critica : denique, prioribus eruditorum Salmasii, Isaac. Vossii, &c... curis, emendationum certissimarum copiam fuisse quasi præreptam, ita ut supersit tantum, quod dubitationem prope dicam infinitam in conjiciendo adferat.

Hæc fere hodie dicere habui. Absoluto syntagmate, generalem præfationem adfigam, qua res non modo ad singulos, verum etiam ad universos scriptores pertinentes, complectar. Neque tamen illud nunc silentio præterire queo, nempe quantum viri humanissimi Longuevillii (1) doctrina et amicitia mihi profuerint in edendo hoc volumine, quod imperfectum sane, sed longe imperfectius hodie exiret, nisi vir literatus meique amantissimus, multa non minus diligenter quam acute castigasset.

Ad extremum, viros doctos, quibus hoc genus studiorum arridet, impense rogo, ut de iis, quæ ad meam rem spectant, humaniter me moneant, adjumentaque doctrinæ suæ et consilia impertiri mihi velint; quidquid accipiam, suo auctori fideliter in edendis semper grateque referam.

Scribebam Parisiis ante diem secundam mensis Januarii, anno M. DCCC. XXVI.

(1) Isocratis *Panegyr.* editoris, et *Orationum ex histor. græc. excerptarum.*

EPISTOLÆ

ET PRÆFATIONES

PRIORIBUS EDITIONIBUS PRÆFIXÆ.

Sigismundus GELENIUS (1) Anselmo EPHORINO, medico, S.

COMPLURES Græcos oram orbis habitabilis, maritimarumque regionum lustrationem, quam illi περίπλουν vocant, scripsisse, vel ex indice Plinii clarum est : qui tamen omnes nunc desiderantur. Quare ne hac quoque cognitione studiosi diutius careant, en prodit ex officina Frobeniana Flavii Arriani in hoc genere scriptum sane accuratum. Is Romani quidem fuit generis, sed Græca eloquentia Græcis ipsis non inferior : ac Cappadociæ præses sub Adriano, ut Spartianus refert, eam provinciam ab incursionibus barbarorum gnaviter tutatus est. Hanno vero simile argumentum eo majori fide tractavit, quod ipse ei navigationi non interfuit solum, sed præfuit : nec Plinius eum testem aspernatur. Et hos quidem duos, vel ob ipsorum vetustatem et argumenti raritatem, vel quod hoc sæculo adeo non in publico visi, ut ne expectati quidem sint, gratiam apud lectorem habituros facile addúcor ut existimem. Cæterum Strabonis excerpta compendiosa brevitas commendabit. Plutarchum vero hunc, Chæronensem illum non esse stilus satis arguit; et alioqui titulus nudum Plutarchi nomen habet : attamen hunc quoque ex

(1) Primus Hannonis et aliorum geographorum editor. Basileæ, anno 1533.

vetustissimis quibusque sua hausisse, crebra auctorum citatio declarat. Hos omnes sub tuo nomine, Anselme jucundissime, in lucem prodire, mutuæ nostræ benevolentiæ monumentum, visum est et tibi fore gratum, nec ab officio nostro alienum. Vale.

Nobilissimo et amplissimo viro, J. G. HERVUORTO, David HOESCHELIUS August. S. P. D.

QUÀM insignis sit tabularum geographicarum usus, cùm aliunde constat, vir magnifice, tum vel hinc maximè, quòd Athenis olim in certo urbis loco πινάκια id genus publicè suspensa extiterunt. Longè autem uberior ad omnem posteritatem ex illorum monumentis fructus redit, qui regionum et locorum quorumcunque, non picturas nudas, sed descriptiones historicas reliquerunt: neque id solùm, verùm etiam, quibus populis qui mores, quæ ingenia fuerint, accuratè adnotarunt. Cujusmodi eruditæ antiquitatis ἀναγραφαί posteaquam in nobiliss. M. Velseri, septemviri nostri, manus inciderunt, primo eas quoque tempore imprimendas esse censuit; non nescius historiarum et imprimis geographiæ scriptoribus plurimum inde lucis adferri posse. His quum tuus etiam codex, vir amplissime, nonnusquam corrigendis, lacunisque explendis, subsecutus servierit; quumque horum non minus, quàm aliorum studiorum, perquàm sis ut amans, ita peritus; tuo nomini hæc cimelia nuncupare visum est. Prorsus enim mihi persuadeo, te, qui hactenus benevolentia tua complecti me dignatus fueris, horum libellorum, quibus vetustas atque eruditio auctoritatem conciliat, a me nunc primum editorum patrocinium

haud gravate suscepturum esse. Benè vale, literarum Mæcenas, et nostris conatibus favere perge. XIV kal. septemb. A. S. N. M. DC. Augustæ Vind.

Isaacus CASAUBONUS Davidi HOESCHELIO S. D.

O lætum nuncium, quem tuæ mihi literæ nunciarunt! Itane! geographica illa πολυτάλαντα, certe πολλῶν, si quid judico, ταλάντων ἄξια, proximo mercatu habebimus! Quantum alii eorum editione se tibi debituros existimaturi sint, non scio: ego profiteor magnum eum accessurum cumulum tuis in nos meritis. Macte, mi Hoescheli, hoc animo et diligentia ista. Opus nostrum cum superioribus diebus in ipso penè portu naufragium facturum esse videretur, tandem eò redactum est, ut, faciente Deo, post octo dies nihil futurum sit nobis cum illo, quod quidem ad hanc editionem attinet. Quæ eo minus grata nobis futura est, quod prolegomena nostra, quia paullo erant uberiora, edi nunc non potuerunt. Sed hæc proximis literis. Vale, amicissime vir. Lugduni, nonis aug. CIƆIƆC.

Reverendo admodum in Christo patri ac honoratissimo domino D. NATHANELI, Dunelmensi episcopo, et baroni CREWE DE STENE.

HAUD sane fuit, amplissime præsul, cur dubitarem, cui hoc quicquid est operis dicari oporteret: cum tibi (quod tristi adeo fatalique literis tempestate lætum in primis accidit) non una de caussa offerri debeat. Auctores si respicis, qui oris omnibus maritimis perlustratis sui monumenta literis mandarunt; illi merito

sibi videntur tui vendicare patrocinium, qui antiquò illo antistitum Dunelmensium jure thalassiarchæ titulo gaudes et honore; sperantque futurum, ut, post tabulas votivas potenti maris domino suspensas, non sit quod ullam deinceps metuant injuriam; sed tui favoris aura freti, eadem felicitate ora hominum pervolitent, qua maria omnia circumvecti fuerunt. Nec plane indigni sunt qui ad te, natalium splendore, animique et loci celsitudine conspicuum, se recipiant; si quidem is, qui agmen eorum ducit, regia, ut fertur, majestate in illo decoratus fuerit imperio, quod Romano olim ambiguam fecit victoriæ palmam. Mei autem si impræsentiarum ratio habeatur, non deerat profecto quod et me ad hoc qualecunque nuncupationis officium valde impulerit. A multis quidem annis vehementi flagravi desiderio publice testificandi, quantum SKIRLOVIO magno tui antecessori acceptum debeo: cujus in me beneficiorum ea est magnitudo, ut iniquus prorsus sim, si non illa perenni cultu recognoscam; ingratus, si non omni loco et tempore præclara ejus in mea studiola merita prædicem. Ecquando autem magis opportune, quam cum de opere cura mea utcunque perpolito tecum agere necesse habeam? aut cujus potius in sinum grati memorisque animi testimonium deponerem, quam illius, cui datum est eamdem implere sedem, eademque premere vestigia? Accedit, quod verebar ne in literis humanioribus inaniter operam collocasse viderer, si in iis aliquamdiu versatus, illum literatorum parentem, te eorundem fautorem optimum non suspicerem et venerarer. Hæ mihi caussæ, cur ex umbra et secessu (pietatis obsequio potius, quam cultus elegantia spectandus) in lucem conspectumque tuum prodierim: quas si, pro tua illa admirabili humanitate, benignus audies, tum vero mihi et ipse plurimum gra-

tulabor, quod salutem et incolumitatem scriptoribus istis adferre licuerit, qui e rei literariæ naufragio quasi emerserunt; quodque simul oblata mihi fuerit occasio palam omnibus testandi, patronum mihi contigisse literis instaurandis natum, illi vero successorem instauratis tuendis augendisque unice comparatum.

Amplitudinis tuæ cultor devotissimus

JO. HUDSON.

Lectori JO. HUDSON S. D.

EN tibi, lector, particulam operis istius, quod nonnulli, in veteri geographia exercitatissimi, jam pridem polliciti sunt: negotiis tamen aliis vel fato præpediti, voti nos compotes non fecerunt. Utinam aut illi fidem liberassent, ut majori cum fructu et voluptate rarissima hæc antiquitatis monumenta perlegeres; aut mihi quoquo modo licuisset schedas eorum oculis usurpasse, ut minori saltem cum tædio processisset hæc, quam suscepi, Geographorum græcorum editio! Verum cum ita factum sit, ut illi, qui ad hoc ingenio valebant et eruditione, promissis non steterint; nec ipse auctoritate summorum virorum, quos literis interpellavi, nancisci potuerim Holstenii lucubrationes, aut Is. Vossii commentarium, quo Hannonem et Scylacem fertur illustrasse, reliquum erat, ut, sine illo apparatu, iis solum, quæ ad manum fuere, præsidiis instructus, Spartæ huic ornandæ memet accingerem.

Amicis ideo in consilium adhibitis, scriniisque meis excussis, optimum duxi (postquam opus in tria volumina partiri decreveram) Περίπλων auctores præcipuos in hoc primum conjicere. Quod quidem, publice fide

semel obstricta, prout ferebant ingenioli vires, prelo paravi et commisi, loco auctorum cuique tributo pro ætatis ratione, qua ipsum floruisse credidi; donec clarior mihi lux affulserat ex dissertationibus plane luculentis, quas mecum communicare dignatus est summus ille rei chronologicæ arbiter, Henricus Dodwellus. Jam vero, peracto laboris improbi tædio, cum in eo sit volumen hoc ut edatur, quæ mihi dicenda supersunt (prolixius enim præfandi onere me levavit egregius dissertator) paucis accipe.

I. *Hannonem*, quem tibi primo offerimus, luci vindicavit Sigismundus Gelenius, Basileæ, anno MDXXXIII; sed quibus e latebris, illo tacente, nobis non datum est cognoscere. Latinam ejus versionem et annotationum specimen aliquot post annis adornavit Conradus Gesnerus, et in lucem exire jussit cum Joannis Leonis *Africa.* Hæc tandem omnia ad prelum revocavit Abr. Berkelius, Lugdun. Batavorum, anno MDCLXXIV, mantissæ loco additis Bocharti animadversionibus, ex secunda parte Geographiæ sacræ transcriptis.

II. *Scylacem* debemus curæ et industriæ Davidis Hoeschelii, qui scriptores bene multos e codd. bibliothecæ Palatinæ et Cl. Hervuorti cum notulis suis edidit Augustæ Vindelicorum, anno MDC. Interpretatum, et castigationibus doctissimis illustratum dedit Is. Vossius, Amstelod. anno MDCXXXIX, cum juvenis admodum esset, sed provectioris ætatis judicium nactus. Ultimus omnium Cl. Gronovius, optime de Græcia meritus ac porro meriturus, Scylaci manum admovit, et plurimis in locis pulchre emaculatum publico impertivit, Lugduni Batavorum, anno MDCLXXXXVII.

Henricus DODWELLUS HUDSONIO S. P.

COMPERTUM habes, V. C., quam sim vel uni oneri ferundo impar; et tamen, ecce, nova onera accumulas, ne quidem pensis pristinis ad finem perductis. Nondum absolvi quæ in tuum meditatus sum Thucydidem, et jam vocas ad Geographos. Facit nimirum tua illa in me benevolentia, ut, cætera æquissimus, sis tamen virium mearum arbiter parum æquus. Vides inde quam sim in rogatis tuis implendis tibi facilis, mihi autem ipsi durus. Non possum equidem tuæ vel amicitiæ quidpiam facile negare : et tamen habes præterea, quæ tecum faciunt hac in causa, alias quoque valentissimas apud me rationes; rei nimirum literariæ publicæ studium, et benevolentissimæ in me Academiæ. Utinam his etiam aliquatenus inservire nostra possent! Hoc ut assequar, ne quidem spem omnem prorsus adimunt tantillæ meæ vires : minuunt illæ quidem eam spem quæ ab homine pendet; eo tamen magis illam augent confirmantque quæ in Deo reponitur. Nos enim Deum colimus, qui humilibus dat gratiam, et potentiam suam maximam elucere facit in instrumentis omnium contemtissimis. Hac lege, cum Apostolo, mea infirmitate etiam gloriabor, dum faciet illa ad Dei gloriam. Vale.

ΑΝΝΩΝΟΣ,

ΚΑΡΧΗΔΟΝΙΩΝ ΒΑΣΙΛΕΩΣ,

ΠΕΡΙΠΛΟΥΣ.

HANNONIS,

CARTHAGINIENSIUM REGIS,

PERIPLUS.

Interprete CONRADO GESNERO*.

* Hanc interpretationem novus editor pluribus locis emendavit.

HENRICI DODWELLI

DISSERTATIO

DE VERO PERIPLI, QUI HANNONIS NOMINE CIRCUMFERTUR, TEMPORE.

SUMMA DISSERTATIONIS.

§. I. V. cl. Is. Vossii de hujus peripli antiquitate sententia. — §. II. Nihil habebant cum Perseo, aut cum Persei Gorgonibus, commune Hannonis Gorillæ. — §. III. Fabulam de Gorgonibus, multis post Perseum sæculis, primus excogitavit Hesiodus. — §. IV. Nullam historiam ob oculos habuisse videtur, cum fabulam de Gorgonibus comminisceretur, Hesiodus. — §. V. Gorgonum locus prorsus fictitius. Primi, post Hesiodum, sedem earum in Cyrenaica statuisse videntur. — §. VI. Juniores deinde alii ad Cyrenen aliam, in freto Gaditano sitam, Gorgonas retulerunt. — §. VII. Recentior prædictis sententia de Cyrene aut Cerne Atlantica, quam tamen sequitur Hanno. — §. VIII. Qui Cernen, vel Gorgonas, in oriente et Mari Erythræo statuerint, Hannone juniores erant. — §. IX. Sic tamen erit Hanno multo, quam volebat cl. Vossius, recentior. Et falsi etiam evictus, quod loca memorarit plane commentitia. — §. X. Suspectus erat, etiam apud veteres, Hannonis ille periplus. — §. XI. Nullum Hannonis vestigium in fluvio Gorgonum Palæphateo. — §. XII. Locum prope Cernen Hannonis nullum habere potuit Auno Palæphateus. — §. XIII. Nihil faciunt Phœnicum coloniæ extra Columnas Herculeas a Strabone memoratæ ad Hannonem. — §. XIV. Didone antiquiorem Carthaginem fuisse, non est verisimile. — §. XV. Committitur cum chronologia sacra chronologia regum Tyriorum. — §. XVI. Prædicta chronologia Tyriorum adstruitur e Josepho. — §. XVII. Inde annus colligitur quo fugerit e patria Dido. — §. XVIII. Inter olymp. XCII, 4 et olymp. CXXIX, quærendus est Hanno hujus peripli dux. — §. XIX. Collegam habuit hic Hanno Himilconem. In Agathoclis bello duces erant tam Hanno quam Himilco. — §. XX. Peripli hujus meminit Xenophon Lampsacenus. Sed ejus ætas incerta. — §. XXI. Primus meminit auctor operis περὶ

θαυμασίων ἀκουσμάτων, Aristotele ipso non multo junior. Forte Theophrastus. — §. XXII. Scylax non ex Hannone, sed ex antiquioribus Hannone Phœnicum periplis, sua hausit. — §. XXIII. Periplum post Hannonis mortem, sub illius nomine, confinxit Græcus aliquis Carthaginiensium studiosus. — §. XXIV. Periplus hodiernus a veterum periplo, qui sub Hannonis nomine confictus est, in multis admodum mutatus est.

---

§. I. V. cl. Is. Vossii de hujus peripli antiquitate sententia.

HANNONEM longe quam vulgo habebatur, antiquiorem censuit vir sane maximus, mihique, dum in vivis esset, amicissimus, Isaacus Vossius. Nunc enim illum ducem fuisse credidit in expeditione quam Phœnicibus tribuit Strabo, paulo post excidium Trojanum: nunc rursus facit adhuc antiquiorem, et Perseo æqualem, cæsæque a Perseo Gorgoni [1]. Proinde commentario perpetuo geographum hunc, quem omnium antiquissimum arbitratus est, illustrare decreverat. Hæc nos docent ingeniosissimæ illius in Melam observationes. Utinam fidem liberasset! edidisset enim et alias sententiæ suæ rationes, et multa alia procul dubio docuisset scitu dignissima vir geographiæ veteris peritissimus. Nunc illas tantummodo rationes illius compertas habemus, de quibus obiter, aliudque agens, monere dignatus est, dignas tamen quæ ad examen revocentur.

§. II. Nihil habebant cum Perseo, aut cum Persei Gorgonibus, commune Hannonis Gorillæ.

Perseo coævum fuisse suspicatus est, quod Gorgonis a Perseo detruncatæ historiam omnem ab hirsutis

[1] *De magnitud. Carth.* p. 52.

hisce Hannonis mulierculis emanasse crederet. Id si verum, sic Hercule ipso fuisset antiquior. Unde ergo mentio Columnarum Herculearum in ipso periplo? Aliquot certe epochis Hercule antiquiorem Perseum censet Clementis Alexandrini Thrasyllus[1]. Imo proavum Herculis maternum facit Diodorus[2]. Sed Gorillas, hirsutas hasce mulieres, appellatas testatur Hanno[3]. Non tamen habet cum Gorgonum nomine affine quidpiam illud nomen, ut censuit vir doctissimus. Gorillas illas appellabant, non Græci, ne quidem Pœnus ipse Hanno, sed interpretes Lixitæ. Vocem ergo Afram fuisse verisimillimum est Gorillarum, cum tamen Græca sit appellatio Gorgonum. Ego ne quidem res ipsas invicem affines fuisse suspicor. De pellibus Gorgonum hirsutis, nihil quicquam Græci mythologi. Ad vultus Gorgonum spectant omnia quæ in Gorgonibus horrenda fabulantur fuisse poetæ. Vultus enim nomine caput complectimur universum, quod fecere etiam veteres. Et sane ab oculorum acumine, et vultus torvitate, Gorgones appellatæ sunt, quæ duæ sunt hujus vocis apud veteres significationes, nihil habentes commune cum pellibus hirsutis. Sic ægidum *πρόσωπα* prima sua significatione denotabat vox Γοργόνες, ut ex Hesychio colligitur; inde pro ipsis usurpabatur clypeis. Ita Γόργεια προσωπεῖα Hesychio. Τὰ τραγικὰ πρόσωπα vel μορμολύκεια auctori *Etymologici magni.* Quod tragœdorum larvas designarit, usum illum a Doriensibus emanasse docet Suidas. Γόργεια (inquit) παρὰ Δωριεῦσι τὰ τῶν ὑποκριτῶν προσωπεῖα, τῶν ἀπὸ τῆς σκηνῆς τραγῳδῶν. Nihil ergo est necesse ut a barbaris vocis hujus originem arcessamus, cujus origo tam facilis peti potest ex usu Græcæ vocis inquilino. Sed ne quidem illud certum est, Persei temporibus ullas fuisse

[1] Ap. Clem. Alex. *Stromat.* I, p. 381, ed. Oxon. — [2] Diodor. l. IV, p. 151, D (c. 9). — [3] Hann. §. 9, p. 9, Huds.

Gorgonas. Nullæ erant certe unquam, quæ Persei temporibus propinquæ fuerint, historiæ Græcorum, ut alibi [1] observavimus; imo nulli, qui vel olim extiterint, poetæ. Fallitur autem vir doctissimus, cum ex historiis poetarum fabulas ortum duxisse censet. Id enim quo pacto fieri potuit, cum tempus mythicum historico antiquius agnoscat, apud Censorinum, Varro [2]? cum poetas Græcorum eorundem historicis antiquiores fuisse manifestum sit? cum historici, quo antiquiores sunt, eo sint etiam fabulis addictiores? Vel inde colligitur, vice versa, a poetarum fabulis ortum accepisse primos historiæ pedestris auctores; non autem ab historiis ansam accepisse poetas.

§. III. Fabulam de Gorgonibus, multis post Perseum sæculis, primus excogitavit Hesiodus.

Hæc autem de Gorgonibus fabula, quamvis Perseo a mythologis affixa, Persei tamen sæculo, multis etiam sæculis, recentior est. Primus enim illam excogitavit Hesiodus. Proinde alio Γοργῶ, cujus meminit Homerus, retulere grammatici. Hesychius: Γοργὼ, γοργότης. πέπλασται δὲ ὥσπερ τοῖς ἄλλοις ποιηταῖς, ὡς ζηλοχρύσω. Rationem hujus observationis addit illam, sententiæ nostræ plane congruam: Τὰ γὰρ περὶ τὴν Δανάην, καὶ τὸν Περσέα, καὶ τὰς Γοργόνας, Ὅμηρος οὐκ οἶδε. Hic sane se de Danae, ipsoque Perseo, dubium ostendit hic, quicunque demum fuerit Homeri scholiastes, pariter ac de Gorgonibus, ulline unquam in rerum natura fuerint, antea quam de illis fabulas comminisceretur Hesiodus. Perperam, si vera fuisset sententia magni Vossii, ansam poetas fabularum suarum e vera historia semper accepisse. Sic enim nihil obstitisset quominus Danae Perseusque

[1] *Prælect. inaug.* et Dissert. III, §. 2, *de veteribus Græc. et Rom. cyclis.* — [2] Ap. Censorin. c. 21.

Homero innotescere potuerint, cum tamen nondum Persei in Gorgonas expeditionem confinxisset Hesiodus. Nec porro ex historia, ut volebat vir scientissimus, barbara Gorgonas suas exsculpsisse Hesiodum; sed e vocis potius Græcæ etymo : docet idem Hesychius, vel potius antiquior aliquis, cujus scrinia compilarit Hesychius, Homeri scholiastes. Sic enim habet, paucis interpositis : Γοργείην, κεφαλὴν, ȣ̓ τὴν Γοργόνα, ἐκπληκτικόν, ἀλλὰ γοργότητά τινα ϗ φοβητικόν. Ἡσίοδος δὲ πλανηθεὶς, ἀνέπλασεν ἐκ τούτων τὰ περὶ τὸν Περσέα, ὅτι ἀπέτεμε τὴν κεφαλὴν Γοργόνος. Itaque necesse non est ut Hesiodo fuerit antiquior, qui Gorgonum meminerit ab Hesiodo confictarum. Hesiodum autem ad Thaletis tempora revocandum esse alibi[1] probavimus. Homero autem junior esse potuit, si recte observarit antiquior Hesychii lexicis grammaticus, Homerum latuisse illas Persei Gorgonas. Imo ex Homero, ex his nimirum Homeri verbis, Γοργείην κεφαλὴν[2], Hesiodo ansam fuisse docet Gorgonas confingendi. Sunt enim illa Homeri verba in Odyssea ; et proinde veteris cujusdam in Homerum scholiastis verba illa fuisse verisimile est, quæ in thesaurum suum retulerit Hesychius. Proxime nempe e Diogeniano fortassis emanarint, qui tamen ipse ex antiquioribus collegerit, qui lexica Homerica confecerint ante Diogenianum : vel Apione scilicet Alexandrino, vel Apollonio filio Archebii, vel Herodoto, vel ipso denique Aristarcho. Horum enim in præfatione ipse meminit Hesychius. Potius ergo colligendum erat, vice versa, si Gorgonum meminisset Hanno, longe illum recentiorem fuisse quam volebat præstantissimus Vossius.

[1] Diss. III, *de Cycl.* S. 7, 8. — [2] *Odyss.* λ', v. 633.

§. IV. Nullam historiam ob oculos habuisse videtur, cum fabulam de Gorgonibus comminisceretur, Hesiodus.

Huc sane convenit, quod Gorgonis nulla apud Homerum occurrat mentio; sed Γοργοῦς tantummodo, et Γοργίας κεφαλῆς: et quidem ita, ut animalium vultus in clypeis depingi solitos denotet. Erant autem illi torvi admodum, et proinde animalium maxime tremendorum, ut possent hostibus terrorem incutere; plerumque ergo ferarum. Sic ursi et leonis προτομάς legimus in clypeis Tydei et Polynicis[1]. Et Libycas etiam Gorgonas feras fuisse multi existimabant. Talem ergo προτομὴν (cujuscunque demum fuerit animalis) in Palladis ægide repræsentari solitam fuisse verisimillimum est. Et quoniam terrendi hostis causa tales προτομαὶ clypeis inserebantur, inde factum ut cujuscunque generis terriculamenta Gorgones appellarentur. Sed Gorgonis fabulam primus, ut vidimus, effinxit Hesiodus; vocabulo tamen nondum novato. Γοργοὺς[2] enim, non Γοργόνας, appellavit sorores illas, quarum unam Perseus interfecerit. Et situm illarum ponit ultra oceanum, nec longe ab Hesperidibus: non certe propterea quod insulas ullas ibi sitas in sui sæculi geographia haberet exploratas; imo illa potius de causa, poeticis fabulis magis idoneæ erant occidentis insulæ, quod minus hactenus innotuerant, quod minor etiam metus esset (propter nauticæ artis coævæ imperitiam), ne unquam vel posteris innotescerent. Ita certe ad hunc occidentis oceanum Herculis expeditionem in insulas Fortunatas retulerunt, quo ipsum in scypho[3] trajecisse fabulabantur, quem a Sole acceperit; ad eundem ἄντα ὑπὲρ

[1] Apollod. *Biblioth.* lib. III, cap. 6, §. 5, Heyn. — [2] Hesiod. *Theog.* v. 274. — [3] Apollod. *Biblioth.* l. II, c. 5, §. 10.

Θύλης; ad eundem sedes Beatorum, insulas nimirum illas ipsas Fortunatas; ad eundem, fabulam Platonis [1] de Atlantide insula, quæ major fuerit orbe cognito, quam tamen oceanus absorpserit; ad eundem juniorum Platone aliorum fabellas plane similes sub nomine Atlantiorum, a quibus ortum habuit situs Gorgonum, qua certæ regioni asserebatur, quem nihilominus pro vera venditat historia vir doctissimus; ad eundem denique et illam quoque Plutarchi fabulam de insula Ogygia. Ex his tot exemplis abunde manifestum est, receptissimum fuisse fabulatoribus, ut scenam fabulis ponerent in oceano, præsertim occidentali. Hæc vero fabula cur potius occidenti, cur etiam Libyæ assignaretur, erat præterea propria, et e rei ipsius natura petita ratio. Infernis enim numinibus Gorgonas accenset Maro [2]; proinde tenebrarum plagæ recte assignandas, ut bona numina lucidis assignare solent regionibus. Erat præterea monstris infamis Libya, eoque nomine portentosis hujusmodi clypeorum terriculamentis aptissima. Hæc, puto, habuit in animo Hesiodus, cum Hesperidibus propinquas Gorgonas fuisse statuit. Sed nondum Libyæ meminit Hesiodus. Ea tamen cum geographis antiquissimis partem orbis tunc noti tertiam designaret, junioribus autem partem Libyæ antiquissimæ duntaxat occidentalem; inde factum ut ætatis mythicæ res Hesperias in Libya quærerent primi navigatores, et quidem in Libyæ parte occidentali. Coævi enim Herodoto [3] Ægyptii Perseum in Gorgonas iter meditantem per Ægyptum eo in Libyam contendisse a majoribus acceperant. Sed ubinam sita esset Gorgonum regio, non ex historiis exploratis, sed e nautarum ratiociniis hausere juniores. Ita enim evenire consen-

[1] Plat. *Tim.* tom. III, p. 24 - 25. *Crit.* ib. p. 113, E. — [2] Virg. *Æn.* IV, v. 289. — [3] Herod. II, 91.

taneum erat in historia quæ originem a fabulis poetisque deduxerit. Id enim operam dederunt primi historici, ut fabularum sedes et origines, cum non possent ex antiquioribus, quæ nullæ olim extabant, historiis, saltem e conjecturis, quas pro verisimillimis habebant, assequerentur. Ita nulla prorsus est ratio, cur primis Græcorum historicis, in rebus ab ætate sua admodum remotis, fidem certam habeamus. Quod tamen fecit, cum quo nobis res est impræsentiarum, vir longe celeberrimus.

§. V. Gorgonum prorsus locus fictitius. Primi, post Hesiodum, sedem earum in Cyrenaica statuisse videntur.

Certe, quod ad hanc, in qua versamur, causam attinet, Gorgonum fabulam illis accenset Eratosthenes[1], quæ locis fictis adscriberentur, ne quidem ipso refragante Strabone: qua scilicet rebus Ilio, Pelio, Idæ adsignatis (quæ loca vera erant) erant opponendæ. Similiter alibi fabulatoribus illos, qui τὴν τῶν Γοργόνων καὶ Ἑσπερίδων κατοικίαν designaverant, apud eundem Strabonem, adjunxit etiam Apollodorus[2]. Perperam ergo inde ad vere susceptas navigationes argumentum petiit vir doctissimus. Nec sane id immerito viros tantos asseruisse, ex ipsa sententiarum discordia, de Gorgonum Hesperidumque situ, facile colligimus: argumento scilicet eodem unde ratiocinabatur Eratosthenes. Gorgonas nonnulli in Cyrene prope Ægyptum constituisse videntur. Ita fortassis Ægyptii, quos ait Herodotus[3] Perseo in illas meditanti iter per Ægyptum tribuisse. Seu enim Argo ille, seu Seripho, profectus fuisset; nimius profecto fuisset error, si per Ægyptum

[1] Ap. Strab. l. I, p. 22 (p. 41, A, ed. Amstel.). — [2] Ap. Strab. l. VII, p. 299 (p. 458, C). — [3] Herodot. II, 91.

ultra Columnas Herculeas expeditionem suscepisset. Hunc situm exinde colligebant, ni fallor, quod Hesperidibus propinquas fecerat fabulæ de Gorgonibus primus auctor Hesiodus. Certe Hesperidum insulas in Cyrenaicæ μεθορίῳ posuit Eratosthenes [1]. Ita olim appellatas esse magnæ Syrtis insulas Cyrenaicæ prætensas, vel ex hoc ipso Eratosthenis loco manifestum est, quamvis fugerit doctissimum Casaubonum. Idem tamen etiam Casaubonus agnoscit urbem Cyrenaicæ Berenicem Ἑσπερίδα Stephano, Hesperidum autem a Plinio [2], appellari. Et Hesperidum λίμνην fuisse, in quem fluvius Ladon exiret, idem docet Strabo [3]. Sic enim legendum, non, ut voluit Casaubonus, λιμένα. Etiam Hesperidum hortos hoc loco positos, non Strabo [4] modo, verum etiam Plinius [5] ipse testatur; et quidem Plinius, auctore Theomene. Etiam antiquior Plinio Scylax [6], et Plinio junior Ptolemæus [7], hortos agnoscunt Hesperidum in hac eadem regione Cyrenaica. Hi Plinio etiam suffragantur, urbem Berenicem Hesperidum plurali nomine designanti : quod facit ipse quoque Stephanus in voce Μάσκωτος. Locum præterea, quo fuerint hi Hesperidum horti, designavit, ut puto, Plinius [8], si tamen recte verba illius, et pro auctoris sententia, constituantur. Sic autem habent: *Theomenes, juxta Syrtim magnam hortum Hesperidum esse, ex quo in stagnum cadat, colligi vero à virginibus Hesperidum.* Illud stagnum τὴν ἀπὸ Λάθωνος ποταμοῦ ἐκπεριπομένην λίμνην appellat Ptolemæus. Itaque huc spectat locus Strabonis, quem ita repræsentavit

[1] Ap. Strab. lib. II, pag. 123 (pag. 185, A). — [2] Plin. *Nat. Hist.* lib. V, cap. 5, init. — [3] Strab. lib. XVII, pag. 836 (pag. 1193, C). — [4] *Ibid.* pag. 838 (pag. 1196, A). — [5] Plin. *Nat. Hist.* XXXVII, 2. — [6] Scyl. *Peripl.* pag. 46, Huds. cap. ΜΑΡΜΑΡ. — [7] Ptolem. *Geogr.* l. IV, cap. 4. — [8] Plin. *Nat. Hist.* XXXVII, 2.

Casaubonus[1]: Ἔστι δὲ καὶ λιμὴν Ἑσπερίδων, καὶ ποταμὸς ἐμβάλλει Λάδων. Hinc ergo manifestum est, quod dixi, etiam in Strabone, pro λιμήν, reponendum esse λίμνη, ut veterem quoque Strabonis interpretem ipse item observavit legisse Casaubonus. Hoc volebat fortasse Plinius, in illo Hesperidum stagno earundem etiam fuisse hortum, ut cadentes ex horto fructus a stagni incolis nymphis Hesperidibus colligerentur. Videmus hic fluvium fuisse Ladonem. Et sane Ladonem pro serpente, qui mala aurea custodiebat, habebat Apollonius[2]. Hoc quoque satis apte pro decoro poetico, ut serpentis nomine fluvius insigniretur. Fluvios quippe ἕρπειν[3] et σύρεσθαι[4] dicunt poetæ, quæ tamen ambo propria sunt serpentum, quorum nomen ipsum a serpendo deducitur. Utriusque vocis in fluviis exempla suppeditat, ne longius abeam, Dionysius. Convenit etiam hoc, pro hoc Hesperidum situ. Ne autem dubitemus ipsos illos censeri hortos, quos ab Hercule expilatos fabulabantur poetæ, habet præterea Ptolemæus in eadem Cyrenaica duo Herculis monumenta, quorum neutrum ab his Hesperidum hortis longe distarit. Nec deerit forte alia Hesperidum nota Hesiodea, pro rudi temporum illorum geographia. Ait hortos illos, ipsasque Gorgonas, fuisse πέρην κλυτοῦ ὠκεανοῖο, et ἐσχατιῇ πρὸς νυκτός. Mare enim Mediterraneum Oceani nomine intelligere poterant, ut Pontum Euxinum Oceani nomine appellatum observavit apud Homerum Strabo[5]. Et ἐσχατιή pars illa Cyrenaicæ censeri potuit, dum nondum constaret, ultra citimum Syrtis magnæ latus Libyæ continens essetne extendenda. Legerat certe veteres

[1] Strab. lib. XVII, pag. 836, D (pag. 1193, C). — [2] Apollon. *Argonautic.* lib. IV, v. 1396, sq. — [3] Dionys. Perieg. v. 222. — [4] *Ibid.* v. 16, 433, 660, 796, 1139. — [5] Strab. *Geograph.* lib. I, pag. 21 (pag. 39, B).

etiam Servius[1], qui hortos Hesperidum circa Syrtes collocarint, nec longe à civitate Berenice. Et infrequentes, antiquissimis temporibus, ulteriores illas Libyæ partes fuisse, ne quidem diffitetur Strabo[2]. Hæc ergo antiquissima fuisse videtur de situ Gorgonum et Hesperidum sententia; Historicorum scilicet antiquissimorum, quique proxime ætatem attigerint ipsius Hesiodi.

§. VI. Juniores deinde alii ad Cyrenen aliam in freto Gaditano sitam Gorgonas retulerunt.

Paulatim deinde exculta navigatione, constabat Oceanum, supremumque occidentis terminum, ulterius fuisse quærendum. Tum ergo ad ipsas Herculis Columnas, fretumque Gaditanum, constituebantur Hesperides, et proinde Gorgonum regio Hesperidibus vicina. Hanc sequebatur sententiam Palæphatus[3]; sic tamen ut prioris sententiæ vestigia in ea constarent; Phorcynem enim, Gorgonum patrem, Cyrenæum fuisse statuit. Cyrenen autem insulam facit extra Columnas Herculeas, in quibus regnarit ipse Phorcyn. Has columnas, pro numero Gorgonum ipsarum, tres insulas fuisse credidit, e veterum nonnullorum sententia, quorum meminit Hesychius[4]. Sed eo loco nec Cyrenen ullam in bono legimus auctore; et ne quidem Cernen, quæ pro ea posset, vel per errorem, usurpari; nullam certe, qualem esse vult Palæphatus, illius nominis insulam. Itaque non aliunde ortam fuisse verisimile est hanc tam alieni situs Cyrenen, quam quod olim in Cyrenaica celebres illos Hesperidum hortos statuissent primi post Hesiodum historici. Hæc ergo illa est, ni fallor,

[1] *Serv.* ad Virg. *Æn.* IV, v. 485. — [2] Strab. l. 1, pass. — [3] Palæph. *de Incredib.* c. 32. — [4] Hesych. Στήλ.

Cyrene, quam Iberiæ tribuit Stephanus, quod scilicet oræ Hispaniæ maritimæ prætenderetur. Et sane ante tempora Æschyli hucusque Hesperidas, et proinde Gorgonas, protulerant historici. Iter enim Herculis a monte Caucaso ad Hesperidas per Ligures futurum docet apud illum Prometheus, quo certe terrarum tractu, non Hesperides Cyrenaicæ, sed hæ potius aliæ petendæ erant, quas ad fretum Gaditanum, seu Columnas Herculeas, positas ostendimus. Eidemque fortasse Cyrenes situi convenit, quod ait Palæphatus, Perseum Gorgonibus insidiatum, factis inter Cyrenen Sardosque prædationibus maritimis. Intelligit nimirum mare Sardoum à Sardinia ita appellatum, quod certe proximum Hesperio, in quo sitæ illæ erant Hesperides, faciunt veteres geographi. Nisi forte insulæ conveniunt, non longe a Corsica, quam Urgonem appellant Mela[1] atque Plinius[2], et Martianus Capella[3], et in ipso illo mari sitam Sardoo populationibusque ex insula Sardinia magis opportunam. Gorgonem enim illam appellat Rutilius[4], Gorgonem Gregorius Magnus[5], ὀργῶνα Stephanus, et vetus etiam Plinii codex, teste Dalecampio. Ea *la Gorgona* etiam recentioribus; ex veterum forte traditione quæ olim insulam illam Gorgonibus assignaverat. Ita miscuerit invicem Palæphatus variarum de sede Gorgonum sententiarum traditiones. Ad Columnas enim Herculeas suam Gorgonum sedem Cyrenen statuit ipse Palæphatus. Trium ergo Hesperidum insularum nomine, pro his rationibus, ni fallor, intelligendæ erunt insulæ illæ, quæcunque demum fuerint, quas Columnarum Herculearum nomine intelligebant nonnulli veteres, quasque tres fuisse docet Hesychius.

[1] Mela, l. II, c. 7, n.° 128. — [2] Plin. *Nat. Hist.* III, 6. — [3] Martian. Capell. lib. VI. — [4] Rutil. *Itiner.* lib. I, v. 515. — [5] Gregorius Magnus, lib. I, ep. 50.

His enim ipsis columnis Phorcynem Gorgonum patrem regnasse statuit Palæphatus. Ut proinde non vicinæ tantummodo, verumetiam penitus eædem, fuerint, pro his hypothesibus, Hesperidum insulæ atque Gorgonum. Harum unam Gaditanam fuisse, vix est quod dubitemus. Secundam illam fuisse puto, quam Solis appellant veteres. Tertiam illam, quam Junonis fanum vocant; quamvis hanc ultimam insulam fuisse negat Ptolemæus. Sufficit autem ad has poetarum fabulas, si fuerint olim qui has (rectene an secus) insulas tamen veras saltem fuisse crediderint. Porro Pindarus[1] Hyperboreis asserit tam Hesperidas, quam etiam Gorgonas; nempe, quia etiam Hyperborei (quos dubitat ulline fuerint Herodotus[2]) etiam ipsi, quippe parum cogniti, idonei crediti sint quo fabulæ essent referendæ. Id certæ docent fabulæ de Abaride Pythagoreo. Sed scholiastes nullos fuisse observat historicos, qui Pindaro, ut ita assereret, auctores esse potuerint. Itaque ad causam nostram sententia illa nihil facit, qui de re agimus historica. Refert præterea Hesperidas Dionysius[3] ad Cassiteridas. Sed illa, ni fallor, sententia erat auctorum hoc ipso Hannone juniorum.

§. VII. Recentior prædictis sententia de Cyrene aut Cerne Atlantica, quam tamen sequitur Hanno.

Quo autem remotius Hesperidas Gorgonasque, hoc modo designatas, a cognita orbis parte amovebant, eo juniorem verisimile est amoventium fuisse sententiam: junioribus scilicet decessorum suorum, quos credebant, errores semper corrigentibus. Prædictæ ergo sententiæ eorum erant qui Hesperidas ita appellatas existimabant,

[1] Pind. *Pyth.* X, v. 30 sq. — [2] Herod. l. IV, cap. 32. — [3] Dionys. Perieg. v. 563.

non modo quod in occidente agerent, quæ pars erat orbis Hesperia; sed quod Hesperi filiæ haberentur. Postea alia recepta est sententia, quæ non Hesperi filias illas fecerit, sed Atlantis, quem Hesperi fratrem fecerant poetæ. Itaque non deinceps in freto Herculeo, sed prope montem Atlantem, Hesperidas quærendas existimabant; nempe in insula Cerne, cui nomen, si hunc periplum audimus, Hanno ipse primus imposuit. Hoc ego nomen a Cyrenes nomine contracto manasse suspicor : et quidem ita ut Cyrene ipsa quoque olim fuerit appellata. Cur ita credam facit Stephanus[1], qui, præter Cyrenaicæ metropolin, et Ibericam illam, de qua supra dixi, Cyrenen, aliam quoque agnoscit cognominem Cyrenen Μασσαλίας. Erant quidem ex adverso Massiliæ Gallicæ insulæ Stœchades, quarum nomina recenset Plinius[2]. In his tamen nullam prorsus Cyrenen : nec eo nomine aliam insulam in illa Massiliensium ora ullam legimus. Itaque pro Μασσαλίας, reponendum Μασσυλίας, ut de Libyæ intelligatur Massylis. Hoc enim ipso Hesperidum templo, monti Atlanti finitimo, et Æthiopiæ occidentali, Massylæ gentis sacerdotem ministrasse testis est Virgilius[3]. Unde ergo, inquies, nomen Cernes ! Ego illis gradibus fuisse suspicor, ut in Κύρνην contracta fuerit Κυρήνη, tum deinde e Cyrne Cernen fecerint recentiores. Prioris ratio erat facillima, si sedem Hesperidum Gorgonumque a Cyrene Cyrenaica in Corsicam transtulerint juniores; nempe propter prædationes quas inter Sardos et Gorgonas Perseum vult fecisse Palæphatus; erat enim Corsica in mari Sardoo, et Sardiniæ ipsi propinqua; et Græcis Κύρνος appellabatur, quæ Latinis Corsica audiebat. Quod si quis duriorem putet hanc translationem, poterit etiam Cyrene, Ægypto propinqua Cyrne,

[1] Steph. Κυρήν. — [2] Plin. *Nat. Hist.* III, 5. fin. — [3] Virg. *Æn.* IV, v. 481, 482, 483, 484.

quoque appellari. Nomen enim urbis a fonte factum credunt veteres[1]. Fontis autem nomen Κυρώνην scribit Eustathius[2]. Inde contractione satis analoga, pro regulis analogiæ grammaticis, Κυρνὴν concipit Callimachus[3], grammaticus ipse, pariter ac poeta, præstantissimus. Poterat ergo et urbs ipsa quæ à fonte, et regio quæ ab urbe, nomen accepit, tam Cyrene, quam Cyrne, etiam appellari. Non me quidem fugit, Κυρὴν reponere in Callimacho plerosque, quos collegit in editione Callimachi nitidissima præstantissimus Grævius : suffragantibus etiam ad Stephanum amico nupero Berkelio atque Holstenio; quod scilicet ita legerint tam Stephanus quam vetus Callimachi scholiastes; et quod Cyram montem, e quo fons ille emanarit, vocet Justinus. Sed a Cyra πηγὴ Κυραῖα, vel Κυρήνη, vel dialecto Cyrenes dorica, Κυράνα potius esset appellanda; vel, ut Herodotus (IV, 195), Κύραυις. Et quidem ita appellatam docet Eustathius, quem, suffragante analogia grammatica, tam scholiastæ, quam Stephano, opponimus. Itaque nomen Κυρνῆς ab hac posteriori etymologia arcessendum erit. Sic tamen, ut inde primum ad Corsicam, inde ad Atlanticam Cernen emanarit. Insulam enim Κερνεάτιν ὑπὲρ Τυρσηνίαν etiam apud Lycophronem observavit etiam Eustathius[4]; et quidem recte[5]. Eam autem de Corsica intelligunt Lycophronis interpretes. Itaque jam olim, Lycophronis etiam, qui sub II.° Ptolemæo Philadelpho vixit, ætate, Corsicæ Κύρνον primum in Κύρνην, tum deinde in Κέρνην migraverat. Ne quis hoc durum putet in Cerne Atlantica, quam a se conditam, novoque nomine donatam narrat noster Hanno : certe post Κέρνην Corsicæ, quæ propius aberat a Cyrenaica. Quod

[1] Just. *Hist.* XIII, 7. — [2] Eustath. in *Dionys.* v. 213. — [3] Callim. *Hymn. in Apollin.* v. 88. — [4] Eustath. in *Dionys.* v. 218. — [5] Lycophr. Chalcid. *Cassandr.* v. 1085.

vero ad Gorgonum Cernen attinet, alii insulam illam fuisse credebant, alii negabant, ut nos, ubi supra, docet Eustathius. Nempe quod λίμνην potius Æthiopiæ illam existimarent. Et quidem λίμνην illam Αἰθιοπίας agnoscit Dionysii paraphrastes nuper editus Eustratius [1]. Imo sic Dionysium ipsum interpretantur tam ipse, quam etiam Eustathius. Verba Dionysii ita se habent:

> .... ἐν δὲ μυχοῖσι
> Βόσκοντ' ἠπείροιο πανύστατοι Αἰθιοπῆες,
> Αὐτῷ ἐπ' ὠκεανῷ, πυμάτης παρὰ τέμπεα Κέρνης.

Τέμπεα, τὰ κοιλώματα θηρῶν, interpretatur Eustratius. Eustathius ita: Τέμπεα Κέρνης εἰπὼν, καὶ λιμνάδα αὐτὴν παραδηλοῖ. Ἑλώδη γὰρ τὰ τέμπεα, ὡς καὶ τὰ Θετταλικὰ τέμπεα, ὁμοίως δὲ καὶ τὰ Μηδικά. Facile hic λίμνην et stagnum agnoscimus a nobis supra [2] observata in hortis Hesperidum Cyrenaicis. Ne sit proinde cur dubitemus quin ex illa Cyrene fabulæ de Gorgonum Cerne omnes emanarint, fuerintque adeo prima illa fabula, quæ scenam habebat Cyrenaicam, proinde recentiores. Et quidem duplicem hanc de Cerne sententiam imitatur Hanno. Insulæ quidem nomen Cernes a se impositum narrat, quæ fuerit ἐν μυχῷ τινὸς κόλπου [3], propinqua Æthiopiæ. Plane ut Dionysius. A Cerne tamen se in λίμνην venisse fingit, quæ tres insulas complexa fuerit Cerne ipsa majores. Hæ quia numero respondebant tam Hesperidum, quam etiam Gorgonum, proinde ibi potius Cernen Gorgonum sedem statuebant alii, Hannone ipso utique juniores; ea potissimum, ut videtur, ratione, quod Gorgonum in Cerne sua nullam fecerit mentionem Hanno. Interim Hannonem ipsum fabula Cyrenaica juniorem fuisse verisimillimum est,

[1] *Ad Dionys.* v. 219. — [2] S. V. — [3] Hann. S. 4, p. 3, Huds.

quam adeo imitatur; imo juniorem fabula etiam Palæphatea, quæ tres etiam insulas, pro trium Hesperidum Gorgonumque numero, confinxerat.

§. VIII. Qui Cernen, vel Gorgonas, in oriente et mari Erythræo statuerint, Hannone juniores erant.

Erant denique alii, etiam Hannone juniores, qui et sedem Gorgonum et Cernen in oriente statuerint; nempe in mari Erythræo, ex adverso Æthiopum orientalium. Hos ideo Hannone juniores existimo, quod ansas etiam ipsi accepisse videantur ex Hannone. Nempe, cum nullas in Cerne Gorgonas memorasset Hanno, et Gorillas, quas vocat Hanno, Gorgonibus crederent simillimas, proinde Gorillarum illam insulam ipsi Gorgadum appellabant, aliamque a Cerne fuisse censebant. Sic enim apud Plinium [1] et Solinum [2] Xenophon Lampsacenus, qui auctorem sententiæ suæ ipsum profitetur Hannonem. Ita tandem factum, ut, non modo a Cerne, verum etiam ab Hesperidibus, aliæ haberentur insulæ Gorgonum, ut voluit apud Plinium Statius Sebosus; quod scilicet jam a plaga orbis Hesperia, seu occidente, sedes Gorgonum, tanta illa sententiarum indies novatarum diversitate, tandem penitus removissent. Nam ad *νότου κέρας*, promontorium scilicet ita appellatum, Gorillarum insulam statuit Hanno, unde orientalem oram Africæ inchoandam arbitrabantur. Imo ulterius eam promovebant, qui, qualis apud veteres legebatur, secuti sunt Hannonem. Hannonem enim a Gadibus ad finem Arabiæ navigationem prodidisse tradit Plinius [3]. Erant ergo qui etiam Gorgonas *ἐν τοῖς Ἐρυθραίοις μέρεσι καὶ τοῖς Αἰθιοπικοῖς* posuerint, ut nos docet Pindari [4]

[1] Plin. *Nat. Hist.* VI, 31. — [2] Solin. c. 56. — [3] Plin. *Nat. Hist.* II, 67. — [4] Schol. Pindar. *Pyth.* X, v. 72.

scholiastes. Sed meminerant juniores Cyrenen appellatam, et Cyrnen, et tandem Cernen, insulam quam tenuerint Gorgones. Propterea Cernen etiam ad easdem orientis plagas transferendam esse censuerint. Hos sequebatur ipse Plinius[1] : *Contra sinum* (inquit) *Persicum Cerne nominatur insula adversa Æthiopiæ, cujus neque magnitudo, neque intervallum a continente constat.* Intellexit nimirum, maris Erythræi partem illam, quæ sinui Persico prætenditur. Ita fortassis Ephorum interpretatus est, quem ait *auctorem fuisse,* a Rubro mari navigantes *in eum* [Cernen] *non posse, propter ardores, ultra quasdam columnas (ita appellantur,* inquit, *parvæ insulæ) provehi.* Possunt tamen verba illa forsan intelligi de navigatione a Rubro mari versus occidentem. Possunt enim parvæ insulæ, quas columnas appellat, de Columnis intelligi Herculeis. Sequitur hanc sententiam etiam Lycophron[2] : sed Gorgonum sedem an illam crediderit Cernen, illud sane non constat; utrumque autem necessarium erat, si nostrum fuerit secutus Hannonem. Noster enim, qualis apud veteres legebatur, Cernen ipse posuit in oriente; Gorgadum autem sedem prope occidentales Æthiopas. Quem hodie legimus, is quidem Gorillas in oriente ponit; Cernen autem, quo loco periplus antiquior Gorgadas collocaverat. Cernes ergo situm illum ex antiquo Hannonis periplo discere potuit Lycophron, qui sub secundo floruit Ptolemæo. Juniores autem sunt, ni fallor, nostro quoque periplo, qui in maris Erythræi Cerne Gorgonas statuerint. Nullum certe veterum legimus, cujus tempus compertum habemus, qui ita senserit.

[1] Plin. *Nat. Hist.* VI, 31. — [2] Lycophr. *Cass.* v. 18.

§. IX. Sic tamen erit Hanno multo, quam volebat cl. Vossius, recentior. Et falsi etiam evictus, quod loca memorarit plane commentitia.

Hæc autem, si vera fuerit, harum sententiarum historia, jam sane constabit, non modo Iliacis, verum etiam Olympiadibus, Hannonem multo fuisse recentiorem. Ut enim sententiarum de Cerne Gorgonum sede ad montem Atlantem posita primus auctor fuerit; ita certe illis juniorem fuisse necesse est, qui varias de Cyrene earundem patria sententias primi excogitarint: imo illis omnibus juniorem, qui Hesperidas pro Hesperi filiabus habebant, quas primus ille filias fecerit Atlantis; illis nempe omnibus juniorem, qui, seu Hesperidas, seu Gorgonas, loco aliquo medio statuerint, in ora Africæ maritima, inter Cyrenaicam montemque Atlantem: tot nempe intervallis juniorem Hesiodo, quem primum fabulæ de Gorgonibus auctorem fuisse probavimus. Nec illud modo: idem ille Hanno falsi vincetur. Ait enim se coloniæ a se conditæ Cernes nomen imposuisse [1]. Atqui nulla fuit unquam ibi insula Cerne qua Hanno coloniam instituerit. Ita certe sensit geographorum princeps Strabo, qui hoc nomine reprehendit doctissimum Eratosthenem; sic enim ille [2]: Πιστεύει δὲ καὶ περὶ τῶν ἔξω στηλῶν Ἡρακλείων πολλοῖς μυθώδεσι, Κέρνην τε νῆσον, καὶ ἄλλους τόπους ὀνομάζων τοὺς μηδαμοῦ νυνὶ δεικνυμένους. Nec solus erat in hac Eratosthenis censura Strabo; idem, ante Strabonem, in illo redarguit Artemidorus. Hoc docet idem Strabo [3]: Ἀρτεμίδωρος δ' Ἐρατοσθένει μὲν ἀντιλέγει, διότι Λίζον (legendum ex Hannone Λίξον) τινὰ φησὶ πόλιν περὶ τὰ ἄκρα τῆς Μαυρουσίας τὰ ἑσπέρια, ἀντὶ Λιγκός. Imo Λιγγός, pro sententia Artemidori, ut docet alibi ipse Strabo [4].

[1] *Peripl.* §. 4, p. 3, Huds. — [2] Strab. lib. I, p. 47 (pag. 82, B). — [3] *Ibid.* l. XVII, p. 829 (p. 1185, B). — [4] *Ibid.* p. 825 (p. 1181, D).

Tingin enim illam fuisse credidit ipse Strabo, et Lixum legit ibidem, ex mente Eratosthenis. Et *Lixon vel fabulosissime ab antiquis narratam* testatur Plinius, l. v, c. 1. Pergit, ubi supra, Strabo[1]: Φοινικικὰς δὲ πόλεις κατεσκαδασμένας παμπόλλας τινὰς, ὧν οὐδὲν ἐστιν ἰδεῖν ἴχνος. Plane gemina sunt quæ de his ipsis Hannonis urbibus habet Plinius[2]: *Quem secuti plerique e Græcis nostrisque, et alia quidem fabulosa, et urbes multas ab eo conditas ibi prodidere, quarum nec memoria ulla, nec vestigium exstat.* Non me quidem fugit harum fabularum patronos, trecentas Tyriorum urbes in his partibus tradidisse a Phaurusiis excisas atque Nigretibus. Sed hunc ipsum prætextum fabulis accenset ipse Strabo[3]. Et sane, si nulla harum urbium superfuerit vel memoria, quomodo, quæso, poterat de earundem clade constare? Nec temere urbes illas, quas Libyphœnicibus tribuit Hanno, Strabo ipse Tyriis potius tribuendas esse censet. Litem enim de urbibus illis motam esse a Tyriis et Aradiis alibi testatur[4]: Φασί γε οἱ ἐν αὐταῖς οἰκοῦντες τὰς ὁμονύμους τῶν Φοινίκων νήσους καὶ πόλεις ἀποίκους ἑαυτῶν. Fieri hoc, sine summa audacia, non potuit, si ipse peripli hujus fuisset auctor, qui colonias illas deduxisset. Saltem autem Cernen ipsam falsi convincunt tot illæ tantæque veterum de illius situ discordiæ. Convincunt etiam quæ modo diximus, si quidem scopum attigerimus, quæ Cernen ipsam nullam uspiam fuisse probant, sed a Cyrenes nomine vitiatam: quæ tamen ipsa nulla unquam fuerit in illis oris, quibus Cernen assignabant juniores. Nequit enim certe verus ille fuisse periplus, qui Hannonem narrat ad ea loca delatum, quæ nulla unquam in rerum natura fuerint.

[1] Strab. l. XVII, p. 829 (p. 1185, C). — [2] Plin. *Nat. Hist.* V, 1. — [3] Strab. l. XVII, p. 826 (p. 1182, C). — [4] Strab. l. XVI, pag. 766 (p. 1110, D).

§. X. Suspectus erat, etiam apud veteres, Hannonis ille periplus.

Laborabat sane Hannonis periplus hac infamia, etiam apud veteres. Imo adagii loco usurpabatur, quoties de re sermo esset admodum incredibili. Docet hoc certissimus auctor Athenæus. Cum enim, apud illum, Æmilianus observasset Jubam, Mauritaniæ regem, Citrium apud suos Libyas malum Hesperium nominari credidisse, quod inde Hercules in Græciam detulerit, sic deinde respondentem Democritum introducit[1]: Εἰ μέν τι τούτων Ἰόβας ἱστορεῖ,

χαιρέτω
Λιβυκαῖσι βίβλοις, ταῖσί τ' Ἄννωνος πλάναις.

Verba fuisse videntur antiquioris cujuspiam Athenæo comici, Libycas in universum historias, imprimis autem hunc, de quo agimus, Hannonis periplum a fabulositate traducentis. Certe ut Libycos libros comœdus ille, quicumque demum fuerit, ita ψεῦσμα Φοινικικὸν usurpavit similiter pro proverbio Strabo[2]. Similes in Platone[3] et Laertio locos, quibus hæc ipsa mentiendi indoles Phœnicibus objecta fuerit, observavit etiam Casaubonus. Inde Φοινικελίκτης, ἀπατηλὸς καὶ κάπηλος Hesychio. Erant autem Λιβυφοίνικες quorum coloniis deducendis præfectum se profitetur Hanno. Et *portentosa Græciæ mendacia* de Lixitis et amne Lixo notat Plinius[4]. Græcis autem, magis quam Pœnis, nostrum debemus, Pœnum licet ipsum, Hannonem. A Lixitis autem Hanno interpretes sumsit, et amnem Lixum prædicat. Ne dubitemus quin etiam illum censura illa perstrinxerit. Imo verbis, ut jam supra vidimus, disertis ab illo fabulosa multa ad

[1] Athen. *Deipn.* l. III, c. 7, p. 83, C (ed. Amstel.). — [2] Strab. l. III, p. 170 (p. 259, B.) — [3] Plat. *Reip.* l. III, t. II, p. 414, C, ed. Steph. (p. 627, E, ed. Francof.) — [4] Plin. *Nat. Hist.* V, 1.

Græcos emanasse profitetur. Idem Atlantem fabulosissimum appellat, et eo nomine fabulosissimum, quod nemorosus interdiu silere diceretur, noctu autem crebris ignibus micare. Hæc si quis cum Hannone contulerit, vix est cur dubitet quin illum ipsum Plinius ob oculos habuerit. Idem indicavit comœdus Athenæi, cum hanc navigationem Hannonis πλάνας appellaret. Ipsam enim illam vocem usurpavit sæpe Strabo de Ulyssis, Menelai, Jasonisque, similibusque aliis temporis mythici poeticis heroum maritimis expeditionibus. Eodemque plane modo errare dicit heroes suos etiam Virgilius. Nec enim certe deerat Hannoni certum navigationis consilium, nec ventis infestis vim aliquam passum se fuisse queritur, quominus portus optatos assequeretur. Πλάνη ergo non alio sensu haberi potuit hæc Hannonis navigatio, quam quod fuerit, pro heroicarum navigationum exemplo, plane fictitia. Scribit in eandem sententiam, ne quidem ipso Vossio diffitente, Aristides[1]; qui pro absurdis habet quæ de suis ultra Gades coloniis prodiderant Carthaginienses. Non quidem nomine designavit ipsum, fateor, Hannonem; illum tamen designavit qui in Africæ solitudine urbes condiderit, qui in templo navigationis suæ narrationem suspenderit. Hæc se fecisse narrat hujus peripli auctor. Aliusne fuerit Carthaginiensium, qui se ita fecisse vel obtenderit, plane ignoramus. Idem fortasse voluit Lucianus[2], cum commentitiam suam expeditionem a Columnis exorditur Herculeis. Nihil enim se in *Vera*, quam appellat, *Historia* scripsisse professus est, quo veterum poetarum, scriptorumve, aut philosophorum aliquem non perstrinxerit, qui portentosa aliqua aut fabulosa literis mandavissent. Innuit ergo, ut videtur,

[1] Aristid. *Orat. Ægyptiac.* t. II, p. 356, ed. Jebb. — [2] Lucian. *Ver. Hist.* l. 1, c. 2, t. IV, p. 220, Bip.

fabulatoribus solenne fuisse, ut fabularum scenam Libyam facerent, et commentitios periplos a Columnis exordirentur Herculeis: quod noster (quicunque demum is fuerit) fecit Hanno. Et fidem Hannonis suspectam fuisse docuerat jam antea Mela[1], cum propterea fidem illi habitam de hirsutis mulieribus Gorillis fuisse refert, quod duarum coria domum retulerit, et in Junonis templo suspenderit; alioqui futurum indicans, ne fidem prorsus ullam inveniret. Nec sane legimus in historia Carthaginiensium ullas harum coloniarum ad urbem metropoliticam legationes, aut aliud aliquod cujuscunque generis commercium. Quod si ætate Plinii nulla fuerit harum coloniarum seu memoria, seu vestigium, diu antea perierint necesse est, quæ jam ita perierant, ut ne quidem memoria earum superfuerit. Vidit ergo vir sagacissimus quam esset necessaria hujus peripli antiquitas, si vellet illum a falsi suspicione tueri. Ita enim fieret ut condi possent illæ ab Hannone coloniæ, et tamen multis ante Plinium sæculis intercidere. Quod tamen ægre potuit evenire, si vero illo, quod mox ostendemus, Hannonis sæculo hæc fuisset expeditio. Manet interim illa suspicio, nisi magnum aliquod inter Hannonem Pliniumque intercesserit temporis intervallum. Videamus ergo num solido alio ullo argumento tantam hujus peripli antiquitatem astruere possit vir, siquis alius, memoriæ apud posteros celeberrimæ.

§. XI. Nullum Hannonis vestigium in fluvio Gorgonum Palæphateo.

Addit vir doctissimus, in fabula de Gorgonibus vestigium se hujus navigationis deprehendisse[2]: *Ipsum Pœni ducis nomen, sed fluvio attributum. Annonem*, in-

[1] Mel. l. III, c. 9. — [2] Voss. *ad Mel.* l. III, c. 9, n.° 23.

quit, *vocant Palæphatus aliique mythologi fluvium Gorgonum insulæ vicinum.* Hoc si fuisset verum, mirum esset profecto nullam hujus fluvii mentionem ab ipso esse factam Hannone. Mirum esset præterea si junior aliquis Hannone dux Hannonis potius quam suum nomen fluvio imposuisset. Mirum denique, et a periplorum veterum exemplis prorsus alienum, si novarum orarum explorator, non urbibus tantummodo, aut conditis a se coloniis, promontoriisque maritimis, sed fluviis etiam nova nomina assignasset. Poterant illi fortasse suo quodam uti jure in possessis a se terris, aut saltem illis quas incolæ barbari non occupavissent: sed fluvii nulli poterant toti occupari; nulli poterant incolis ignoti esse, nec adeo nominibus carere inquilinis, quibus in usu quotidiano designarentur. Atqui nihil plane facit ad usum viri eruditissimi fluvius ille Palæphateus. Nec enim Ἄννωνα illum, sed Αὔνωνα, appellat Palæphatus. Utque nomen fluvii, pro mente viri celeberrimi concepisset Palæphatus; nihil tamen fecisset ad illam, quam agebat, causam. Longe enim a Cerne Hannonia distabat, ut ostendimus, Cyrene illa, quam in freti Gaditani faucibus statuit Palæphatus. Longiusque adhuc a Gorillis, quas potius Gorgones existimavit magnus Vossius. Erat præterea Αὔνων ille κατὰ Καρχηδόνα, pro sententia Palæphati. Non potuit urbem ipsam hoc in loco intelligere, sed ditionem tantummodo Carthaginiensium. Potuit illa fortassis ad Columnas Herculeas pertigisse, rebus Punicis florentissimis, quo tempore hanc expeditionem testatur susceptam fuisse Plinius[1]. Imo ita rem fuisse docet Polybius. Et habet non longe Scylax fluvii nomen Adonidis. Origine quidem et ipsum Syra; sed quod nihil quicquam affine habeat cum nomine Hannonis. Statuitque hoc in loco

[1] Plin. *Nat. Hist.* V, 1.

Ptolemæus non incommodo nomine fluvium Οὐάλωνα, qui facile possit in Αὔνωνα depravari. Vix puto quenquam fuisse veterum qui Carthaginiensium florentissimorum imperium ad utrumvis Atlantem, majorem minoremve, extenderit; aut qui ad Cernen, cognominem ducis, ut volebat Vossius, Pœni fluvium collocarit. Et tamen in illis quoque partibus si quærendus ille fuisset fluvius, medio inter Atlantes spatio fluvios duos nominibus non admodum dissimilibus habet Ptolemæus. Horum unus Οὖνα, alius Ἄγνα, appellatur. Utrumvis facile erat ut in Αὔνωνα, librariorum errore proclivi, perverteretur. Sic nullum erit, in hoc fluvio, vel vestigium Hannonis Vossiani.

§. XII. Locum prope Cernen Hannonis nullum habere potuit Auno Palæphateus.

Poterat autem fortassis, ex iis quæ de Cerne insula tradit Hanno, nasci occasio, cur aratam a Gorgonibus Libyam κατὰ Καρχηδόνα tradiderit Palæphatus. Ait enim Cernen suam Hanno κατ' εὐθὺ κεῖσθαι Καρχηδόνος. Ita quidem, si junior fuerit Hannone Palæphatus. Utcunque tamen ita videtur Hannonem intellexisse Cornelius Nepos, cujus ætas exploratior est. Hoc discimus e Plinio[1], quo loco agit de situ Cernes Hannoniæ. *Nepos*, inquit, *Cornelius ex adverso maxime Carthaginis a continente passus mille: non ampliorem circuitu duobus millibus.* Verba scilicet Hannonis κατ' εὐθύ, *ex adverso*, interpretatus est Cornelius Nepos, atque ita intellexit, quasi *prope Carthaginem* ipsam fuisset Cerne illa Gorgonum. Sic fluvius Αὔνων in Carthaginis ipsius vicinia fuisset statuendus. Sed nullam legimus ibi insulam præter Cothonem, quæ civitatis ipsius pars erat; nec fluvium,

[1] Plin. *Nat. Hist.* VI, 31.

præter Carthadam, a quo civitas ipsa nomen videtur accepisse, nomine ab Hannonis nomine satis alieno. Sed falso hæc ratiocinio ex Hannone videtur collegisse Cornelius Nepos. Id enim potius voluisse videtur Hanno, recta meridiem versus Carthagini subjectam fuisse Cernen; ut, quantocunque spatio invicem dissitæ fuerint, sub eadem tamen sitæ fuerint linea meridionali. Jam enim vidimus pro Africæ universæ periplo haberi illam Hannonis navigationem: quasi scilicet ad mare Erythræum, et Africæ plagam orientalem usque pertigisset. Primo ergo a Columnis Herculeis, bidui navigatione peracta, primam condunt coloniam, Thymiaterion. Inde πρὸς ἑσπέραν provecti, Soluntem promontorium veniunt; nempe occidentalem quidem oram legentes, sed meridiem versus: alioqui prior quoque navigatio occidentem petebat; id enim volebat, emenso freto, non oram Hispaniæ, quæ septentrionem spectabat, ab iis petitam, sed Africæ. A Solunte deinde orientem versus navigatio est, usque ad Troglodytas. Inde rursus ad meridiem alio biduo: postea iterum πρὸς ἥλιον ἀνίσχοντα ad Cernen usque. Addit deinde: ἐτεκμαιρόμεθα δ' αὐτὴν, Cernen scilicet, ἐκ τοῦ περίπλου, κατ' εὐθὺ κεῖσθαι Καρχηδόνος. Rationem conjecturæ subjungit illam: Ἐῴκει γὰρ ὁ πλοῦς, ἔκ τε Καρχηδόνος ἐπὶ στήλας, κἀκεῖθεν ἐπὶ Κέρνην. Videmus hic navigationem posteriorem, quæ orientem spectabat, cum priori conferri quæ a Carthagine ad finem freti ducebat Gaditani, quæ tota fuerat versus occidentem: nempe ut ostenderet ad eundem tandem illos rediisse circulum meridianum unde discesserant. Constaret hoc apertius, si dierum numerum semper adjecisset hodiernus Hanno, quod fecerat ille qui veterum manibus terebatur, ut infra ex Arriano ostendemus §. XXIV. Hoc autem in loco nullus esse potuit Carthaginiensium fluvius qui a septentrione meridiem versus in mare

defluxerit. Bagradas contra e meridie septentrionem versus tendebat in mare tandem effusus Mediterraneum. Sed nec ullam ibi regionem aratro aptam memorat ipse Hanno; locum ergo nullum habere potuit Auno Palæphateus prope Cernen Hannoniam. Sequebatur deinde navigatio meridionalis per dies XII ad *montes sylvestres.* Inde VII dierum ad Hesperion ceras, unde mare Atlanticum censet Plinius[1]. Vel hinc obiter intelligimus, verum esse non posse, quod censuit magnus Vossius, Θεῶν ὄχημα montem, qui appellatur Hannoni, eundem esse cum Sierra Liona: nec enim distat mons ille hodiernus tot dierum navigatione versus orientem ab ora Africæ occidentali; et tamen ultra Hesperion ceras quatridui navigatione Θεῶν ὄχημα ponit Hanno. Inde triduum aliud recensetur ad νότου κέρας, quo loco statuitur insula Gorillarum, ultimus hujus peripli terminus, quem in oriente et mari Erythræo statuebant, ut vidimus, multi e veteribus. Sed ne quidem Africæ figuræ respondet hæc Hannonis navigatio, quæ vel inde falsitatis manifestæ convincitur.

§. XIII. Nihil faciunt Phœnicum coloniæ, extra Columnas Herculeas a Strabone memoratæ, ad Hannonen.

Sed et aliud quoque habet vir magnus argumentum, quo hujus peripli antiquitatem ostendat. Ex illis nempe Strabonis verbis[2]: Θρυλλεῖται καὶ ἡ Φοινίκων ναυτιλία· οἳ καὶ τὰ ἔξω τῶν Ἡρακλείων στηλῶν ἐπῆλθον, καὶ πόλεις ἔκτισαν κἀκεῖ, καὶ περὶ τὰ μέσα τῆς Λιβύης παραλίας μικρὸν τῶν Τρωϊκῶν ὕστερον. *Stultum*, ait[3], *fuerit existimare Phœnices alios ante Hannonem has oras accessisse, ac ibi urbes condidisse, cum ex ipso Hannone contrarium constet.* Atqui nullam habemus in his geographi verbis vel Carthaginiensium

[1] Plin. *Nat. Hist.* VI, 31. — [2] Strab. lib. I, pag. 48 (p. 83, A). — [3] Voss. *ad Mel.* l. III, c. 9, l. 23.

mentionem, nedum Hannonis. Imo de antiquissimis Phœnicum has in partes navigationibus agere hoc in loco Strabonem, vel ex ipso ejus consilio colligimus refutandi Eratosthenis: nihil ergo ille de temporibus Carthaginiensium florentissimis, quibus Hannonis expeditionem statuit Plinius. Dixerat vir ille sæculi sui doctissimus, veterum neminem Euxinum mare navigare ausum, aut juxta Libyam, aut Syriam, aut Ciliciam. Hinc obiter intelligimus, ut de Hannonis periplo resciverit Eratosthenes, qui hanc ipsam Libyæ oram se legisse narrat; non tamen illum adeo antiquum censuisse, quam volebat præstantissimus Vossius, sed potius illum navigatoribus annumerasse quos παλαιοῖς opponebat. Huic ergo Eratosthenis assertioni ut occurreret Strabo, antiquissimi quique periplorum duces erant in contrarium nominandi. Perseo ergo coævos nullos novit Strabo harum partium navigatores; et ne quidem editum Hannonis periplum, qui his fuerit Trojano vel excidio proximis temporibus assignandus. Si enim adeo antiquum censuisset, cur non illum potius periplum advocasset, quam θρύλλον, *rumorem* scilicet, incertamque famam! Sed *stultum*, ait vir cl., *si quis existimarit Phœnices alios ante Hannonem has oras accessisse, ac ibi urbes condidisse, cum ex Hannone contrarium constet.* Atqui nusquam negat Hanno quenquam ante se fuisse, qui has oras attigerit, aut qui urbes ibi condiderit: imo contrarium potius supponit. Decretum enim senatus sui Carthaginiensis refert, ut urbes Libyphœnicum conderet. Supponit ergo in illis ipsis oris urbes alias Phœnicum, licet nullæ fuerint Libyphœnicum. Plures certe fuisse, in illa quoque, quæ extra Columnas Herculeas fuit, ora Libyæ, urbes, quam quas ipse condiderit Hanno, supponit traditio e Strabone superius observata, de trecentis

Phœnicum, non solorum Libyphœnicum, urbibus, quas exciderint Phaurusii et Nigretes. Imo ipsas illas urbes a Tyriis sibi vendicatas jam supra ex eodem Strabone vidimus, quorum proinde fidem Hannoni opposuimus. Nec enim adeo *stultum* est si Hannoni fidem derogemus, quem veteribus suspectum fuisse ne quidem Vossius ipse diffitetur. Sed non erant soli Carthaginienses, qui extra Columnas Herculeas navigarint. Idem fecisse Phœnices Gaditanos testem habemus, si minus ipsum Aristotelem, certe Aristotelis ætate non multo inferiorem, *περὶ Θαυμασίων Ἀκουσμάτων*[1]. Hos enim docet ab illa ipsa ora merces Carthaginiensibus ipsis incognitas Carthaginem deportasse. Sed Gaditanorum ipsorum originem describit, ni fallor, hoc in loco Strabo, quam urbe Carthaginiensi antiquiorem supponit, et navigationes eorundem extra Columnas Herculeas Carthaginiensium extra easdem columnas navigationibus etiam antiquiores. Præponit certe Strabo Phœnicum navigationes extra Columnas Herculeas aliis eorundem navigationibus ad partes oræ Libyæ maritimæ medias; et quidem ita præponit, ut etiam opponat. Erant ergo illæ Phœnicum navigationes extra Columnas Herculeas aliæ prorsus, et priores illis, quas postea memorat ad partes oræ Africanæ maritimæ medias. Nec ullas adhuc fuisse verisimile est a posterioribus extra fretum Gaditanum colonias. Facile inde colligimus, partes oræ maritimæ medias de Libyæ latere intelligi mediterraneo, non autem de eo quod extra Columnas ponebatur Herculeas. Quis inde non videt Strabonis verba posteriora de ipsa urbis Carthaginiensis fundatione esse intelligenda, quæ medium tenebat oræ Libyæ mediterraneæ? Convenit certe tem-

[1] Tom. I, pag. 1165, D, ed. Par. 1619.

pus, pro hypothesibus Virgilii, eorumque qui coævum Didoni, urbis fundatrici, fecerint Æneam ab Ilii clade fugientem. Priora autem de alia Tyriorum navigatione, ni fallor, intelligenda sunt, qua Herculis Columnas ipsas ab oraculo quærere jubebantur. Ter enim id fecisse narrantur, et semel illas extra fretum in Oceano ipso quæsivisse. Sic enim alibi ipse Strabo[1], cujus etiam testimonium jam adduximus, de Tyriis illas, quæ Phœnicum ferebantur, colonias sibi vendicantibus. Idem tamen has omnes navigationes ψεύσμασι Φοινικικοῖς[2] accenset. Videmus ergo quam infirmo tibicine nitatur universa illa viri magni argumentatio, fide nempe Punica admodum sublesta. Ut autem ad verba Strabonis posteriora redeamus, longe aberat ut tempora illa Didonis haberentur Carthaginiensium florentissima. Et quæ ægre se adversus finitimos tuebatur regina, nondum certe par esse potuit emittendis in oceanum coloniis; nondum tres hominum myriades emittere potuit, quot tamen se duxisse testatur Hanno. Recte ergo Phœnicum fuerint, non Libyphœnicum, coloniæ hoc in loco a Strabone memoratæ. Potuit autem fortassis Hannoni fidem habere Eratosthenes, qui Cernen pro vera habuit insula, cui nomen ab Hannone ipso impositum narrat periplus. Sic tamen, ut dixi, non potuit illum annumerare priscis ipse Eratosthenes. Sed qua demum fronte Hannonem Eratostheni objicere potuit Strabo, qui hoc ipso nomine Eratosthenem ipsum reprehendit, quod memoratam ab Hannone insulam Cernen ille veram fuisse credidisset? qui hoc quoque eidem vitio dedit, quod scriptorem suspectæ fidei Damastem vel memoria dignum censuisset? Cavet proinde, dedita, ut videtur, opera, Strabo ab omni Hannonis mentione,

[1] Strab. l. III, pag. 169, 170 (p. 258, B). — [2] *Ib.* p. 170.

ne ipse eodem crimine teneretur, quod in Eratosthene reprehenderat. Sed has ipsas quoque Phœnicum navigationes, quas objiciendas censuit, ipse quoque Strabo dubiæ fidei fuisse innuit, dum hoc ipso loco, quem adduxit cl. Vossius, ita habet, *εἰ χρὴ προσέχειν τοῖς λεγομένοις*: dum etiam fidem Punicam, in hac causa, suspectam facit.

§. XIV. Didone antiquiorem Carthaginem fuisse non est verisimile.

Tempus hujus peripli designavit Plinius verbis satis manifestis. Alibi[1] *Carthaginis potentia florente* fuisse inquit; alibi[2], *Punicis rebus florentissimis*. Et Carthaginiensium fuisse, si quis unquam fuerit, hic ipse docet periplus. Videt ergo vir magnus, quam hæc cum suis pugnarent hypothesibus, si de condita a Didone Carthagine intelligerentur. Itaque Appianum[3] potius audiendum arbitratur, qui primam urbis fundationem Trojæ excidio annis L antiquiorem existimavit. Sed ne quidem illa quoque sufficiet origo, ut Persei Gorgonumque tempora Hanno attigerit. Auctor, ni fallor, Appiano erat, ita cur sentiret, Philistus Syracusanus, Dionysio seniori coævus, pro cujus sententia Eusebius Carthaginis ortum ad numerum suum retulit DCCCIV^um. Trojæ autem excidium ipse refert ad numerum DCCCXXXV^um. Ita spatium annorum duntaxat XXXI intercesserit. Hunc ergo si habuerit sententiæ suæ patronum Appianus, sic erit cur merito dubitemus, rectene ille sententiam auctoris sui repræsentarit. Atqui Xoro originem illam tribuit tam Appianus ipse, quam, e Philisti sui sententia, Eusebius; cui socium adjungit Eusebius Carchedonem. Xorus iste vix est cur dubitemus quin fuerit Tyrius; et plane

[1] Plin. *Nat. Hist.* II, 67. — [2] *Ibid.* V, 1. — [3] Appian. *Punic.* 1, init.

similis est collega Carchedon. Fabulatorum illa prodiunt ingenium, qui antiquissimas origines sæpissime arcessunt ex urbium nominibus in virorum nomina transformatis. Si quid ergo sani habeant, ad altiores ipsa urbe origines, in Tyro, ni fallor, et Phœnicia referenda sunt; ea saltem quæ de Xoro fabulantur. Nec longe abeunt Phœnicum rationes, mox a nobis [1] e Phœnicum annalibus explicandæ. Annus ibi Solomonis IV[us] assignabitur anno periodi Julianæ 3703. Hoc anno Tyrum ipsam antiquiorem annis 240 ex iisdem annalium Tyriorum rationibus facit Josephus [2]. Sic anno period. Jul. 3463, Tyri ipsius jacta fuerint fundamenta. Detrahantur hi ex anno period. Jul. 3938, quo prima cœpit olympias, reliqui erunt anni 475. Sed vero, anno ante olympiades 407°, Trojanum excidium statuitur a chronologis veterum accuratissimis. His iterum deductis, annis tantummodo 68 Tyrus cladem Iliacam præcesserit: estque discrepantia, in tanta tamque discordi antiquitate, non magni facienda. Docuitque Strabo Tyriorum colonias sibi vendicasse Libyphœnicas. Cæterum quod ad veras urbis Carthaginiensis origines, Siculis anteferendi erunt ipsi Carthaginienses. Imo, post Carthaginienses audiendi erunt Romani, qui, excisa Carthagine, archiva illorum omnia atque monumenta in suam potestatem redegerunt. Hos autem utrosque Carthaginis exordium ad Didonem retulisse idem agnoscit Appianus. Sunt quidem veterum variæ admodum, diversæque invicem, de hac causa sententiæ. His enim temporibus, cum nulla adhuc essent historica monumenta, proinde necesse erat ut vacillaret historiæ fides, nec consentirent invicem juniorum seu traditiones, seu ratiocinia. Nemo tamen

[1] S. XV. — [2] Joseph. *Ant.* VIII, 2.

Didonem antiquiorem esse censuit, quam fecerit Virgilius, qui coævam fecit Æneæ. Facile autem hoc poetæ condonari poterit, si ab historiæ chronologiæque rationibus deflexerit, in tanta præsertim antiquitate dissentientibus invicem monumentis, ut ne quidem accurata polliceri possit quantumvis peritus historicus atque chronologus. Cæterum hic quoque magis audiendi, præ Siculis, videntur esse Romani, qui e Carthaginiensium, siqua fuerint horum temporum, archivis Carthaginem fecerint non multo olympiadibus antiquiorem, ipsaque urbe Romana.

§. XV. Committitur cum chronologia sacra chronologia regum Tyriorum.

Eo certe magis audiendi, quod non longe ab illis discedant archiva Carthaginiensium metropolitica Tyriorum a Menandro quodam olim collecta, seu Ephesio, seu Pergameno, utroque enim modo a veteribus designatur. Hæc annum ipsum conservarunt, quo fugerit e patria Dido, VII^um^ *viz.* fratris Pygmalionis. Sed hunc annum, quis demum fuerit in epocha aliqua fixa, nondum explorarunt chronologi. Tentemus ergo, qua licet, in antiquitate aliunde tam incerta. Erit autem nobis pro norma chronologia sacra regum Israeliticorum, qua illam noster constituit M. Usserius[1]: illius enim calculum accuratissimum existimamus. Et cum illa chronologiam Tyriam composuit Josephus: ex eodem, ut videtur, Menandro, iisdemque fortassis archivis. Sacram autem chronologiam cum accuratissimo astronomorum canone, atque æra ejus Nabonassarea, qua licet, conferemus: nihil enim exstat hodie pro antiquis illis temporibus accuratius. Jam autem alibi[2] ostendimus

[1] Usser. *Chronolog. sacr.* part. post. — [2] Diss. III, *de Cycl. Græc. et Rom.* §. 4.

Ezekiæ regis annum XIV^um^ eundem fuisse cum Mardocempadi X, et Nabonassari proinde 36; olympiade autem XVII. Hic idem erat periodi Julianæ 4002. Summam autem annorum 36 conficiunt anni prædicti Ezekiæ XIV, Achazi XVI, Jothami VI. Sic inivisset epocha Nabonassari anno periodi Julianæ 3966, olymp. VIII, Jothami X°, si quidem pares fuissent cum Julianis anni Nabonassarei. Hic autem ita numeramus ac si fuissent revera pares. Detrahantur ergo rursus, pro VII olympiadibus, anni XXVIII: nempe X Jothami, et ex Uzziæ patris regno XVIII; et anno Uzziæ XXXIV° prima inibit olympias, anno scilicet periodi Julianæ 3938. Nec ulla est in his regum annis discrepantia. Ita hujus epochæ, qua includenda erit fuga Didonis, limitem citimum tenebimus. Initium ita indagamus. Primus est in hac διαδοχῇ Hiromus, cujus annum XII^um^ cum IV° Solomonis componit Josephus, quo Templi fundamenta jecit Solomon. Et quidem horum regum annos ita invicem fuisse committendos, ex ipso didicit, ut videtur, Menandro, quem ait ad reges Tyrios gesta quoque gentium aliarum, tam Græcarum, quam barbararum, exegisse: quæ certe methodus, si cum judicio observata fuerit, ad fidem ejus commendandam admodum faciat. Rectius autem in libris *adversus Apionem*[1], annum Hiromi XII^um^ Templi exordio assignavit, quam in *Antiquitatibus*[2] XI^um^. Discimus hoc ex aliis numeris, annorum CXLIII a Templi fundatione, CLIII autem ab initio Hiromi, in quibus magnus est consensus eorum omnium qui Tyriorum regum successionem e Menandro descripserunt, tam sibi ipsis, quam inter se invicem. Itaque non est cur de harum summarum sinceritate dubitetur; magisque ad ipsas summæ particulares, in

[1] Joseph. *contr. Apion.* l. 1, p. 1043. — [2] Joseph. *Antiq.* VIII, 2.

quibus tantus consensus non est, exigendæ erunt, quam vicissim. Invaluit tamen posterior illa methodus apud chronologos nostri ævi præstantissimos; et sane lacunam manifestam mox probabimus annorum, quibus regnaverint Nutricis filii juniores. Proinde augendæ erunt summæ particulares, non autem breviandæ. Sic ergo ab initio Hiromi Tyriorum regum anni disponendi, et cum chronologia sacra committendi.

Davidis.		Hiromi.		Period. Julian.	Solomonis.		Hiromi.		Period. Julian.
33		1		3692	7		15		3706
34		2		3693	8		16		3707
35		3		3694	9		17		3708
36		4		3695	10		18		3709
37		5		3696	11		19		3710
38		6		3697	12		20		3711
39		7		3698	13		21		3712
40		8		3699	14		22		3713
Solomonis.					15		23		3714
1		9		3700	16		24		3715
2		10		3701	17		25		3716
3		11		3702	18		26		3717
4		12		3703	19		27		3718
5		13		3704	20		28		3719
6		14		3705	21		29		3720

Solomonis.		Hiromi.	Epoch. Tyr.	Period. Julian.	Roboami.	Jeroboami.	Asdastarti.	Epoch. Tyr.	Period. Julian.
22		30		3721	1	1	8	49	3740
23		31		3722	2	2	9	50	3741
24		32		3723			Nutricis fil. maj.		
25		33		3724	3	3	1	51	3742
26		34		3725	4	4	2	52	3743
		Baleazari.			5	5	3	53	3744
27		1	35	3726	6	6	4	54	3745
28		2	36	3727	7	7	5	55	3746
29		3	37	3728	8	8	6	56	3747
30		4	38	3729	9	9	7	57	3748
31		5	39	3730	10	10	8	58	3749
32		6	40	3731	11	11	9	59	3750
33		7	41	3732	12	12	10	60	3751
		Asdastarti.			13	13	11	61	3752
34		1	42	3733	14	14	12	62	3753
35		2	43	3734			Nutr. fil. 3 jun.		
36		3	44	3735	15	15	1	63	3754
37		4	45	3736	16	16	2	64	3755
38		5	46	3737	17	17	3	65	3756
39		6	47	3738	Abiæ.				
40		7	48	3739	1	18	4	66	3757

Abiæ.	Jeroboami.	Nutr. fil 3 jun.	Epoch. Tyr.	Period. Julian.	Asæ.	Baasæ.	Astarti.	Epoch. Tyr.	Period. Julian.
2	19	5	67	3758	17	15	5	85	3776
3	20	6	68	3759	18	16	6	86	3777
Asæ.					19	17	7	87	3778
1	21	7	69	3760	20	18	8	88	3779
2	22	8	70	3761	21	19	9	89	3780
	Baasæ.				22	20	10	90	3781
3	1	9	71	3762	23	21	11	91	3782
4	2	10	72	3763	24	22	12	92	3783
5	3	11	73	3764			Atherymi.		
6	4	12	74	3765	25	23	1	93	3784
7	5	13	75	3766	26	24	2	94	3785
8	6	14	76	3767		Zimri, tum Omri.			
9	7	15	77	3768	27	1	3	95	3786
10	8	16	78	3769	28	2	4	96	3787
11	9	17	79	3770	29	3	5	97	3788
12	10	18	80	3771	30	4	6	98	3789
		Astarti			31	5	7	99	3790
13	11	1	81	3772	32	6	8	100	3791
14	12	2	82	3773	33	7	9	101	3792
15	13	3	83	3774			Phellis.	101 m. 8	
16	14	4	84	3775					

Asæ.	Zimri, tum Omri.	Ithobali.	Epoch. Tyr.	Period. Julian.	Josaphati.	Ahasiæ.	Ithobali.	Epoch. Tyr.	Period. Julian.
34	8	1	102 m. 8	3793	13	17	21	122 m. 8	3813
35	9	2	103 m. 8	3794	14	18	22	123 m. 8	3814
36	10	3	104 m. 8	3795	15	19	23	124 m. 8	3815
37	11	4	105 m. 8	3796	16	20	24	125 m. 8	3816
38	12 Ahabi. 1	5	106 m. 8	3797	17	21 Ahasiæ 1.	25	126 m. 8	3817
39	2	6	107 m. 8	3798	18	2. 22	26	127 m. 8	3818
40	3	7	108 m. 8	3799		Jehorami.			
41	4	8	109 m. 8	3800	19	1	27	128 m. 8	3819
Josaphati.					20	2	28	129 m. 8	3820
1	5	9	110 m. 8	3801	21	3	29	130 m. 8	3821
2	6	10	111 m. 8	3802	22	4	30	131 m. 8	3822
3	7	11	112 m. 8	3803	23. Jehorami 1.	5	31	132 m. 8	3823
4	8	12	113 m. 8	3804	2. 24	6	32	133 m. 8	3824
5	9	13	114 m. 8	3805			Badizori		
6	10	14	115 m. 8	3806	3. 25	7	1	134 m. 8	3825
7	11	15	116 m. 8	3807	4	8	2	135 m. 8	3826
8	12	16	117 m. 8	3808	5	9	3	136 m. 8	3827
9	13	17	118 m. 8	3809	6	10	4	137 m. 8	3828
10	14	18	119 m. 8	3810	7	11	5	138 m. 8	3829
11	15	19	120 m. 8	3811	8 Ahaziæ 1.	12	6	139 m. 8	3830
12	16	20	121 m. 8	3812					

Athaliæ.	Jehu.	Matyrni	Epoch. Tyr.	Period. Julian.	Joasi.	Jehu.	Pygmalionis.	Epoch. Tyr.	Period. Julian.
1	1	1	140 m. 8	3831	14	20	11	159 m. 8	3850
2	2	2	141 m. 8	3832	15	21	12	160 m. 8	3851
3	3	3	142 m. 8	3833	16	22	13	161 m. 8	3852
4	4	4	143 m. 8	3834	17	23	14	162 m. 8	3853
5	5	5	144 m. 8	3835	18	24	15	163 m. 8	3854
6	6	6	145 m. 8	3836	19	25	16	164 m. 8	3855
Joasi.					20	26	17	165 m. 8.	3856
1	7	7	146 m. 8	3837	21	27	18	166 m. 8	3857
2	8	8	147 m. 8	3838	22	28	19	167 m. 8	3858
3	9	9	148 m. 8	3839		Jehoachazi.			
		Pygmalionis.			23	1	20	168 m. 8	3859
4	10	1	149 m. 8	3840	24	2	21	169 m. 8	3860
5	11	2	150 m. 8	3841	25	3	22	170 m. 8	3861
6	12	3	151 m. 8	3842	26	4	23	171 m. 8	3862
7	13	4	152 m. 8	3843	27	5	24	172 m. 8	3863
8	14	5	153 m. 8	3844	28	6	25	173 m. 8	3864
9	15	6	154 m. 8	3845	29	7	26	174 m. 8	3865
10	16	7	155 m. 8	3846	30	8	27	175 m. 8	3866
11	17	8	156 m. 8	3847	31	9	28	176 m. 8	3867
12	18	9	157 m. 8	3848	32	10	29	177 m. 8	3868
13	19	10	158 m. 8	3849	33	11	30	178 m. 8	3869

Joasi.	Jehoachasi.	Pygmalionis.	Epoch. Tyr.	Period. Julian.	Amaziæ	Joasi et Jeroboam II.	Pygmalionis.	Epoch. Tyr.	Period. Julian.
34	12	31	179 m. 8	3870	4	6. 1	40	188 m. 8	3879
35	13	32	180 m. 8	3871	5	7. 2	41	189 m. 8	3880
36	14	33	181 m. 8	3872	6	8. 3	42	190 m. 8	3881
37	15	34	182 m. 8	3873	7	9. 4	43	191 m. 8	3882
38	16 Joasi 1.	35	183 m. 8	3874	8	10. 5	44	192 m. 8	3883
39	2. 17	36	184 m. 8	3875	9	11. 6	45	193 m. 8	3884
40 Amaziæ 1	3	37	185 m. 8	3876	10	12. 7	46	194 m. 8	3885
2	4	38	186 m. 8	3877	11	13. 8.	47	195 m. 8	3886
3	5	39	187 m. 8	3878					

Accedant ultimo periodi Julianæ anno anni alii 52, pro XVIII, qui superant, Amaziæ, et XXXIV Uzziæ: constabitque numerus annorum 3938 ad primam olympiadem, ut dixi, accuratissime. Hunc certe puto calculum fuisse Menandri. Secutus autem est, ut puto, Menander, in commissione cum regibus Judæorum, fidem potius Demetrii illius Phalerei, qui scripsit *de Regibus Judæorum*, quemque sub IV° Ptolemæo testatur vixisse Clemens Alexandrinus[1], potius quam Sacrarum Literarum græce jam versarum. Jam enim olim difficilem fuisse illorum commissionem innuisse videtur ipse ille Demetrius, quod singulare de illo argumento volumen conscripserit. Sic medio inter IVum Ptolemæum et Josephum tempore vixerit Menander; et tamen fortassis ante Polyhistorem Cornelium Alexan-

[1] Clem. Al. *Strom.* lib. 1 (p. 410, ed. Oxon.).

drum, qui sub Sulla scripsit, hausitque ex Menandro quæ habet de literis inter Solomonem et Hiromum. Hæc obiter, quod nihil haberet exploratum de illius tempore nostri Vossii parens. Contexuerat autem Demetrius perpetuam Judæorum ad sua usque tempora chronologiam, quam ad suam ætatem perduxit Eupolemus. Discimus hæc e patriarcharum chronologia, quam e Polyhistore conservavit Eusebius, et ex iis quæ de utriusque hypothesibus tam Demetrii, quam Eupolemi, habet Clemens Alexandrinus. Ad illam ergo Tyriorum regum tempora exegit Menander Ephesius.

§. XVI. Prædicta chronologia Tyriorum astruitur e Josepho.

Nos autem, in hac regum Tyriorum serie, Josephi numeros secuti sumus, qua scilicet illos integros habemus. Supplevimus autem, qua deficiunt, ex illius summis universalibus. Hæc enim causa erat cur hactenus male se habere illius numeri existimarentur, quod annum ab initio Hiromi 155 a XII° autem ejusdem 143 non conficerent, quod tamen postulabant summæ illæ, in quibus maximus est consensus, universales. Non scilicet occurrebat, non modo apud Theophilum Antiochenum et Syncellum, verum etiam apud ipsum quoque Josephum, desiderari annos quibus regnarint tres filii Nutricis juniores. Πρεσβυτέρῳ seorsim annos tribuit XII. Sequitur deinde lacuna, qua fratrum reliquorum annos memoraverant archiva. Eam manifestam faciunt verba proxime sequentia, tam in Josepho, quam in Theophilo: *μεθ' ὃς Ἄσταρτος*. Inde corruptum nomen *Methuastarti*, licet alieno loco, apud Theophilum [1]. Erant ergo et reliquis suæ quoque regnandi vices; licet exciderint, nescio quo librariorum

[1] Theoph. l. III, *ad Autolyc.* (in *Bibl. vet. Patr.* t. II, part. 2, p. 192, B).

errore, eorum anni. Non possumus ergo singulis suos annos, seu regni, seu, pro reliquorum exemplo, vitæ, redintegrare. Omnibus tamen recte, ni fallor, illos imputabimus, qui alioqui defuturi erant ad summas universales explendas, tanto auctorum codicumque consensu stabilitas. Nisi forte x ex illis Baleazaro potius assignemus, quod XVII annos illi tribuant tam Theophilus quam Syncellus, contra Josephum, quod alibi nuspiam faciunt, hoc saltem in numero consentientes. De hoc autem cogitent alii, quibus otium est, ut id agant ex professo. Nos annos XVIII satis paucos existimamus qui inter fratres juniores tribuantur, ut omnium diutissime regnarit natu maximus, quod sane innuunt archiva. Recte autem se habere nostram cum chronologia sacra commissionem, exinde colligimus, quod ita in Ahabi annum I[um] conveniat annus Ithobali V[us], quem Ethbaal appellant Sacræ Literæ, et Ahabi socerum fuisse docent: sane commodissime. Vixit Ithobalus annis LXVIII, regnavit autem XXXII. Ita I° Ahabi anno, annum egerit Ithobalus ætatis XLI[um]. Ætas illa sufficit ut tunc nubilem filiam haberet Jezabelem. Ita ad VI[um] Jehorami Israelitici superstes fuerit pater Jezabelis Ithobalus. Ut satis proinde commode ad cædem filii Jehorami, quæ sexennio postea sequebatur, pertigerit ipsa Jezabel, formæ adhuc studiosa, nec admodum longæva. Non equidem possum in hac tam antiqua historia certi quippiam affirmare: hæc tamen arbitror, si minus vera, saltem esse verisimillima. Credidit quidem Petavius cum Sacra Historia hæc pugnare Phœnicum archiva, vel ipsum saltem fortasse Menandrum, qui IV[um] Solomonis annum cum Hiromi commisit XII°; hoc scilicet argumento, quod mox ab initio Davidis Hierosolymitano Hiramum Tyriorum regem Sacræ Literæ memorarint. Sed fieri potest,

ut inter duos Hiramos medius fuerit Abibalus illius Hirami decessor, cujus annus XII^us cum Solomonis anno confertur IV°; illius autem successor, qui initio Hierosolymitano Davidis amicitiam ambierit. Nec tamen certus designatur Davidis annus, quo amicitiam cum Hiramo contraxerit. Erat, ut videtur, frequens apud reges Tyrios Hirami nomen. Alium certe Hiramum postea ex iisdem archivis idem exhibet Menander.

§. XVII. Inde annus colligitur quo fugerit e patria Dido.

Ex hac autem Phœnicum chronologia ita constituta, sequitur anno period. Julian. 3846, qui Pygmalionis erat VII^us, quo exsulavit Dido, ne quidem antiquiorem esse potuisse Carthaginem, quæ fuerit a Didone fundata. Is erat annus ante primam olympiadem XCII^us, ante prima Palilia Varroniana CXV^us. Potuit aliquot annis esse recentior; nec enim mox a patria profuga sedem in continente firmam adepta est; meliusque hæc cum receptis veterum numeris consentiunt (qua quidem ipsi inter se consentiunt), quam quæ attulit in contrarium magnus Vossius. Eusebius ad varios numeros, seu potius, e Romanis scriptoribus, fortassis Hieronymus. De numero DCCCIV jam vidimus. Ad num. etiam DCCCCLXXI, ita habet in editione Scaligerana: *Carthago condita est, ut quidam volunt, a Carchedone Tyrio; ut vero alii, a Didone filia ejus, post Trojanum bellum ann. CXLIII.* Sed notæ apponunt ad ann. DCCCCLXXVIII; unde suspicio est typographi potius errorem esse, quam Scaligeri. Est enim annus ille posterior ab excidio Trojano revera CXLIII, pro hypothesibus Eusebii. Vidit Scaliger hunc ipsum esse annum quem designaverat Menander ab Hirami XII°. Illud autem non vidit, cur ab excidio Trojano numeraretur CXLIII. Fugerant nimirum virum maximum

verba Tatiani ex eodem, ut videtur, Menandro, quem tamen appellat ipse Pergamenum. Fieri potest ut utriusque urbis civis idem fuerit Menander, quod erat apud veteres frequentissimum. Verba autem Tatiani[1] illa sunt: Τοῦ δὲ Χειράμου ὁ χρόνος ἤδη που τοῖς Ἰλιακοῖς ἐγγίζει. Quæ verba facile in hanc sententiam detorqueri poterant. Rursus ad num. MI, vel, ut Scaliger in notis, MII, fugam Didonis, secundum nonnullos, idem ponit Eusebius, nescio quo fretus sententiæ illius auctore. Sic prima olympiade 240 annis fuisset antiquior, qui numerus est annorum quo Tyrus ipsa templo Solomonis antiquior erat. Idem iterum ejusdem meminit ad num. MCLXVII, vel potius, ut recte Scaliger, Hieronymus, pro hypothesibus tamen Eusebii, anno a templo Solomonis CXLIII: nempe ante olympiades ann. 73, ante Urb. cond. pro epocha, quam sequitur Hieronymus, Catoniana, 98. Sic porro Latini loquuntur, ut (quanquam invicem non consentiant in tanta monumentorum penuria) non tamen longe abeant ab his Phœnicum archivis. Annos urbi Carthagini DCC rotundo numero tribuunt Livius, Eutropius et Orosius, quæ urbis Romanæ anno Varr. 608 excisa est. Velleius (ne quidem ipse sibi consentaneus ex unico, unde prodiit, ms.°) *Carthaginem* ait[2] *ante annos V et LX, quam urbs Romana conderetur, a Didone conditam.* Et tamen illam stetisse tradit[3] annis DCLXVII, qui proinde pertigerint ad ann. Varr. 608. Posterior numerus propius fortassis ad veritatem accedit. Erant enim, qui ad annum epochæ suæ DCLXVIII pervenisse credebant, ut nos docet in Eusebiano Chronico Hieronymus[4]. Si ad epocham Varronianam annum illum epochæ Carthaginiensis retulerit Velleius,

[1] Tatian. *Orat. cont. Græc.* — [2] Vell. lib. I, c. 6. — [3] *Ib.* cap. 12. — [4] Num. Euseb. MDCCCLXXI.

sic urbe Romana annis tantummodo 59 fuisset antiquior, qui numerus a Velleiano justo deficit sexennio: plane ut deficiebat a Varroniana epocha Fabiana. Miscuit ergo fortasse diversarum supputationum rationes invicem Velleius. Ita scilicet ut urbis annum 608, quo deleta fuerit Carthago, pro modo supputarit Fabiano. Sic enim eveniret, ut qui annus ante epocham Varronianam fuisset 59, idem fuisset ante annum epochæ Fabianæ 608, ut numerat Velleius, LXV. Alios, ubi supra, refert Hieronymus, qui annum Carthaginis ultimum numerarint ab ejus fundatione DCCXLVIII: sic Romam præcesserit annis CXL. Plerunque autem nostra e Phœniciis archivis origine recentiorem statuunt. Justinus e Trogo annis LXXIII, Servius[1] tantummodo LXX, antiquiorem facit Roma Carthaginem. Cato annis XL, qui proinde proxime accessit ad sententiam Timæi. Illam enim sententiam Timæo tribuit Dionysius[2], ut asseruerit XXXVIII ante primam olympiadem annis urbis Carthaginiensis jacta fuisse fundamenta. Is annus erat ante prima Palilia Varroniana LXI, quo tamen eodem anno Romam conditam censuit ipse Timæus. Quem autem habuerit sententiæ auctorem, nescire se fatetur Dionysius. Nostram tamen, quam e Phœnicum archivis dedimus, supputationem superat etiam Solinus[3], qui Carthaginis excidium ad annum retulit illius DCCXXXVII. Superat, pro aliis rationibus, etiam Appianus, qui Siciliam a Carthaginiensibus ablatam narrat anno epochæ Carthaginiensis DCC°, qui proinde concurrerit cum fine belli Punici I[i]; annoque adeo U. C. Varroniano 513. Docet tanta illa sententiarum discordia, quam incerta sit his temporibus Carthaginiensium Græco-

[1] Serv. *ad Æn.* I, v. 12 et 367. — [2] Dionys. lib. I, pag. 60 (t. I, pag. 187, Reisk.) — [3] Solin. *Polyhist.* c. 30.

rumque historia : docetque eadem nostras, quas e Tyriorum archivis dedimus, rationes ad medium proxime accedere, et proinde esse verisimillimas. Causa ergo nulla prorsus est cur adeo antiquam censuerit vir doctissimus Carthaginem ipsam, aut hunc, in quo versamur, periplum Hannonis.

§. XVIII. Inter olymp. XCII, 4, et olymp. CXXIX, quærendus est Hanno hujus peripli dux.

Ego nihil sane video quod obstet, quominus verum hujus peripli tempus docuerit Plinius, cum illum rebus Punicis assignaret florentissimis. Sed limites quidam ponendi sunt quibus res eorum florentissimæ fuerint concludendæ. Non poterant certe censeri florentissimæ post primum cum Romanis bellum, cum ditionibus avitis multarentur. Proinde post annum Varr. 513um, quo pax illa Pœnis damnosa recepta est, non est Hanno ille quærendus. Nec proinde post olymp. CXXXIV, 3, qui in annum illum ineuntem incidebat. Cladem enim illam nunquam ita resarciverunt, ut deinceps res eorum possint censeri florentissimæ. Sed ne quidem belli ipsius tempus opportunum erat emittendis coloniis : pacis hoc negotium erat, et plane talis qualem post belli illius initium anno Varr. 490, olymp. CXXIX, nunquam deinde consecuti sunt Carthaginienses. Sed nec vice versa nimis alte epocha illa arcessenda est, uti fecit vir eruditissimus. Non potuit sane primis Carthaginiensium historiis multo fuisse antiquior. Utcunque tunc floruissent, non tamen potuit, sine coævis historiis, de Carthaginiensium statu florentissimo constare. Sed vero de primis eorum historiis ex historicorum illorum ætate judicandum est, qui apud illos habebantur antiquissimi. His autem Antiochum Syracusanum accenset Dionysius Halicarnas-

seus. Nunc enim illum οὐ τῶν ἐπιτυχόντων τινὰ, οὐδὲ νέων συγγραφέα appellat [1], nunc etiam πάνυ ἀρχαῖον [2]. Proinde multo antiquiorem illo neminem noverat Dionysius, vir tamen veterum monumentorum peritissimus, atque in iisdem versatissimus. Ad Darii autem Nothi tempora historiam ab eo deductam esse auctor Diodorus est; nempe ad annum, ut vult ille, olymp. LXXXI[a] I[um]. Convenitque satis commode hæc illius ætas cum ætate patris Xenophanis Colophonii, qualem illam alibi descripsimus. Medius enim erat inter Pythagoram filiumque Antiochum Xenophanes ille, et seni Pythagoræ juvenis ipse coævus, et longævitate celebris. Discipulus autem Pythagoræ Lysis juniores etiam Antiocho discipulos habuit Thebis Philippum Macedonem Alexandri M. patrem, et Pelopidam et Epaminondam. Quod si inter Siculos historicos, qui etiam olim exstabant, πάνυ ἀρχαῖος habeatur Antiochus, non poterant certe ulli unquam multo fuisse antiquiores. Congruit examussim hæc Siculæ historiæ epocha cum ætate historiæ Græcæ reliquæ. A Græcis enim ad Siculos cum coloniis mores etiam Græci emanarunt; nec multos habebant historicos Græci ipsi qui Antiochum ætate præcesserint. Et ne quidem habere potuisse vel inde manifestum est, quod non multo antiquiora habuerint exploratæ fidei, et sibi quoque invicem consentanea, monumenta. De Cyro certe jam alibi [3] vidimus, quam pugnarint eorum traditiones, quasi nullis fulcirentur scriptorum archivis. Medio ergo inter Cyrum et Darium Nothum intervallo primi cœperint Siculorum historici. Nec poterant adeo multo esse antiquiores res Carthaginiensium florentissimæ. Qui enim res Carthaginiensium, lingua Carthaginiensium patria Punica

[1] Dionys. Halic. l. 1, p. 59 (lin. 35, ed. Francof., p. 185, ed. Reisk.) — [2] *Ibid.* p. 10. — [3] *Præl. Inaug.*

prodiderit, neminem apud veteres reperimus. A Græcis ergo (Carthaginiensium scilicet in Sicilia ἐπικρατείας, vel hostibus) primæ Carthaginiensium historiæ descenderint. Inde factum ut de suæ urbis origine tam variæ fuerint Carthaginiensium ipsorum traditiones. Quod sane fieri non potuit, si ullos habuissent originibus suis propinquos historicos; si ulla saltem coæva, nec dubiæ fidei, archiva. Scripsit quidem *de Re rustica*[1] Mago Carthaginiensis, et lingua scripsit etiam Punica: in vulgi gratiam, ut videtur, agriculturam exercentis. Sed quæ exteris innotescere volebant, ea non alia lingua quam Græca scripta unquam fuisse legimus. Itaque post sedes in Sicilia necesse est fuisse res illas Carthaginiensium, quæ in historiis censentur florentissimæ. Sub Cyro autem et Dario infelices fuisse docuit Trogus Pompeius, et ex eo Justinus et Orosius. Sub Xerxe Siciliam aggressi, a Gelone ita victi sunt, ut de sua metuerent Carthagine. Sedes illis in Sicilia nullas tunc fuisse facile colligitur e Diodoro. Exercitum narrat ex Africa missum, et ne quidem e Sicilia vel ex parte conscriptum, sed ex aliis Carthaginiensium ditionibus. Terminos illis, in pacis conditionibus, nullos, ut postea, in Sicilia positos apud illum legimus. Nova rursus Carthaginiensium irruptio in Siciliam erat, post historiam Antiochi, olymp. XCII, 4, duce Annibale. Medio ergo tempore inter hanc novam Carthaginiensium expeditionem atque olymp. CXXIX, qua I^{um} cœpit cum Romanis bellum, Hanno ille quærendus est, quem ferunt hujus peripli fuisse ducem.

[1] *Vid.* Varr. *de Re rust.* (lib. I, cap. I, §. 10); Columell. (lib. I, cap. I, §. 13, pag. 394, ed. Gesner.); Plin. (*Hist. Nat.* lib. XVIII, cap. 3, fin.)

§. XIX. **Collegam habuit hic Hanno Himilconem. In Agathoclis bello duces erant tam Hanno quam Himilco.**

Habet autem et aliam Hannonis hujus notam Plinius. Post verba de Hannone, addit ille [1] : *Sicut ad extera Europæ noscenda missus eodem tempore Himilco.* Nempe *exterorum Europæ* nomine, partes Europæ intelligit Oceano objectas, seu mari exteriori; qua scilicet Mediterraneo, seu interiori, mare exterius opponi solet a geographis. Id ergo vult, quo tempore oram Libyæ, quæ Oceano proluebatur, meridiem versus atque orientem lustravit Hanno, eodem oram Europæ occidentalem septentionalemque, qua scilicet etiam ipsa vergebat ad Oceanum, lustrasse similiter Himilconem. Et scriptis suam navigationem consignasse docet Festus Avienus [2]. Punicorum annales appellat Festus, unde ipse quædam de hac *Ora maritima* ediderit. Si ita appellarit, quod lingua Punica concepta fuissent, ea causa satis verisimilis esse potuit, cur tamdiu Græcos latuerit Himilco, etiam illos qui collegæ meminerint Hannonis. Sed linguam Punicam nihil est cur Festum intellexisse arbitremur. Non certe videtur intellexisse Plinius, qui tamen Himilconis periplum viderit pariter ac Hannonis. Illum certe cum Hannone conjungit, recensetque inter auctores externos e quibus librum v^um^ collegerit. Non est ergo Festus ita intelligendus quasi sua e lingua Himilconis patria transtulisset, cum eadem, alia certe quam Punica lingua, Plinius jam olim ante Festum usurparit. Punicorum annales ille satis congrue appellare potuit, qui res Pœnorum, id est, Carthaginiensium, quacunque demum lingua, complexi fuissent. Nec sane

[1] Plin. *Nat. Hist.* II, c. 67. — [2] (*Ora marit.* v. 118).

ullum est linguæ Punicæ vestigium in collega Himilconis Hannone. Utinam exstaret ille cognati argumenti periplus! vix est cur dubitemus quin lucem Hannoni fœnerari, et vicissim ab ipso capere, potuerit. Nunc saltem illud ex hoc Plinii loco colligimus: inter varios prædicti spatii Hannones, eum demum esse quærendum, qui socium habuerit, et parem in reipublicæ officiis, Himilconem. Et quidem tales legimus, in Agathoclis bello, Carthaginiensium duces, tam Hannonem quam Himilconem. Ita quoque sibi invicem pares, ut, cum, distrahendis Agathoclis copiis, varios ex urbe exercitus Carthaginienses emitterent, seorsim imperarint, alteri exercitui Hanno, alteri Himilco. Ita Diodorus olymp. CXVIII, 2. Nec absurde sane, paulo ante expeditionem Agathoclis, res Carthaginiensium statuemus florentissimas, cum eam virium suarum fiduciam haberent, ut Syracusas ipsas auderent terra marique obsidere. Afflixerat illas, olympiadis CX^a anno 1°, bello; et 2°, pacis conditionibus, Timoleon. Afflixit ipse deinceps Agathocles, et, post illum, Pyrrhus, antea quam 1um cum Romanis bellum inirent. Medio ergo tempore, sed quod propius ad Agathoclis tempus accesserit, pax illa potuit esse florentissima, qua vacare potuerint Carthaginienses coloniis emittendis.

§. XX. Peripli hujus meminit Xenophon Lampsacenus; sed ejus ætas incerta.

Videndum jam num cum hac Hannonis ætate conveniat mentio hujus peripli antiquissima. Meminit quidem Hannonis expresse Xenophon Lampsacenus, ut nos docet Solinus[1]. Sed quanto fuerit Plinio et

[1] Solin. c. 56.

Solino antiquior ille Xenophon, exploratum non habemus. Ego non admodum antiquum fuisse suspicor; nullum certe locum habet inter celebres Lampsacenos a Strabone[1] memoratos. Ita fuerit Strabone fortasse junior, nisi forte illum Strabo contemserit, qui fabularum auctores contemnendos, nec memoria dignos esse, docet. Illud antiquitatem aliquam fortasse sapit, quod periplum suum, ut Hanno, ita iste Xenophon[2], diurnis potius itineribus, quam stadiis emensus fuerit. Primum enim, qui stadiis itinera designavit, Timosthenem fuisse innuit Marcianus Heracleota[3], qui (scilicet Timosthenes) sub secundo vixit Ptolemæo Philadelpho. Illum enim sequebatur, exscripsitque, Eratosthenes; nempe diurna decessorum itinera in certum stadiorum numerum redigens. Sed nescio an proinde colligere liceat Timosthene antiquiorem, vel coævum saltem, hunc fuisse Xenophontem. Nihil hic audacter affirmaverim.

§. XXI. Primus meminit auctor operis περὶ Θαυμασίων Ἀκουσμάτων, Aristotele ipso non multo junior; forte Theophrastus.

Primus, ut opinor, qui hujus peripli, sub Hannonis etiam nomine, mentionem fecerit, auctor erat operis περὶ Θαυμασίων Ἀκουσμάτων[4], non quidem Aristoteles ipse, non tamen multo junior. Sardiniæ ita meminit[5], quasi Carthaginienses dominos adhuc etiam agnoverit, et in Sicilia meminit[6] Carthaginiensium ἐπικρατείας. Adhuc ergo erant etiam in Siciliæ possessione Carthaginienses, qui tamen insulis illis ambabus exuti sunt per conditiones pacis, quæ recepta est post

[1] Strab. lib. XIII, pag. 589 (pag. 882, B). — [2] *Vid.* ap. Plin. *Nat. Hist.* IV, 13; V, 31. — [3] Marcian. *Peripl.* pag. 64. — [4] Pag. 1153, A, ed. Paris. — [5] Pag. 1159, C. — [6] Pag. 1162, A.

bellum Punicum 1um, ann. Varr. 513, olymp. CXXXIV. Sequitur præterea antiquorum errorem de Istri alveo[1] qui in mare decurrerit Hadriaticum. Hunc errorem tum demum innotuisse scribit Diodorus[2], cum Istria in populi Romani potestatem venisset, victa nempe Teuta Illyriorum regina, medio tempore inter primum secundumque bellum Punicum. Est porro opus illud Antigono Carystio antiquius, quem sub duobus primis Ptolemæis floruisse probavit Vossius pater : ita scilicet intelligendus, ut sub secundo potius Ptolemæo scripserit Antigonus. Timæi enim testimonium advocat Antigonus, qui Pyrrhi[3] etiam res gestas singulari opere complexus est. Res autem gessit Pyrrhus in Sicilia post mortem Agathoclis. Itaque primi saltem Ptolemæi ætate ad exitum vergente, jam prodierat in lucem periplus Hannonis. Vix enim poterat opus περὶ Θαυμασίων Ἀκουσμάτων ætate illa esse recentius : sed nec multo esse poterat antiquius, tantum abest ut ipsius fuerit Aristotelis. Agathoclem ipsum Siciliæ regem verbis memorat expressis[4], qui olymp. CXV, 4, tyrannidem suscepit, cum jam olymp. CXIV, 3, decessisset Aristoteles. Idem, quicunque demum is fuerit, auctor Cleonymi meminit Spartiatæ[5], cui cum insidias struxissent Paulus Peucestius atque Cajus, à Tarentinis ait fuisse punitos. Nescio cur nomen Ταραντίνων hoc in loco in Ταρχυνίων mutarit interpres ; nam ad Tarentinos missus est Cleonymus, cujus res gestas olymp. CXIX, 2, memorat Diodorus ; sub coss. autem anni Varron. 452 Livius. Opus illud quicunque tandem scripserit, verbis tamen sæpe usus est non suis, sed alienis. Hoc discimus e voce φησί, p. 1164. Discimus item ex aliis

[1] Pag. 1160, C. — [2] Diodor. lib. IV (cap. 56, fin. t. I, p. 300, ed. Wesseling.) — [3] Dionys. Hal. *Præf. Antiq.* p. 5 (p. 17, Reisk.); Cic. l. V. *Ep. fam.* ed. Lucc. (12). — [4] Pag. 1161, D. — [5] Pag. 1156, B.

ejusdem verbis, p. 1159: Τοῦτο μὲν οὖν ἡμῖν φαίνεται μυθωδέστερον· ὅμως μέντοι ἔδει μὴ παραλιπεῖν ἀμνημόνευτον αὐτὸ, [τὴν] περὶ τῶν τόπων ἐκείνων ἀναγραφὴν ποιούμενον. Verba sunt illius qui rem geographicam suscepisset ex professo, non autem illius qui θαυμάσια ἀκούσματα undecunque corrasisset. Nescio an ex Aristotelis opere celeberrimo περὶ Πολιτειῶν; si quidem, præter civitatum leges atque mores, etiam regionum res mirandas observarit. Siqua conjecturæ venia, crediderim hoc opus e variis Aristotelis operibus collectum esse a discipulo et successore illius Theophrasto, verbis nonnunquam suis, nonnunquam ipsius Aristotelis: ita tamen ut recentiora quædam e sua memoria suppleverit ipse Theophrastus. Sic merito ambobus tribuendum erat, tam Aristoteli, quam Theophrasto. Frequens enim erat in hujusmodi collectionibus Theophrastus. Collegit decreta Anaxagoræ, Anaximenis, Archelai, Diogenis, Metrodori et Xenocratis. Epitomen fecit Platonis *de Republica*, atque Aristotelis *de Animalibus:* imo Ὑπομνημάτων Ἀριστοτελικῶν ἢ Θεοφραστείων libros VI scripsisse auctor est Laërtius [1]. Nescio annon hoc ipsum opus sub illo titulo designarit. Poterant enim θαυμασίων ἀκουσμάτων illa fuisse Ὑπομνήματα: V^um sane hujus operis librum περὶ Θαυμασίων Ἀκουσμάτων advocat Stephanus [2]; et quidem sub nomine Aristotelis ea inde profert, quæ ibi hodieque reperiuntur. Idem etiam sæpe alibi ex hoc opere testimonia adducit, sub eodem quoque nomine Aristotelis. Quod vero propius ad causam nostram facit, Antigonus utriusque nomine loca inde depromsit, tam Aristotelis, quam etiam Theophrasti: nomine quidem Aristotelis, c. 31; ne alia loca jam memorem, quæ in aliis Aristotelis operibus hodieque reperiuntur. Sed et

[1] Laërt. l. 5, segm. 48. — [2] Steph. Γελωνή.

Theophrasti nomine alia idem adducit Antigonus; certe c. 146, et fortassis c. 149, 152, 154, 156, atque etiam c. 188. Pendent enim hæc omnia aliquatenus a c. 145, quo nomen ipsum designavit Theophrasti. Et solet alioqui etiam Antigonus ex eodem auctore καθεξῆς excerpere. Certe finem iis, quæ collegerat ex Aristotele, imposuit c. 127. Hoc ergo tempore Antigoni, ut in libros distributum hoc opus legebatur, sic etiam manifestum fuisse videtur, quæ ipse ex Aristotele excerpserit, et quæ sua addiderit, Theophrastus. Nec enim alioqui sua singulis tam accurate assignare potuit Antigonus. Sed mutilavere postea, formamque operis universam mutavere juniores; et sane confusionis indicia in operis initio prodiderunt H. Stephani mss., ut ex iis, quæ in fine subjiciuntur, constat Additamentis. Poterant etiam alioqui confundi invicem opera Aristotelis atque Theophrasti. Simul enim ambo apud Nelei hæredes, quibus ea legaverat Theophrastus, latuerunt; simulque Sullæ opera ex Apellicontis Teji bibliotheca in lucem prodierunt, ut nos docet Strabo[1], atque Plutarchus[2]. Librum certe *de Lineis insecabilibus*, qui inter Aristotelis opera legi solet, Theophrasto asserunt tam Laërtius, quam Alexander Aphrodisæus: ut, ante nos, jamdudum observavit cl. Meursius. Convenit præterea satis commode ætas Theophrasti: erat enim admodum longævus[3], attigitque olymp. CXXIII^{m}, qua successorem habuit in schola peripatetica[4] Strabonem, secundi Ptolemæi præceptorem. Sic poterat ipse ea omnia scripsisse, quæ in hoc opere legimus Aristotelis morte recentiora. Hæc tamen de hoc opere obiter. Constat

[1] Strab. l. XIII, p. 608 (p. 906, B). — [2] Plutarch. *Vit. Syll.* (p. 468, A, ed. Francof.) — [3] *Vid.* Menag. *ad Laërt.* l. V, n.° 47. — [4] Laërt. l. V, n.° 58.

interim, quam egregie cum ea, quam dixi, peripli hujus ætate conveniat, quod in hoc opere testimonium inde advocatur.

§. XXII. Scylax, non ex Hannone, sed ex antiquioribus Hannone Phœnicum periplis, sua hausit.

Habet quidem, fateor, cum Hannone nostro communia nonnulla etiam Scylax; et quidem urbium nomina aliqua, quæ a se imposita profitetur Hanno, Thymiateriadem atque Cernen[1]. Nuspiam ille quidem Hannonis de nomine meminit. Et tamen hæc antiquiorem illum Scylace probarent, si quidem verax ille periplus fuisset. Atqui jam vidimus Phœnicum Tyriorum colonias intervertisse, atque sibi vendicasse Libyphœnicas Carthaginienses. Phœnicum autem colonias illas fuisse censet Scylax, non Libyphœnicum, ut vult impostor sub nomine Hannonis. Imo Phœniciam ipsam illi Scylacis incoluere Phœnices. Hoc enim docent merces eo, si Scylacem audiamus, importatæ[2]: ex Ægypto scilicet atque Attica. Quis enim est qui non statim intelligat, quanto hæc aptius Phœniciæ conveniant, quam Libyphœniciæ! Poterant, fateor, e quacunque Mediterranei maris ora merces Æthiopibus ad oceanum sitis inferre Carthaginienses. Poterant sane, si, post conditam Carthaginem, curam deinceps omnem navigationum occidentalium intermisissent Tyrii Phœniciæ ipsius inquilini. Sed commercium horum Phœnicum cum Gaditanis, et Gaditanorum cum Libyæ partibus oceano objectis, jam probavimus[3]; et quidem tale, ut merces Carthaginiensibus ipsis incognitas Carthaginem importarint. Quod sane fieri non potuit, si cum

[1] Scylax, p. 53. Huds. — [2] *Ibid.* p. 54. — [3] §. XIII.

iisdem commercium habuissent ipsi Carthaginienses. Salvo autem commercio, longe commodius Ægyptiorum Atheniensiumque merces Phœnicibus, quam Libyphœnicibus imputabimus. Atqui res ipsa clamat longe alias fuisse Scylacis rationes, urbiumque situs, quam fuerint Hannonis. Ultra Lixum fluvium Thymiateriada statuit Scylax, cum tamen suam urbem Thymiaterium, multis quoque aliis coloniis interpositis, citra Lixum ponat Hanno. Idemque dicendum de promontorio etiam Soloente. Cernen porro pro ultimo navigationis termino habet Scylax [1]. Ulteriora negat esse navigabilia propter *brevitatem maris et cœnum et algam.* Sic vice versa, *Ephorum,* ait Plinius [2], *auctorem* fuisse *a Rubro mari navigantes, in eam non posse propter ardores ultra quasdam columnas (ita appellantur,* inquit, *parvæ insulæ) provehi.* Inde Cerne πυμάτη Dionysio [3], aliisque. Loquitur enim ita Scylax ut solebant veteres geographi, quoties de terrarum cognitarum ultimis esset sermo, ut jam olim observavit Plutarchus [4]. At Cernen ultro citroque navigabilem noster saltem facit Hanno. Imo multis deinde post Cernen diebus, ad Gorillas se pervenisse fabulatur. Ex hoc autem Ephori testimonio colligimus, ut aliæ erant ab Hannonis rationibus rationes Scylacis, sic etiam fuisse vetustiores; et rationes proinde Phœnicum similiter antiquiores fuisse rationibus Libyphœnicum, licet nihilo fuerint fortasse veriores. Convenit porro cum hoc Ephori testimonio etiam Herodotus [5], qui notam e Carthaginiensium navigationibus, quam appellat ipse Cyranin, infra Columnas, ut videtur, ponit Herculeas. Certe illis Libyæ oris opponit, quas postea extra Columnas fuisse tradit. Sic fuerat necesse ut e Rubro mari

[1] Scylax, p. 53. — [2] Plin. *Nat. Hist.* VI, 31. — [3] Dionys. v. 219. — [4] Plutarch. *Vit. Thes.* (init.) — [5] Herodot. l. IV, c. 195.

navigantibus Columnæ ipsæ fuerint transeundæ, quas quidam insulas fuisse existimabant, ut jam supra observavimus[1]. Quoniam autem orientalium ab occidente navigationum veteres terminum Cernen existimabant, inde factum ut ab occidente eam tandem transtulerint in orientem. Hoc autem obiter. Cæterum vix est cur dubitemus quin e Cyra monte (ut voluit Trogus) nomen traxerit illa Cyranis, eademque proinde fuerit cum sede Gorgonum Cerne atque Cyrene. Sic eam Herodoti, imo etiam Ephori, ætate veteres nondum ultra Columnas Herculeas promoverint. Historiam autem suam Ephorus ad olymp. CIX, 4, perduxit, ut nos docet Diodorus. Convenit egregie, quod Palæphatus peripateticus Aristotelis discipulus (ejusdemque adeo cum Ephoro ætatis) Cyrenen Gorgonum ad Columnas ipsas posuerit Herculeas. Itaque his recentior fuerit oportet larvatus Hanno, qui tam longe Cernen suam ultra Columnas illas summoverit. Quare nihil hausit ex Hannone Scylax, ut credidit maximus Bochartus, etiam eorum quæ habet cum Hannone communia, sed ex antiquioribus Hannone Phœnicum ipsorum rationibus; non autem ex illis, quas est secutus Hanno ipse, Libyphœnicum. Erat sane in antiquioribus illis rationibus urbium earundem mentio, quas a se conditas gloriatur Hanno. Καρικὸν τεῖχος memoravit antiquior Hannone Ephorus : Μέλισσαν Hecatæus Milesius (in Περιηγήσει, ut videtur, Λιβυκῶν), Græcorum historicorum fere antiquissimus : utrumque docet Stephanus. Tunc autem certe non poterant Carthaginiensium res fuisse florentissimæ. Poterant vero tum quoque has colonias sibi vendicare Phœnices Tyrii. Non tamen negaverim, etiam Herodoti ætate,

[1] S. VI.

ipsam quoque illam Cyranin sibi vendicasse Carthaginienses. Carthaginiensium enim narrationibus ea quæ habet de Cyrani accepta referre ipse quoque videtur Herodotus. Hinc autem illud tantummodo colligemus, antiquiorem Hannone illam fuisse Tyriorum Carthaginiensiumque de Cerne æmulationem. Cæterum non proinde malæ fidei absolvetur Hanno, qui tam nuperam Cernes suæ, sive Cyrenes ad montem Atlantem, fingit originem, quam nos tanto antiquiorem fuisse vicimus. Cernen enim eandem cum veteri designare voluit, cum illam lacui propinquam fuisse fabulatur.

§. XXIII. Periplum, post Hannonis mortem, sub illius nomine confinxit Græcus aliquis Carthaginiensium studiosus.

Recte ergo, ut opinor, Hannonis illius ætatem designavi, sub cujus nomine periplum commentus est junior aliquis Hannone Græcus impostor. Hannonem autem ipsum ego a fraude libenter absolverim. Suspicor omnino, post illius et collegæ Himilconis mortem, a Græculo aliquo Siculo Carthaginiensium studioso, sub illorum nominibus periplos fuisse suppositos; et fortasse pro exemplo Alexandri Magni. Nempe Alexandri auspiciis oceanum orientalem lustraverant Nearchus atque Onesicritus, ab Indo usque ad mare Erythræum. Sic vice versa Carthaginiensium auspiciis, quorum navigationes erant in occidentem tunc certe omnium celeberrimæ, lustrandum credidit impostor oceanum occidentalem ad mare similiter Erythræum, exordio ducto a Columnis Herculeis : et lustrantium ducum numero plane simili, Hannonis atque Himilconis. Id porro operam dedit impostor, quo magis invicem convenirent, ut navigationis utriusque terminus in mari constitueretur Erythræo. Ita navigationes

Alexandri Carthaginiensiumque (pro impostoris, ut videtur, mente) contulerunt invicem Plinius[1] atque Arrianus[2]. Studium autem Carthaginiensium prodit, quod et duces horum periplorum Carthaginienses fecerit; et quod partes Carthaginiensium secutus fuerit in coloniis Tyriorum sibi vendicandis. Græcum autem fuisse, qui hos periplos confinxerit, ostendunt nomina urbium Græca omnia, nec ullum Punicæ originis vel vestigium exhibentia. Frustra ergo se torsit maximum Bocharti ingenium, ut urbium nonnullarum etymologias ex ebræo arcesseret. In postremis autem sibi temperavit, quasi desperabundus; et vere fabulosum esse tandem suum concedit Hannonem. Quod tam invitus demum vel conari desierit, facile intelligimus vidisse illum quam aliena essent a persona Pœni ducis urbium a se conditarum Græca nomina. Adeo tamen decori imperitus erat, ut se vel ita prodiderit incautus impostor. Et ne quidem scriptum aliquod Hannonis advocat, coævis notum, et in clara hominum luce positum, sed sacratum in templo. Sic penes ipsum erat quod libebat sub Hannonis nomine confingere, quasi primus ille in templi adyto reperisset. Edidit autem ex intervallo, postea quam in vivis desierat esse ipse Hanno, ne vel ipse, vel quispiam ejus amicus alius, conficta illius nomine mendacia in ipso ortu refelleret. Jam alibi ostendimus[3], quam fuerit apud falsatores fraus illa recepta, ut fidem suis commentis è reconditis templorum monumentis conciliarent. Erant quidem, fateor, genuina istiusmodi in templis sæpe monumenta; sed prostabant etiam publice, quæ nulla vetabat religio quo minus publicarentur. Sic enim factum in pontificum Annalibus, ut alibi ostendi-

[1] Plin. *Nat. Hist.* II, 67. — [2] Arrian. in fin. *Peripl. Nearch.* — [3] *De Sanchoniathon.* S. 11.

mus[1]. Horum extra templum ipsum vestigium nullum præ se ferebat editor. Sed patria lingua concipi solebant, quæ ad rerum patriarum memoriam perennandam in templis servabantur. Hic Punicæ linguæ nullum est, ut vidimus, vestigium : ne quidem in locorum nominibus, quæ Pœni ipsi imposuisse finguntur Sed in historias ipsas tandem accepta sunt, cum suppeteret monumentorum copia satis ampla conficiendis historiis. Ita enim factum in historia Romana. Quis autem unquam historiam Punicam ex archivis templorum collegit Punicis ? Sed historiis lingua patria conscribendis ansam dare solebat archivorum copia lingua patria conceptorum. Punica autem lingua qui historiam scripserit, de rebus etiam Punicis, neminem habemus veterum qui meminerit. Imo effecisset archivorum ipsa lingua, ne multa possent ab aliis scribi quam indigenis. Hoc ipsum ostendit Dionysius Halicarnasseus[2], cur tam pauca de Romanis explorata haberent Græci, cur ipse tædium linguæ peregrinæ discendæ devorarit. Quis item Græcus unquam historiæ Punicæ scribendæ gratia linguam Punicam sibi necessariam existimavit ? Pauca admodum, si forte ulla, istiusmodi archiva Punica fuisse verisimillimum est. Nihil certe inde depromsit Polybius, Scipionis Æmiliani institutor; cui tamen patebant arcana omnia Carthaginis, cum urbs ipsa exscinderetur. Et tamen usum archivorum ille, si quis alius, optime callebat ; iisque, cum suppeterent, historiam suam confirmavit. Inde vetera hausit[3] Romanorum Carthaginiensiumque fœdera; inde res gestas Hannibalis in Hispania, ex inscriptione *viz.* quam sacravit ipse Hannibal in tem-

[1] *App. Præl.* — [2] Dionys. *Præf. Antiq.* (lib. 1, pag. 4, lin. 17, et pag. 6, lin. 37, ed. Francof. 1786). — [3] Polyb. l. III (c. 26).

plo Junonis Laciniæ[1]; inde annum urbis Romanæ natalem, teste Dionysio Halicarnasseo[2]. Ne neglecta ab eo fuisse suspicemur Carthaginiensium, si qua uspiam fuissent, archiva. Si quod fuisset Hannonis, in templo aliquo archetypum, ad illud potius provocassent qui Hannonis studio tenebantur, eumque genuinum esse volebant, quam ad *Gorillarum pelles* in templo *suspensas.* Perierunt porro in Romanæ urbis incendio tot archiva, ut priorem historiam propterea minus integram fateatur ipse Livius[3]; inde autem novam integrioris historiæ quasi epocham arcessat. In urbis Carthaginiensis excidio tanto recentiori nemo est, qui archiva vel periisse queratur; nemo, qui Scipionis vel conatum narret, ne perirent, cum fuerit tamen ille tantus bonarum literarum patronus. Nullum ergo fuisse verisimile est, vel in templo, periplum Hannonis originalem; nullum apud Carthaginienses morem archivorum in templis servandorum. Singularia autem, nec recepta aliqua servandorum archivorum consuetudine freta archiva, merito sane suspecta habenda sunt, cum tot fuerint sub archivorum prætextu veterum impostorum fraudes. Hunc autem periplum illis quoque temporibus suspectum fuisse docet, quod ad pelles Gorillarum in excidio repertas provocatum fuerit.

§. XXIV. Periplus hodiernus a veterum Periplo, qui sub Hannonis nomine confictus est, in multis admodum mutatus est.

Est tamen, ni fallor, ab eo quem veteres usurpabant, admodum diversus ille, quem nos hodie usurpamus, periplus Hannonis. Periplum veterum in Ju-

[1] Polyb. lib. III, cap. 33; Liv. lib. XXVIII, c. 46, fine. — [2] Dionys. Hal. l. I, p. 60. — [3] Liv. l. VI, 1.

nonis templo consecratum fuisse consentiunt Plinius[1] et Solinus[2]. Periplo si hodierno fides, in templo prostabat, non Junonis, sed Saturni. Gorgadum insulam ad Hesperion ceras; Cernen autem contra sinum Persicum, et proinde in peripli fine, ponit Plinius[3], omnino, ut videtur, e coævis hujus peripli codicibus. Magis certe pro mente veterum, qui in Cerne navigationis utriusque fines committebant, tam Nearchi quam Hannonis. Vice autem versa, citra Hesperion ceras Cernen, et ad Notion ceras, ipsumque adeo navigationis finem, Gorillas ponit periplus hodiernus. Convenit porro in Gorgadum situ cum Plinio etiam Mela[4], qui etiam ipse advocat, qualis tunc legebatur, Hannonem. Vix est præterea cur dubitemus quin eadem fuerit, in situ tam dispari, insula Gorgadum atque Gorillarum, utcunque refragetur cl. Vossius[5]. In Plinio certe atque Mela nullas legimus a Gorgadibus diversas Gorillas; nec vicissim, in Hannone hodierno, alias a Gorillis Gorgadas. Et tamen in Gorgadas Hannonem penetrasse, ibique hirtis corporibus feminas reperisse, docuit Xenophon Lampsacenus, testibus Plinio et Solino. Unde illa, quæso, Xenophon nisi e coævo periplo Hannonis? Ubinam autem Gorgadas; ubinam hirto corpore feminas, in Hannone hodierno potuit reperire Vossius, præterquam in Gorillis? Itaque nomina illa invicem permutavit auctor peripli hodierni. Vidit nimirum antiquior ille, sub Hannonis nomine, falsarius, cum Cernen suam ex occidente transtulisset in orientem, aliam proinde quærendam fuisse Gorgonibus sedem, quas occidenti assignaverat Hesiodus. Inde factum, ut non amplius Cernen insulam illam, sed Gorgadum, appellarit. Transtulit autem, ut quæ

[1] Plin. *Nat.-Hist.* VI, 31. — [2] Solin. cap. 56. — [3] Plin. VI, 31. — [4] Mel. III, 9, 66. — [5] Voss. *ad Mel.* III, 9, 66.

ultima censeri solebat terrarum Cerne, eadem ultima etiam esset in hac navigatione Hannonis. Perperam ille quidem cum occidentem versus censeri soleret ultima, et orientem versus navigaret Hanno. Quod porro Gorgades a Gorgonibus appellarentur, unde, quæso, veteres habebant nisi e coævo Hannone, quem legerant in Gorgadas ipsas penetrasse? Ubinam autem hoc legerant, nisi in ipso illo, qui tunc illius nomine ferebatur, periplo? Atqui de Gorgonibus nihil plane hodiernus Hanno. Imo vice versa supponit potius, si quæ fuissent, in Cerne potius quærendas fuisse quam Gorillis. Sic enim illi liberum fuisset ut Gorillas suas in oriente poneret, cum sedem Gorgonum Cernen in occidente reliquisset. Nescio an hanc ipsam rationem ob oculos habuerit junior impostor, cum veteris Hannoniani peripli situs in Cerne Gorillisque ita perverteret. Forte etiam Gorillas illas feminas propterea appellavit, ne quid affine habere viderentur cum Hesiodi Gorgonibus. Faciunt eodem verba illa Arriani in fine peripli Nearchi [1]: Ἄννων δὲ ὁ Λίβυς ἐκ Καρχηδόνος ὁρμηθεὶς, ὑπὲρ μὲν Ἡρακλέους στήλας ἐξέπλωσεν ἔξω ἐς τὸν πόντον, ἐν ἀριστερᾷ τὴν Λιβύην γῆν ἔχων· καὶ ἔστε μὲν πρὸς ἀνίσχοντα ἥλιον ὁ πλόος αὐτῷ ἐγένετο, τὰς πάσας πέντε καὶ τριήκοντα ἡμέρας. Unde et hæc præterquam e coævo Hannonis periplo Arrianus? Continuas ergo numeraverat Hanno Arriano coævus dierum XXXV, postquam oceanum ingressus esset, versus orientem navigationes, anteaquam in meridiem deflecteret. Nimirum ante ἀνυδρίας et καύματος incommoda, quæ senserunt e rivis igneis in mare incumbentibus, ῥύακες πυρὸς ἐς τὸν πόντον ἐμβάλλουσιν, inquit Arrianus. Et πυρώδεις ῥύακας, qui ἐνέβαλλον εἰς τὴν θάλατταν, memorat Hanno quoque hodiernus post

[1] Pag. 40.

Hesperion ceras, ad *χώραν διάπυρον Θυμιαμάτων*. Illum ergo locum designavit Hanno Arriani, quo navigationis orientalis 35° demum die perventum fuerit. Atqui a Soloente promontorio, unde incipit navigatio orientalis, ad regionem Thymiamatum, dies ex Hannone hodierno non plures 24 ½ numerabis; ne quidem ipsos continuos. Bidui enim navigatio, in illo ipso spatio, ad meridiem numeratur. Desunt ergo in Hannone hodierno navigationis illius multi dies, et multa, quam volebat antiquus impostor, aliter narrata. Atqui nullum certe Hannonem novit Herodotus[1], qui tamen Africæ, quos novit, periplos recenset, et qui ipsos consuluerat, ea de causa, Carthaginienses. Itaque nullus tunc Hannonis nomine receptus est periplus, vel apud ipsos Hannonis cives Carthaginienses. Est ergo junior Herodoto periplus ille etiam antiquior. Scire quidem potuit Hannonem pro ea, qua vixit, ætate Polybius. Nihil tamen inde lucrabitur cl. Vossius. Si enim scivit, sprevit certe, mendacemque censuit. Hoc nos docent illius verba illa : [2] *Τῆς Ἀσίας καὶ τῆς Λιβύης, καθὸ συνάπτουσιν ἀλλήλαις περὶ τὴν Αἰθιοπίαν, οὐδεὶς ἔχει λέγειν ἀτρεκῶς ἕως τῶν* ΚΑΘ᾽ ἩΜΑΣ *καιρῶν, πότερον ἤπειρός ἐστι κατὰ τὸ συνεχὲς τὰ πρὸς τὴν μεσημβρίαν, ἢ θαλάττῃ περιέχεται· τὸν αὐτὸν τρόπον τὸ μεταξὺ Ταναΐδος καὶ Νάρβωνος εἰς τὰς ἄρκτους ἀνῆκον, ἄγνωστον ἡμῖν ἕως τοῦ* ΝΥΝ *ἐστὶν, ἐὰν μή τι μετὰ ταῦτα πολυπραγμονοῦντες ἱστορήσωμεν. Τοὺς δὲ λέγοντάς τι περὶ τούτων ἄλλως*[3] *ἢ γράφοντας, ἀγνοεῖν καὶ* ΜΥΘΟΥΣ *διατιθέναι νομιστέον*. Periplos hoc in loco Africæ damnat omnes, qualem hunc fuisse probavimus Hannonis.

[1] Herodot. l. IV, c. 42, 43. — [2] Polyb. lib. III, c. 38. — [3] *ἄλλως*, quod vulgo aberat, inseruit Schweig. ex ms.

EDITORIS DISSERTATIO

IN

PERIPLUM HANNONIS.

DISSERTATIONIS SUMMA.

---

§. I. De superstite hoc periplo dubitationes. — §. II. Quæritur conditæ Carthaginis tempus; de quo variæ veterum sententiæ. — §. III. Quid de Perseo et Gorgonibus. — §. IV. Allegorica de Perseo fabula explicatur. — §. V. Phœnicum his in litoribus habitatio prisca. — §. VI. Explicatur quomodo alii antiquissimam, alii recentiorem Carthaginem esse voluerint. — §. VII. Recentior Carthago ostenditur ex historica ejus materia. — §. VIII. Quis Hanno huic itineri præfuerit. — §. IX. Res eadem disquiritur. — §. X. Aliæ cl. Bougainvillii de Hannonis nostri ætate conjecturæ. — §. XI. Quid auctoritatis habeat superstes hic periplus. — §. XII. Res eadem disquiritur. — §. XIII. Præcedentia concluduntur. — §. XIV. Quid de narratione ipsa et ejus contextu cogitandum, vel de industria Hannonem mendosa veris narrando miscuisse, vel compendium hoc esse e collectis rumoribus a Græco quodam compositum. — §. XV. Publicum Hannonis mendacium suspicari non ineptum est. — §. XVI. Quousque Hannonis iter circa Libyam occidentalem producendum? Libyæ olim circumnavigatæ testimonia. — §. XVII. Circumnavigatæ Libyæ hypothesis etiam defenditur. — §. XVIII. Hac circumnavigatione semel admissa, quousque pergat Hannonis iter? — §. XIX. Arctioris contra veterum navigationis hypothesis ex cl. Gossellino defenditur. — §. XX. Hic concluditur, et admonitio de sequentibus adnotationibus utilissima datur.

---

§. I. De superstite hoc periplo dubitationes.

Reputanti mihi traditum fuisse, nec sine magna celebratione apud veteres, Hannonem Carthaginiensium ducem, litora Libyæ occidentalis eo animo ex-

plorasse, ut urbes aut potius emporia conderet, et novam quæstuosissimis civium peregrinationibus viam aperiret, visum fuit operæ pretium, si etiamnum vestigia hujus experimenti, vel integra, vel ex parte tradita, vere supersint, illa iterum atque iterum excutere; et inde perdiscere quousque navigando mercaturam per Atlanticum mare Pœni fecerint. Hunc autem nostrum Hannonis periplum si attente perlegeris et perpenderis, non unus exorietur dubitandi locus. Primum, an habeamus narrationem illam ipso ab Hannone vulgatam, veram et integram, ab interprete quodam græco fideliter redditam. Deinde, annon compendium sit, ab Hannone ipso compositum e locupletioribus et reconditis documentis, quæ palam prodire utilitas reipublicæ vetabat? Sic enim autumat doctissimus *Bougainvillius*[1]. Tertium, quid si Hanno ipse de industria miscuerit mendosa cum veris, ut ceteras gentes ab incœpto simili deterreret? Denique, nonne erit, ut conjiciamus hanc narrationem a Græco quodam ex collatis hinc inde, quoad posset, rumoribus fuisse conflatam? Qua quidem admissa hypothesi, de rerum serie in periplo nostro definita, de numero dierum, de intervallis datis magna excitaretur dubitatio; et præcipua tantummodo quædam ac notatione digna de expeditione et de locorum natura, nobis inde depromi posse viderentur. Ceterum omnes de peripli summa conjecturæ quælibet ad aliquam præcedentium ferme redeunt. Utinam ex tot ambagibus et latebris, veritatem unam certamque eruere, et extra omnem dubitationis aleam constituere licuisset! At saltem, si nobis tam felix negatur exitus, ita rem tractare tentabimus, ut conjectatio unaquæque sua

[1] *Mémoires de l'Académie des inscriptions*, tom. XXVI, pag. 38.

luce propria adfulgeat, suis argumentis polleat; et, suppetente judicandi materia, lector suo jure certius concludat.

§. II. Quæritur conditæ Carthaginis tempus; de quo variæ veterum sententiæ.

Et primum quum remotissimis abhinc temporibus Phœnices extra fretum gaditanum in litore Libyæ urbes condiderint, quod videbimus infra, et multum intersit, Carthaginiensibus illud non tribuere, quod Phœnicum proprium fuit, conditæ ipsius Carthaginis tempus, veritati saltem sat proximum, definiamus necesse est. Appianus [1] refert Carthaginem conditam fuisse anno 50° ante Trojam captam, quæ anno excidit 1270° ante Chr. nat.[2] Inde, si Appiano creditur, condita est Carthago anno 1320° ante Christum[3]. Cujus urbis incunabula Eusebius [4] refert ad annum 1211; aliasque ille sententias laudat eorum, qui Romæ æmulam asserunt conditam fuisse, tum anno 1013 [5], tum 1040 [6] ante Chr. nat. Plurimi tamen consentiunt de condita Carthagine anno 883 ante Chr. nat. Nempe Solinus [7] orationem quamdam Catonis refert, palam declarantis Carthaginem per 737 annos stetisse: quæ, quum deleta perhibeatur ante Chr. nat. anno 146, eadem 883° anno condita fuerit necesse est.

Ex suis supputationibus contendit Dodwellus[8] exsulasse e Phœnicia Didonem anno 867° ante Chr. nat.,

[1] *De Bell. punic.* §. I, tom. I, p. 304, ed. Schweigh. — [2] Vel ann. 1209, *ex Marmor. Arund.*, vel anno 1199, ut nuper supputavit doctiss. Saint-Martin. — [3] Vel ann. 1259, vel 1249, pro variis supputandi rationibus. — [4] Euseb. Pamphil. *Chronic.* lib. II, pag. 91 edit. Scaliger. — [5] *Ibid.* p. 100 ed. Scalig., p. 305 ed. Mediol. — [6] *Ibid.* p. 101 ed. Scalig., p. 306 ed. Mediol. — Conf. p. 110 ed. Scal., p. 314 ed. Mediol. — [7] Cap. 30. — [8] *Dissert. in Hann.* §. XVII, p. 45.

et potuisse aliquot annis recentiorem esse Carthaginis ortum. Si alia insuper inter se conferamus, ad id adducemur, ut urbis hujus incunabula ad annum ferme 833um referamus. *Gades* scilicet, auctore Velleio Paterculo [1], Codri ferme ætate, id est, anno circiter 1132, conditæ fuerunt, et jam paullo ante *Utica*, quæ Carthagine antiquior [2] 287 annis erat, teste Aristotele, cujus verba sunt [3] : (Ἰτύκη) καὶ πρότερον κτισθῆναι λέγεται αὐτῆς τῆς Καρχηδόνος ἔτεσι διακοσίοις ὀγδοήκοντα ἑπτὰ, ὡς ἀναγέγραπται ἐν ταῖς Φοινικικαῖς ἱστορίαις : *Utica fertur condita fuisse 287 annis ante ipsam Carthaginem, ut inscriptum manet in punicis libris.* Ego nunc Uticam conditam anno 1104° ex probabili conjectura statuam, et ex hac annorum summa 287 annos cum Aristotele detrahenti supererunt 833; quod conditæ Carthaginis tempus erit.

Didonis in Libyam adventum doctiss. *Larcherus* [4] ex Velleio Paterculo constituit anno 819 ante Chr. nat.

Alias etiam conditæ Carthaginis epochas collegerunt tum cl. Dodwellus [5], tum vir chronologiæ peritissimus *Saint-Martin* [6]; qua de re sic ille disserit : *Les Annales tyriennes, dont Josèphe a conservé le témoignage, placent la fondation de Carthage la septième année du règne de Pygmalion, qui répond à l'an 867 avant notre ère.... Les uns mettent cependant la fondation de cette ville après l'époque indiquée ci-dessus, les autres avant. Selon deux autorités recueillies dans la Chronique de S. Jérôme* [7], *cette fondation seroit antérieure de 668 ou de 748 ans à la prise de Carthage, en 146 avant J. C. La première indication la placeroit en 894; l'autre en 814,*

[1] Lib. 1, cap. 2. — [2] Utica enim significat *antiquam civitatem*, ab arabica voce *otik*, *atik*, id est, *vetus*. — [3] *De mirab. Auscult.* pag. 1165, B. Lutet. 1619. — [4] *Chronol. d'Hérod.* tom. VII *de la trad.* pag. 136, 2.e édit. — [5] *Dissert. in Hannon.* S. XVII, p. 45, 46. — [6] Conf. *Biographie universelle*, tom. XXXVI, art. *Pygmalion*. — [7] Pag. 147, ed. Scaliger.

ce qui est d'accord avec le témoignage de Timée[1], *qui plaçoit la fondation de Carthage 38 ans avant la première olympiade (776 + 38 = 814). Justin*[2] *et Orose*[3] *la mettoient 72 ans avant la fondation de Rome, et Velleius Paterculus*[4] *65 ans seulement (si son texte n'est point altéré); ce qui nous donneroit les années 824 ou 817, dates qui ne s'éloignent pas beaucoup de celle de Timée, avec laquelle elles étoient peut-être originairement identiques.* Cum Timæo concinit Tullius in libro *de Republica*[5]. Quæ quidem fere omnes supputandi rationes Carthaginis incunabula in medio ferme sæculi noni collocant. Inter auctores non multum a se invicem dissentientes, sententiam optimam pro se quisque optabit et comprobabit: sed qua bona auctoritate freti voluerint Appianus Eusebiusque Carthaginem trojanorum temporum coævam fuisse! scilicet Mediterranei maris litora freto gaditano vicina, jam ex remotissimis temporibus perlustrata fuerant, quod jam plures viderunt[6].

§. III. Quid de Perseo et Gorgonibus.

Hic liceat aliquid obiter disserere de Hesperiis regionibus et de tot fabulis, quas multi ex Hannone ejusque sociis manare perperam crediderunt; Gorgonas dico illas a Phorco Cetoque genitas, Hesperidibus proximas, et, ut ait Hesiodus[7], habitantes πέρην κλυτοῦ Ὠκεανοῖο, ἐσχατιῇ πρὸς νυκτὸς, *ad remota litora celebris Oceani, juxta ultimos noctis terminos.* Quarum

[1] Ap. Dionys. Halicarn. *Antiq. rom.* lib. I, p. 60. — [2] Lib. XVIII, c. 6. — [3] Lib. IV, c. 2. — [4] Lib. I, c. 6. — [5] II, 23. — [6] Vid. *Mém. de l'Acad. des inscript.* tom. XXVIII, pag. 263. Matth. Gesner. *de Phœnic. navig. extr. Columb.* præl. I, §. 2, ad calc. Orphei. Raoul-Rochette, *Hist. des colon. grecq.* t. I, p. 102, 103. — [7] Hesiod. *Theogon.* v. 270-275.

unius, Medusæ, caput Perseus amputat [1]; inde exsilit magnus *Chrysaor* et *Pegasus equus*, ita adpellatus, quia apud oceani fontes, id est ὠκεανῦ περὶ πηγὰς, natus esset [2]. Quæ tot fabulæ, mille modis consarcinatæ, et ab Hannone oriri creditæ, quamvis aliunde fluant, ad rem nostram prorsus redeunt. Nempe hæc ab Hesiodo scribuntur 900 annis circiter ante Christum, nec potuere Hannonis periplum sequi, quum ducis hujus carthaginiensis iter nullo modo ante annum 683 susceptum fuerit, ut paullo infra monstrabimus. Hæc omnia res Hannone antiquiores arguunt. Incerti pervulgantur rumores, allegoricæ fabulæ, de litoribus oceano vicinis, et de noctis imperio. Adsurgit etiam in græca mythologia Perseus quidam, cujus inclitis facinoribus occidentalis Africæ litora personuere. Scilicet quum multa magnaque revera fecisset, præclarissimamque posteris famam tradidisset Perseus, dignus propterea visus est qui, nominis celebritate, poëtarum commenta fulciret. De quo confer eruditissimum *Claverium* [3]. Persei, ut antiquissimi, ita et celeberrimi viri meminit Herodotus [4]. Ait Clemens Alexandrinus [5] ex Eratosthene, vixisse Perseum anno circiter 178° ante excidium Trojæ, id est anno 1448°, vel 1387, ex Arundel. Marmoribus. Celebrat Pausanias [6] ab illo adductas in Libyam e Peloponneso colonias; atque refert hanc fabulam Eratosthenes [7], Perseum projecisse oculum unius e Phorcydibus in Tritonem lacum. Quid igitur nobis fingendum de tot variis rumoribus! nempe hanc viri tantam celebritatem ob vere suscepta in Libyam itinera percrebuisse, et ex itineribus ortas, tum historias, tum fabulas quæ

[1] Hesiod. *Theog.* v. 280. — [2] *Ibid.* v. 282. — [3] *Prem. t. de la Gr.* t. I, p. 155. — [4] Lib. VI, c. 54. — [5] *Stromat.* l. I, p. 236. — [6] Lib. II, c. 21. — [7] *Catasterism.* c. 22; ap. Petav. *de Doctr. tempor.* t. III.

veritatem ut sæpius obtegunt, ita quandoque declarant. Paullo infra videbimus ex Nonno[1] adpulisse Cadmum in Libyam, et colonias ibi ante Persei ævum instituisse. Atqui elapso intervallo Cadmum inter, Thebarum conditorem anno circiter 1549° ante Christum, et Perseum coloniarum ducem anno 1448°, Græci pergebant cum Phœnicibus haud dubio misceri. Vix credibile est, subito post Cadmum intercidisse apud Græcos lustratæ Libyæ memoriam. Fuere forsan tempora, quum hujus regionis litora gaditani freti vicina nullius omnino gentis stabilito imperio parerent, sed emporiis navigantium quorumlibet facile tenerentur. Sic aperte denotant vulgatæ de Perseo fabulæ, hunc virum principem, antequam Argivis imperitaret, magnum iter ad occidentales (incertum quousque) plagas suscepisse, et aliquandiu ibi imperitasse.

§. IV. Allegorica de Perseo fabula explicatur.

Supersunt nunc fabulæ ipsæ, quarum sensum, si pote est, elicere conemur. Et primum tres illæ Gorgones, Stheno, Euryale, Medusaque, quarum postrema a Perseo necatur, nihil commune habent cum tribus Gorillis, quarum Hanno meminit; quod luculenter, me judice, probat Dodwellus[2], quamvis illius sententiæ nuper repugnaverit doctiss. Falconer[3]. Etenim forsan crediderim Gorillas excogitatas fuisse ad imaginem Gorgonum, si periplus hic noster nuperrime conflatus esset, et pro falso habendus; sed tali judicio is minime assentitur, qui tum Hannonis periplo fidem tantillam adhibuit, tum Græcorum Hesiodique geographiæ certos limites, pro quaque ætate, posuit.

[1] *Vid.* paullo infra. §. V, p. 76. — [2] *Dissert. in Hann.* §§. II - VIII. — [3] *The Voy. of Hanno translat.* p. 41, sq. London, 1797.

Quid igitur sibi vult occisa illa Gorgo, quæ magnum *Chrysaorem Pegasumque equum* gignit? Nempe hæc innuere videntur, Perseum ejusque socios, spretis periculis, victisque obstaculis, ad regiones penetravisse auri feraces. Maritimum numen, imo *mare* ipsum, est *Medusa*. Tres enim illæ Gorgones maritimarum dearum nomen offerunt. Exprimit τὸ Σθενώ sensum vis et potentiæ, quam mari tribuere solent veteres. Idem reperias in τῷ Δυναμένη, quod nomen unius est e filiabus Nerei apud Hesiodum [1]. Secunda e Gorgonibus dicitur Εὐρυάλη, quo nomine latitudo maris immensa redditur. Tertia tandem Μέδουσα adpellatur, et *curandi* sensum refert: illudque nomen vicinum τῷ Λαομέδεια [2]; atqui Laomedea una erat e Nerei filiabus. Quod adpellandi genus significat *populos curare et tueri*, forsan quod maritimæ peregrinationes divitias populis atque abundantiam pariunt.

Chrysaorem autem Medusa gignit, qui quidem auri (χρυσοῦ) nomen refert. Meminit Herodotus [3] gentis libycæ cujusdam, aurum Carthaginiensibus suum facta mercatura tradentis. Forsan usque ad illam gentem Perseo penetrare contigit; forsan *occisa Medusa* nihil aliud est, quam violatum mare quoddam, hucusque navigantibus, ut credebant, inapertum. Medusæ collum forsan erit pro gaditano freto habendum. Si per mare novum Perseus erupit, inauditum illud tentamen allegorice alato equo exprimi potuit. Iterum nunc Hesiodum huc affero asserentem, suum *Pegaso* nomen ideo datum fuisse, quod natus fuerit juxta Oceani fontem [4], ὠκεανοῦ περὶ πηγάς. Porro *Oceani fontes* quonam quæramus, nisi ubi miscentur Atlantici et Mediterranei maris fluctus, id est, juxta gaditanum

[1] *Theogon.* v. 248. — [2] *Ibid.* v. 257. — [3] Lib. IV, c. 196. — [4] *Theogon.* v. 282.

fretum, qua Persei naves erupere! In Atlantico Oceano Mediterranei maris fontes ex omnium consensu collocat Aristides [1] his verbis : Ἀποῤῥεῖ δ' ἐκ ἀπὸ τῆς ἡμετέρας ἡ ἔξω θάλατλα καὶ πᾶσα, καὶ ἧς μηδαμοῦ εὑρεῖν πέρας πρὸς θάτερα· ἀλλ' ὁ καθ' ἡμᾶς οὗτος κόλπος ἀπὸ τῆς ἔξω θαλάτῖης εἰσρεῖ : *Minime ex nostro mari profluit exterius mare totum, cujus ex adversa parte termini reperiri non possunt; sed noster hic sinus ab exteriori oritur mari.* Eamdem sententiam in Solino etiam reperire est [2]. Conjecturis summatim nostris mire convenit Apollonii scholiastes [3], qui quum Medusæ cædem retulit, hæc adjicit : Ἄλλοι δέ φασι τὸν Περσέα, καρατομήσαντα τὴν Γοργόνα, ὑπὲρ τῆς Λιβύης πεπασθῆναι : *Alii etiam aiunt Persea, reciso Medusæ capite, ultra Libyam supervolitasse.* His scilicet et similibus voluit ingeniosa ætas allegorice exprimere quid stupendi habuerit detecta illa ad orbis terminos immensitas maris. Libens ego suspicer Herodotum [4], historicam fabulæ istius rationem dedisse, quum Carthaginienses refert aurum apud quosdam Libyæ occidentalis populos quærere solitos. Imo illud idem etiamnum, et iisdem modis fieri, recentiores navigatores deprehenderunt, ut collegit doctiss. Falconer [5]. Hic fabulas istas interpretandi modus, etiamsi parum certus videtur, aliquid saltem rationi consentaneum in se habet, quod minime reperire est in physicis allegoriis, quas ceu totidem somnia congessit Hesiodi scholiastes [6].

[1] *Orat. Ægypt.* t. III, p. 600, secund. ord. Canteri; tom. II, p. 355, 356, Jebb. Oxon. 1730. — [2] *Polyhist.* c. 28. — [3] *Argonaut.* l. IV, v. 1515. — [4] Lib. IV, c. 176. — [5] *The Voyage of Hanno*, p. 94, 95. — [6] In *Theogon.* v. 257, 276, 282.

§. V. Phœnicum his in litoribus habitatio prisca.

Nec defuerunt Phœnices, qui eadem litora tum navigationibus peterent, tum coloniis et urbibus occuparent. Sparsos rumores quosdam, quamvis parum eis crederet, silentio tamen prætermittere Strabo non potuit. Sic non semel e longinquo per irrisos rumores veritas ad homines melioris judicii pervenit innotuitque. Geographi hæc verba sunt[1]: Οὐκ ἂν ὀκνήσαι τις εἰπεῖν ὡς οἱ παλαιοὶ μακροτέρας ὁδοὺς φανοῦνται καὶ κατὰ γῆν καὶ κατὰ θάλατταν τελέσαντες τῶν ὕστερον, εἰ χρὴ προσέχειν τοῖς λεγομένοις... Θρυλλεῖται καὶ ἡ Φοινίκων ναυτιλία· οἳ καὶ τὰ ἔξω τῶν Ἡρακλείων στηλῶν ἐπῆλθον, καὶ πόλεις ἔκτισαν κἀκεῖ καὶ περὶ τὰ μέσα τῆς Λιβύης παραλίας, μικρὸν τῶν Τρωϊκῶν ὕστερον: *Nemo vereatur dicere antiquos longiora terra marique itinera confecisse, quam posteros, siquidem historiis fides adhibenda est.... vulgata est etiam sermonibus Phænicum navigatio, qui et extra Columnas Herculis progressi sunt, ibique, et in media Africæ ora maritima civitates condiderunt paullo post trojani belli tempora.* Hæc a Strabone narrata de Phœnicibus jam dudum occidentalem Libyam tenentibus, cum his verbis Nonni[2] congruunt:

> Καὶ Λίβυες στιχόωντο, παρ' ἑσπέριον κλίμα γαίης
> Ἀγχινεφῆ ναίοντες ἀλήμονος ἄστεα Κάδμου·
> Κεῖθι γὰρ ἀντιπόρων ἀνέμων πεφορημένος αὔραις
> Εἰς χρόνον ᾤκεε Κάδμος.....

Et Libyes incedebant, (quippe qui) *in occidentali climate terræ,*
Nubibus proximam habitantes palantis urbem Cadmi.
Ibi enim contrariorum ventorum pulsus auris,
Aliquo tempore habitavit Cadmus....

[1] Lib. I, p. 48. — [2] Lib. XIII, v. 333, sq.

Et cum aliis sequentibus ejusdem [1] :

Δῶκε ποδῶν ἐπὶ βάθρα Λιβυστίδι Κάδμος ἀρούρῃ
Δωμήσας πολίων ἑκατοντάδα· δῶκε δ' ἑκάστῃ
Δύσβατα λαϊνέοις ὑψούμενα τείχεα πύργοις·
Κείνου μνῆστιν ἔχοντες ἐπεστρατόωντο μαχηταί.

Dedit pedum in solum Libysticæ Cadmus terræ
Exstruens civitatum centenarium; dedit vero cuique
Inaccessa lapideis elevata mœnia turribus :
Illius memoriam habentes incedebant milites.

§. VI. Explicatur quomodo alii antiquissimam, alii recentiorem Carthaginem esse voluerint.

Sic satis atque super ex tot argumentis compertum habemus antiquam quamdam celebritatem hinc inde percrebuisse de multis, tum præsertim de Phœnicibus hujus olim litoris occidentem versus indagatoribus, imo et incolis. Phœnicum autem magnam his in regionibus potestatem aliquandiu extenuatam fuisse suspicor : illud testatur novus hic ipse Carthaginis in posterum nascentis splendor, qui deletam tantummodo avorum gloriam subsequi potuit. Illud quoque adeo contrarias de condita Carthagine opiniones inter se componet, si hanc Phœnicum in Libya potestatem interdum languidam, iterum surrexisse conjiciamus, nova ad urbem alteram condendam adveniente colonia. Sic maxima Carthaginis, quam Appianus et alii volunt, antiquitas, Phœnicibus vere tribuetur; et erit ipsa Carthago summæ antiquitatis et gloriæ tantummodo hæres. Quod innuunt hæc Solini verba [2] : *Elissa mulier exstruxit et Carthadam dixit, quod Phœnicum ore exprimit civitatem novam.* Etenim vidit Bochartus [3]

[1] Nonn. l. XIII, v. 364, sq. — [2] Cap. 70. — [3] *Geogr. sacr.* lib. 1, c. 24, col. 468.

Kartha hadtha idem sonare ac civitatem novam : et ipse Stephanus [1], quamvis hujus adpellationis causa eum lateat, hæc habet : Ἐκαλεῖτο δὲ καινὴ πόλις, id est, *vocabatur et nova urbs* [2]. Inde credere licet, coloniæ imperantem hanc mulierem inclitam ad litus adpulisse jamdudum a Phœnicibus occupatum, urbem ibi condidisse, quæ in se aut circum se quidquid patriæ gentis esset in dies collegit ; imo forsan non vere novam urbem exstruxisse, sed, ut credi vult Bochartus [3], parvam et humilem, adjecta Byrsa, amplificasse. Illa igitur antiquæ habitatiunculæ instauratio celeberrima, aut saltem veterum coloniarum in unum regnum conjunctio post magnam urbem nuper conditam, ortum discrepantiis eorum dedit, tum qui Carthaginem Didone antiquiorem esse contendunt, tum qui huic reginæ, detectæ et domitæ regionis istius laudem perperam tribuunt.

Antiquitatem summam, quam Carthagini concedit Appianus, etiam magis comprobari crediderat eruditissimus vir *de Brosses* [4], ex eo quod Stephanus huic urbi alterum nomen pervulgatum Καδμεῖα adjunxerit ; et inde voluerat concinere inter se ac respondere vocem Καδμεῖα atque locum Nonni jam supra laudatum [5], ubi Cadmus refertur Libyæ occidentalis litora perlustrasse, antequam Thebas in Græciam conditum iret. Sed his duplex responsum erit : et primum, Cadmi memoriam in Libya occidentali permansisse quis libenter non concedat, et potuisse illius nomen vicis quibusdam usurpari, quos forsan nova Carthago in se absorpserit ! Imo constat apud omnes τὸ Καδμεῖα originem ducere a voce hebraica et syriaca *kadam*, quæ

[1] Voc. Καρχηδ. — [2] *Vid.* Gronov. ad loc. Stephan. laud. — [3] Loc. citat. — [4] *Œuvres de Salluste*, tom. I, pag. 39. — [5] *Supra*, §. V, pag. 76, 77.

orientis sensum refert [1] : quod si admittitur, *Cadmæa* orientalem Carthaginis partem exprimit, id est, ni fallor, arcem *Cothonem* adpellatam.

§. VII. Recentior Carthago ostenditur ex historica ejus materia.

Quum igitur permulta nos suadeant, ut Solini testimonio, aut aliorum proximis supputandi rationibus, fidem adhibeamus, tum rerum natura et necessitas ipsa vetant ne Carthagini antiquitatem nimis remotam et quasi infinitam tribuamus : nam priscæ hujus quam nonnulli, inter quos celeb. Vossius [2], prædicant, Carthaginiensium prosperitatis vestigia, in rebus punicis non eo tempore adparent, quo primum inter se Carthaginienses et Romani misceri cœperunt.

Anno circiter 509°, quum primum fœdus inter utramque rempublicam initum est, nihil aliud (nisi mirum historiæ silentium incuses) egerant Carthaginienses, quam aliquot bella cum finitimis [3], cum Mauretaniæ et Numidiæ populis [4], adversus Cyrenæos de communibus inter se terminis [5]; adversus Sardiniam, Balearesque insulas, quas domuerant; et tandem cum aliquot Hispaniæ maritimæ incolis. Si Carthaginem conditam longius in præterita removeas, non jam suum punicæ genti irrequietum et solers ingenium adscribas, quod ubique terrarum inclaruit. Eo contra segniorem illam, si ita res esset, judicarem, quod citam et facilem dominationem priscæ coloniæ prorsus reddiderint. Si contra ad annum 883um, vel ad medium circiter sæculi noni ante Chr., Carthaginem conditam reducas, facile quivis intelligat inde usque ad annum 509um, scilicet intra 350

[1] Conf. Bochart. *Geogr. sacr. Phaleg.* lib. IV, c. 36, col. 305, lin. 7. — [2] *Observat. ad Mel.* lib. III, c. 9, pag. 595, ed. Gronov. — [3] Justin. l. XIX, c. 1. — [4] *Ib.* c. 2. — Sallust. *Jugurth.* c. 79. Valer. Max. 5, 6.

circiter annos, intervallum memoratis supra rebus impleri, et satis pro tempore crevisse Carthaginis potentiam.

§. VIII. Quis Hanno huic itineri præfuerit.

Sed jam satis de Carthaginis ortu: quis autem Hanno dux tanti itineris declarandus est! Et primum, non tantam vim plinianæ voci concesserim, *punicis rebus florentissimis*, quantam tribuerunt doctissimi viri, inter quos Dodwellus [1] et Bougainvillius [2]. Conjicere Plinius potuit, nec immerito, hæc tot et tanta Carthaginienses molitos fuisse tantummodo, dum res eorum florerent; imo, si illud non expresse, sive ex vulgatis rumoribus, sive ex ingenio retulisset, supponendum per se ipsum fuisset. Non vero adparet cur punicæ potentiæ erectissimum prorsus fastigium, pro solo itineris hujus celeberrimi loco admittamus. Ad quod suscipiendum satis erat, si otium, pax, et adparatus eundi necessarii, suppeterent.

Minime fieri potuit hæc nostra Hannonis expeditio ab anno 264° ante Chr. ad 146um, a punicis nempe bellis usque ad excidium Carthaginis [3]. Antiquior periplus ille prorsus habendus est, nec satis tunc res punicæ pecunia, otio, militibus floruere. Imo satis atque super probavit cl. Bougainvillius [4], luculentissima dissertatione, hanc expeditionem non collocandam esse intra annum 264um et 480um, dum bella in Sicilia fere haud interrupta Carthaginienses agerent, multisque laborarent cladibus. Quid enim in hoc temporis lapsu historia

[1] *Dissertat. in Hann.* §. XVIII. — [2] *Mém. de l'Acad. des inscript.* tom. XXVIII, pag. 288. — [3] Confer Dodwell. *Dissertat. in Hann.* §. XVIII, pag. 48. — [4] *Mém. de l'Acad.* tom. XXVIII, pag. 262 med. - 282.

commemorat! Trecenta hominum millia, Amilcarem ducem secuta, fugavit Gelo eodem die quo Persæ victi fuere ad Thermopylas[1]. Debilitatis viribus, Carthaginienses per annos septuaginta ad inertiam redacti sunt, donec anno 410 ante Chr. Annibalem quemdam in Himeram obsidendam misissent[2], et paullo post Siciliam totam domituri invasissent : at tum peste exitiosa exercitus perculsus, et cum victoria obrutus. Rediviva bella Dionysius movet anno 398 ante Chr., atque iterum ingressos Carthaginienses bellum pestisque consumunt[3]. Recentioribus hæc gens laborat cladibus[4] in Sicilia anno 383. Regnante Dionysio juniore ab anno 368, defatigati Carthaginienses ab occupanda Sicilia abstinent, quos principis hujus viri mollities ignaviaque ad arma allicere debuissent. Proxime sequuntur bella cum Timoleone[5], ab anno 345 ad annum 340, et Hannonis cujusdam tentamen ad occupandam apud suos dominationem, interfecto senatu[6]; et Agathoclis tandem in Africam invasio, anno 310 ante Chr. Talibus in publicis calamitatibus, otium non datur classes ad detegenda emporia magno cum apparatu mittendi. Peripli igitur suscepti ætatem ultra Siciliæ obpugnationem Xerxis consilio factam removeamus. Alterum insuper argumentum, illudque haud invalidum, adjiciatur, quod veteres scriptores Hannonis expeditionem laudaverint, non ut coævam, sed ut quæ, annis euntibus, pervulgata, magis magisque crebrescente fama, spargeretur.

[1] Diodor. lib. XI, c. 1, 6. — [2] *Ibid.* XIII, 13. — [3] *Ibid.* XIV, 14, 15. — [4] *Ibid.* XV, 7. — [5] *Ibid.* XIX, 27. — [6] Justin. XXI, 4.

§. IX. Res eadem disquiritur.

Nobis igitur satis invalescunt indicia et rationes, ut tempora anno 480° superiora petentes, ad annum jam 509um deveniamus, quo Carthaginienses fœdus cum Romanis primum icere, et caute stipulati sunt, ne Romani versus Columnas navigarent [1]. Tunc certe iter ad Cassiteridas insulas sinistrorsum et ad litora Libyæ occidentalis dextrorsum habebatur, atque Romanos a vestigiis suis arcere Pœni valde curabant.

Sed quum metam constituere conati simus, ultra quam Hannonis iter ad recentiora tempora non removeretur, intercludatur quoque ex contraria parte susceptæ expeditionis spatium. Scilicet a conditæ Carthaginis ætate 250 circiter anni elapsi sint necesse est, antequam novum imperium colonias procul ad augendam potestatem miserit. Quod intervallum ex condita urbe usque ad repulsos omnino hostes finitimos, atque ad florentem rem navalem Carthaginiensium, saltem decurrisse oportet. Sic Hannonis expeditio inter annum 633um et 530um ante Chr. collocanda erit [2].

Nunc autem relictis omnibus Hannonibus, qui in bellis contra Siculos, et postea contra Romanos reperiuntur, in medium procedat egregius ille dux Hanno, ad quem Anacharsis philosophus celeberrimus ex Scythia literas misit, auctore Tullio [3], quique coævus Crœso floruit anno circiter 592°. Huic ego quidem non ægre laudem suscepti itineris tribuerim, cui quum gratulari debuerint celeberrimi suæ ætatis viri, tum videtur suum decus quasi exprobrare, paupertatis amans, Anacharsis, quod novos divitiarum fontes quæsiverit. Hæc

[1] Conf. Polyb. l. III, c. 22. — [2] Si ex Solino Carthaginis ortum anno 883° collocaverimus. — [3] Tuscul. l. V, c. 32.

enim intelligenda tradere videtur Tullii locus in Tusculanis. Celebratur ceu maximus inter omnes Hanno quidam apud veteres, cujus gloria tot Hannonibus recentioribus non convenit. Hic ille antiquissimus est de quo scribit Dio Chrysostomus [1]: Νουμᾶν μὲν Ῥωμαῖοι τυχὸν ἂν λέγοιεν αὐτῶν δαίμονα, Καρχηδόνιοι δὲ Ἄννωνα καὶ Ἀννίβαν. Et paullo infra : Καρχηδονίους δὲ Ἄννων μὲν ἀντὶ Τυρίων ἐποίησε Λίβυας, *Carthaginienses Hanno ex Tyriis Libyes reddidit*, id est, ad tantum gloriæ et potestatis fastigium erexit, ut non jam amplius fuerit Carthago addicta Phœniciæ colonia, sed ob celeberrimam navigationem susceptam quæsitasque opes, florens per se ipse populus haberi debuerit.

Quod si volueris, lector benevole, plurimorum sententiam cognoscere, qui ætatem peripli definire conati sunt, accipe opiniones præcipuas. Veri speciem parum præbuit Isaacus Vossius [2], quum hanc expeditionem bello trojano centum annis præire vellet.

Redimus ad intervallum intra 408 et 260 ante Chr. cum Dodwello [3]; ad annum 404um cum Hispano *Campomanes* [4] et nuperrimo *Malte-Brun* [5]; ad annum 408um cum Hagero [6]; ad 440um cum Floriano *d'Ocampo* [7]; ad 448um cum Mariana [8]; ad annum 570um cum Michaele Hismanno [9], Bougainvillio [10], *de Sainte-Croix* [11], et Falconer [12], quorum ultimi sententiam maxime inter omnes comprobandam afferre mihi videntur.

[1] Orat. XXV, p. 282, Lutet. 1604. — [2] *Variæ Observat.* c. 2, p. 52. *Vid.* Fabric. t. I, p. 35, 36, ed. Harless. — [3] Cujus vid. *Dissert. ad Hannon.* S. XVIII. — [4] *El Periplo de Hannon ilustrado*, 2.e part. p. 13 sq. Madrid, 1756. — [5] *Géograph.* t. I, p. 73, 74. — [6] *Geograph. Büchernsaal*, t. I, 6.e part. p. 408 - 449. — [7] *Hist. antiq. de Españ.* l. III, c. 8 et 9. — [8] *Histor. de Españ.* l. I, c. 22. — [9] *Alte Geschichte*, tom. IV, p. 253. — [10] *Mém. de l'Acad* t. XXVIII, p. 288. — [11] *Ibid.* t. XLII, p. 378. — [12] *The Voyage of Hanno translated, &c.* dissert. II, p. 88.

§. X. Aliæ cl. Bougainvillii de Hannonis nostri ætate conjecturæ.

Conjecerat quoque doctissimus vir *Bougainvillius* [1], potuisse pro itineris duce haberi hunc Hannonem, cujusdam patrem Amilcaris a Gelone victi, circa Himeram Siciliæ urbem, anno 480; unde periplus ad annum circiter 510um transiret, quo Babyloniorum civitas a Dario obsideretur, dum fœdera inirent cum Romanis Carthaginienses, atque reges a Romanis expellerentur.

Sed recte, me judice, censuit vir clarissimus, ad antiquiora tempora sibi transeundum esse, donec Hannoni Anacharsidis coævo obvius deveniret. Si eundem virum egregium sequamur ducem, idem erit Hanno, et qui peripli dux fuit, et qui Plinio [2] celebratus, leonem primus mansuefecit [3], et qui, ad occupandum dolo regnum, aves ita edocuerat, ut illum nomine deum consalutarent [4]. At illud ægre crediderim : minime enim vafer et versutus homo cum tantæ navigationis nobilissimo et gravissimo duce congruere videtur.

Alteram etiam idem doctissimus vir *Bougainvillius* [5] hujus peripli ætatem, annum scilicet 703um, sibi excogitaverat; quem audiamus, lector, ingeniosa conjicientem his verbis :

Si un passage de Pline n'excluoit pas une antiquité trop reculée, peu compatible avec cet état de splendeur dans lequel il représente Carthage au temps de l'entreprise d'Hannon, j'en ferois peut-être remonter l'époque beaucoup plus haut. Je la porterois à l'an 703, pour le moins, avant

[1] Loc. cit. pag. 287. — [2] Lib. VIII, c. 16. — [3] Ælian. *Hist. anim.* l. V, c. 39, fin.; Maxim. Tyr. dissert. II, §. 3, tom. I, p. 23, ed. Reisk. Conf. Plutarch. Πολιτ. παραγγ. t. IX, p. 191, ed. Reisk. — [4] Ælian. *Var. Hist.* l. XIV, c. 30. — [5] *Mém. de l'Acad. des inscript.* t. XXVIII, p. 288.

J. C.; et cette opinion ne seroit pas dénuée de fondement. Je ferois remarquer que la puissance et le commerce des Tyriens souffrirent vers ce temps-là de rudes atteintes; qu'une guerre longue et ruineuse contre Salmanazar, roi d'Assyrie, venoit de dépeupler Tyr et de la dépouiller d'une grande partie de son territoire; que Carthage a dû profiter, quoique involontairement, du malheur de sa métropole, gagner à ce qu'elle perdoit, s'accroître en proportion; et que ce surcroît de forces et d'habitans l'aura mise en état de former une entreprise comme celle d'Hannon. Ensuite je m'appuierois sur l'espèce de bâtimens qui servirent à l'expédition: c'étoient, suivant le périple, des navires à cinquante rames; nouvelle preuve d'une haute antiquité, s'il est vrai, comme on ne peut se dispenser de le croire sur la foi de Thucydide[1], *que l'invention des trirèmes ou vaisseaux à trois rangs de rames, antérieure de trois cents ans à la fin de la guerre du Péloponnèse, terminée l'an 403, remonte à l'an 703 avant l'ère chrétienne. De ce que la flotte d'Hannon n'en étoit pas composée, ne pourroit-on pas conclure que son entreprise a précédé l'époque de leur première construction, et conséquemment l'année 703 avant J. C.!*

Infirmum duxit argumentum e suis pentecontoris Bougainvillius; nam potuere Carthaginienses triremibus etiam inventis non uti, quippe qui non tenuia navigia, sed solidas magnasque naves trahere, ob tantos adparatus tantamque navigantium multitudinem, debuerint. Ceterum expresse distinguit Strabo navem litori circumnavigando aptam, alteramque per altum navigantem, quam πεντηκόντορον vocat[2]. Eodem navis genere utitur Eudoxus anno circiter 130 ante Chr. At præcedentia ingeniose Bougainvillio collata sunt. Obstant tamen temporis angustiæ, ne tam procul Hannonis iter

[1] Lib. I, c. 13. — [2] Lib. II, p. 100 (pag. 158, A).

removeamus. Anni scilicet 180, quos tantum a condita urbe elapsos ita supponit vir doctissimus [1], vix sufficerent suscipiendæ tantæ, nascentibus adhuc gentis viribus, navigationi, quæ tantam pecuniæ, navium, civiumque ἔξοδον poscebat. Ad definitum ergo supra intervallum redimus.

§. XI. Quid auctoritatis habeat superstes periplus.

Quæramus nunc ex testimoniis relictis, an alius ac noster, scriptus de Hannonis itinere periplus apud veteres innotuerit.

Et primum auctor libri περὶ Θαυμασίων Ἀκουσμάτων (quem Aristoteli, aut saltem coævo cuipiam, tum multi [2], tum Dodwellus [3], tribuunt) refert *igne combusta esse litora extra Columnas, hic indesinenter, illic noctu tantum, ut Hannonis periplus narrat* [4]. Hæc hausta sunt ex hoc nostro superstite periplo, ubi ista leguntur: ... πεδίον ἦν, ὅθεν νυκτὸς ἀφεωρῶμεν πῦρ ἀναφερόμενον... et paullo ulterius: νυκτὸς ἀφεωρῶμεν πυρὸς πολλὰ καιόμενα... Atque auctor idem libri περὶ Θαυμ. Ἀκ. loca quædam Libyæ continuo igne conflagrari inde concludit, quod paullo infra adjiciat periplus, iter fieri intra triduum igneos torrentes præterlegendo (τριταῖοι δ' ἐκεῖθεν πυρώδεις ῥύακας παραπλεύσαντες), nec adjiciat, ut supra, hæc tantum noctu micavisse. Cujus igitur auctoris testimonium ex superstite nostro periplo sumtum videtur, et ad illum respicere.

Athenæus [5] deinde, dum ridet *libycos libros et Hannonis itinera*, quæ ceu mendacia in proverbium abiere,

[1] Si modo conditam Carthaginem ad ann. 883um refert Bougainvillius. — [2] Inter quos Fabricius *Biblioth. græc.* l. 1, c. 6, §. 10, t. I, p. 40, ed. Harles. — [3] *Dissert. de Hannon.* §. XXI. — [4] Conf. loc. cit. ad testimon. de Hann. infr. p. 109. — [5] Adi cit. loc. p. 109.

nobis testatur quidem hunc periplum, multorum judicio fabulis plenum, sed et simul antiqua per totum orbem fama notissimum; et quum aliquid dubitationis profert, tum aliquid fidei simul addit vulgato itineris rumori. Nihil enim falsi arguitur, quod non aliis pro vero adseratur. Ceterum suspicari licet *hos libycos libros* nihil aliud esse quam periplum jam scriptum, et eumdem quem habemus et quem jam viderat Aristoteles aut coævus quilibet.

Infert Pomponius Mela[1] se hunc eumdem periplum nostrum non legisse, his verbis : *Hanno... non se mare, sed commeatum defecisse, memoratu retulerat.* Legitur quidem sub finem peripli : Οὐ γὰρ ἔτι ἐπλεύσαμεν προσωτέρω, τῶν σίτων ἡμᾶς ἐπιλειπόντων. Sed τὸ *retulerat*, ni fallor, indicio est non visam fuisse Pomponio hanc narrationem, cujus ille meminit. Imo adjicit Mela fabulas alias, quæ non ex periplo, sed vulgatis nescio unde rumoribus exprimi potuere : .... *Super eos* (id est ultra eos), *grandis litoris flexus grandem insulam includit, in qua tantum feminas esse narrant, toto corpore hirsutas, et sine coitu marium sua sponte fecundas* .... verum enim vero narrat periplus noster homines ibi fuisse, sed mulieres multo plures, πολὺ δὲ πλείους ἦσαν γυναῖκες. Si autem periplum nostrum et Pomponii verba attente contulerimus, locus erit dignoscendi quibus ferme modis narratio, nuda primitus et simplex, adaucta deinceps luxuriet commentis et famigeratione vitietur[2]. Forsan ridet Athenæus libycos libros, minus ob narrationem ipsam, quam ob rumores quos pepererunt narrantium hyperbolice aut transversum dicta. Adlata etiam Carthaginem, ut Pomponius ait, occisarum Gorillarum coria (de quo silet periplus noster), satis

[1] Lib. III, c. 9, §. 3. — [2] Conf. adnot. in Hann. not. 62.

ostendunt Melam alios rumores secutum fuisse, quam periplum hunc ipsum; imo forsan illud post excidium tantummodo Carthaginis Romanis innotuisse. Cui conjecturæ satis favent hæc Plinii [1] verba de Hannone: *Duarumque Gorgonum cutes, argumenti et miraculi gratia, in Junonis templo posuit, spectatas usque ad Carthaginem captam.*

§. XII. Res eadem disquiritur.

Pariter ignota fuit narratio hæc nostra Plinio [2], qui Xenophontem potius lampsacenum, ut videtur, auctorem secutus erat [3]. Ceterum cum fastidio inauditi viro tot de Hannonis itinere rumores. Et primum, longissime et quasi in infinitum, iter illud producit, quum apud eum transvehatur *a Gadibus ad finem Arabiæ* [4]. Ait Plinius quidem Hannonem suam *navigationem prodidisse scripto* [5]; alibi [6]: *fuere et Hannonis Carthaginiensium ducis commentarii*.. Sed ille non hos commentarios manu tractaverat, ut tum permulta [7] rem satis declarant, tum quod, fatente ipso [8], Xenophontis lampsaceni testimonium ac verba, nisi cum fide admiserit, at saltem exscripserit. Ceterum ea ipsa multum Plinius fœdavit, quæ periplo nostro concinere videntur. Nam sic ille [9]: *Penetravit in eas* (insulas) *Hanno.... prodiditque hirta feminarum corpora, viros pernicitate evasisse.* At aliter Hanno in nostro periplo [10], quem solum antiquius fuisse multa suadent: διώκοντες δὲ, ἄνδρας μὲν συλλαβεῖν οὐκ ἠδυνήθημεν.... γυναῖκας δὲ τρεῖς.... id est, *persequendo virum capere ullum nequivimus.... feminas tamen tres.*

[1] Lib. VI, cap. 31. — [2] Aliter judicat cl. Dodwellus, in *Dissert. ad Hann.* §. XIX, p. 51. — [3] Confer. loc. cit. — [4] Plin. l. II, c. 67, med. — [5] *Ibid.* — [6] Lib. V, cap. 1. — [7] Confer. lib. V, cap. 1, *de Lixo urbe.* — [8] Lib. IV, c. 31. — [9] Loc. supr. cit. — [10] Sub finem.

Ad Arrianum transeamus, qui hoc peculiare habet, ut nihil de locorum natura moneat, nisi e periplo nostro sumtum, et tamen itineris metam ad remotissima litora transvehat. Sic ille de Hannone, extra Columnas sinistram versus navigante [1] : ... καὶ ἔστι μὲν πρὸς ἀνίσχοντα ἥλιον ὁ πλόος αὐτῷ ἐγένετο, τὰς πάσας πέντε καὶ τριήκοντα ἡμέρας... *et per dies prorsus XXXV navigationis, cursum orientem versus tenuit.* Hæc forsan ad arbitrium Arrianus scripsit, dum narrationem superstitem Hannonis suis ipsius de Libyæ forma et ambitu opinionibus accommodare vellet. De quo iterum infra [2].

Incusat Aristides [3] Phœnicum, ut ait, mendacia et dolos. Nihil tamen redarguit, quod non periplus noster complectatur. Sed minime Aristides periplum nostrum legerat, quod satis testantur hæc verba [4] : Ἔτι τοίνυν ἔγωγε θαυμάζω πῶς τ' ἀπῆρεν ἀνὴρ οὗτος τοσοῦτον ἀπὸ τοῦ γνωρίμου, καὶ τίς ἡ δύναμις αὐτοῦ, καὶ τίς ἡ πρόφασις τῆς ἀποδημίας· μόνον μὲν γε οὐκ εἰκὸς ἐκπλεῦσαι..... *Hoc præterea miror quomodo hic homo tam longe sit a locis cognitis profectus, quæque fuerit ejus potentia, vel quis peregrinationis prætextus : nam non verisimile est eum solum enavigasse...* His omnibus respondebant Hannonis ipsius verba incipientis dicere : Ἔδοξεν Καρχηδονίοις κ. τ. λ. Imo si periplus iste nuperrime et mendose conflatus fuisset, ut nonnulli voluere, prorsus videretur ignotus auctor id in proposito habuisse, ut Aristidis objectiones plurimas refelleret. Græcus enim orator supra laudatis adjicit :... Εἰκὸς ἦν (Ἄννωνα τὸν λόγον)... δημοσίᾳ φράσαι καὶ ἀναγγεῖλαι, ἀναθέντα λέγω καὶ τοῦτον, ὥσπερ οἱ τῶν Καρχηδονίων ἡγεμόνες γράμματα ὑπὲρ τούτων, εἴς τι τῶν κοινῶν ἱερῶν· *Decebat Hannonem hanc suam narrationem dicere et*

[1] Arrian. *de Indic.* sub finem, p. 198, edit. Stephan. — [2] §. XVIII, sub finem, p. 102. — [3] *Orat. Ægypt.* t. II, p. 356, pass. Jebb. Oxon. 1730. — [4] Loc. cit. lin. 7.

prædicare, imo dixerim dedicare, ut de similibus solebant Carthaginiensium duces, in uno communium templorum. Sed ait peripli nostri titulus ipse, in Saturni delubro hanc narrationem dedicatam fuisse.

§. XIII. Præcedentia concluduntur.

Plinii sententiam, imo et verba, Solinus[1] refert, et cum Plinio adjicit hæc a Xenophonte lampsaceno tradita fuisse. Illos tantum Xenophontis hujus, aliosque Cornelii Nepotis commentarios[2] reperio de Hannonis itinere scriptos : ambos autem valde censeo superstiti nostro periplo posteriores. Xenophontis enim hujus quænam fuit ætas ! Solino quidem antiquiorem illum nemo nescit; sed Strabone procul dubio junior fuit, quum *nullum locum obtineat inter celebres Lampsacenos a Strabone memoratos*, ut ait Dodwellus[3]. Vanum contra esse censeo antiquitatis argumentum istud, quod Dodwellus paullo infra, sibi ipse contrarius, Xenophonti vendicat, ex eo quod intervalla *diurnis potius itineribus quam stadiis emensus fuerit.* Sed perpauca[4] e Xenophonte habemus laudata spatia apud Plinium, et solum testatur hoc mensuræ genus, incompertum fuisse de quibusdam intervallis stadiorum numerum, quem *diebus itineris* minus arcte exprimit. Ita Scylax modo stadiorum, modo dierum numero utitur. Ego nunc valde suspicor Græculum fuisse Xenophontem, qui vulgatos de Hannone rumores inconsiderate hinc inde pariter ac Cornelius Nepos collegerit; et magis ac magis multorum suspicionem per totam Græciam Italiamque de celeberrimo hoc itinere movit. De Xeno-

[1] Cap. 36, sub fin. — [2] Conf. Plin. lib. V, c. 1. — [3] *Dissertat. de Peripl. Hannon. ætate*, §. XX. — [4] Scilic. l. IV, c. 13; l. VI, c. 31.

phonte nempe isto et de Cornelio Nepote scribit Plinius [1] : *(Hannonem) secuti plerique e Græcis nostrisque, et alia quidem fabulosa et urbes multas ab eo conditas ibi prodidere . . .* Post excidium Carthaginis tantummodo reperta fuisse Gorillarum coria Romani audierant, et non nisi postea illud a Xenophonte lampsaceno fuit recantatum.

Ex omnibus tandem illis quæ excussimus veterum de hoc periplo testimoniis, concludendum est, 1.° exstitisse seu falsam seu veram itineris hujus descriptionem florente Aristotele; 2.° reperiri hujus nostræ superstitis vestigia, ut verisimile est, apud plurimos; 3.° sat recentem videri Xenophontem illum, Solino laudatum, qui ut fons novus et auctoritas nova historiarum de Hannone exsurgit. Sic periplo huic nostro non contemnendæ antiquitatis verisimillima species vendicabitur : et, si mendaciis contaminatum illum per se ipsum esse prorsus volueris, at saltem sufficiant pauciora in illo vere conclusa, et vulgatas hinc inde nugas respue.

§. XIV. Quid de narratione ipsa et ejus contextu reputandum : vel de industria Hannonem mendosa veris narrando miscuisse, vel compendium hoc esse e collectis rumoribus a Græco quodam compositum.

Nunc est ut peripli superstitis narrationem per se ipsam perpendamus, et verisimilia ab incredibilibus, quantum datum est, secernamus.

Fateor mihi ante oculos majorem surgere totius antiquitatis consensum, quam ut huic nostro periplo suam omnino auctoritatem denegare velim. Imo leguntur in illo quædam, nec pauca, quæ congruunt cum rebus a

[1] Lib. v, cap. 1.

Polybio et Paullino[1] postea traditis : neque hæc potuerant ante illos narrari, nisi ob locorum explorationes a Carthaginiensibus vere factas. Nam, quamquam Scylax multa de his litoribus scripsit, habet tamen periplus noster quædam cum Polybio Paullinoque tantum communia. Legitur in periplo græco :... Εἰς ἕτερον ἤλθομεν ποταμὸν μέγαν καὶ πλατὺν, γέμοντα κροκοδείλων καὶ ἵππων ποταμίων: *Ad alterum fluvium devenimus magnum latumque, crocodilis et hippopotamis plenum.* Item laudat Polybius *flumen Darat, in quo crocodilos gigni* refert, et infra : *flumen Bambotum, crocodilis et hippopotamis refertum*[2]. Imo celebrat, non e periplo nostro, neque ex sparsis rumoribus, sed prorsus ex visu, Polybius *montem eum, quem Theôn ochema dicimus,* ut ait ille. Suetonius Paullinus, vir consularis, ut Plinius idem testatur[3], prodidit *imas* (Atlantis) *radices densis altisque repletas silvis, incognito genere arborum,... frondes cupressis similes, præterque gravitatem odoris, tenui eas obduci lanugine.* Quibus sat similia periplus græcus refert : . . . Προσωρμίσθημεν ὄρεσι μεγάλοις δασέσιν· ἦν δὲ τὰ τῶν δενδρῶν ξύλα εὐώδη τε καὶ ποικίλα : *Ad magnos et silvosos montes adpulimus : arborum autem lignum odoratum et varium erat.* Hæc romani duces vere ita esse viderunt et tradiderunt ; sic saltem ex parte græci peripli auctoritatem tuentur. Nec erit qui objiciat scriptum forsan fuisse *fictitium* hunc Hannonis periplum, post Polybii commentarios : nam hunc nostrum periplum Aristotelis ætate jam exstitisse supra monstravimus [4].

Jam si Hannoni ipsi scriptum hunc periplum nos tribuimus, quem græcus interpres fideliter suis tradidit, non erit hæc narratio itineris integra. Ita credere tum permulta nos jubent, tum omissa sat multa quæ Scylacem ipsum non latuerunt, tum prædicata de natura

[1] Ap. Plin. l. V, c. 1. med. — [2] Ad loc. Plinii supr. cit. — [3] V, 1, sub finem. — [4] §. XI, p. 86.

locorum portentosa miracula, tum etiam silentium de rebus ad mercaturam pertinentibus singulare. Imo minime fieri potest, ut istius modi narratio Carthaginiensibus sufficeret. Si illud breve compendium itineris esse malueris, auctor erit aut Hanno ipse, aut Græcus quidam, qui, nescio unde, sparsos rumores collegerit. Alterutrum admiseris, idem fere erit. *Si semel veritatem infuscare Pæni voluerint,* quid interest imperfectam mendosamque narrationem hanc nostram utrum ab Hannone ipso, an a Græculo quovis profectam fuisse! Unus veritatem obtexit; alterum veritas latuit. Nam minime cuncta Pœni de hoc itinere dicere ob suam utilitatem in animo habuerunt; nec potuit peregrinus vir quilibet, ex Carthaginiensibus sat integra et expedita colligere, ut narrationem perfectam itineris facti componeret. Quæ attente si consideraveris, non nimiam suspicionem in celeb. *Huetio* incusaveris, hæc scribente[1] : *Quelque soin que de très-habiles savans aient pris de justifier de tout soupçon le périple que nous lisons sous le nom d'Hannon, nous ne pouvons le recevoir sans scrupule.*

§. XV. Publicum Hannonis mendacium suspicari non ineptum est.

Carthaginienses autem quum tali in re mendacii accusaverim, illud spero mihi non exprobratum iri. Nimirum ecquis hæc animo sibi finget, gentem divitem opum, auri sitientem, et sibi soli negotiandi vias aperientem, detectis tandem Libyæ occidentalis litoribus, ea quæ multis laboribus et multa spe quæsiverit, in medium protulisse ac publici juris fecisse! Frustra dixerit aliquis linguam punicam fuisse Græcis diu ignotam, et summa cum cura senatum carthaginiensem consuluisse ne sua lingua aliis gentibus perdisceretur, quum

[1] *Hist. du comm. et de la navig. des anciens*, p. 69.

vel Carthaginiensibus vetitum fuerit linguam græcam ediscere[1]. At cautio talis non sat tuta erat adversus peregrinos aut punicam linguam discere et arcana gentis subripere cupientes. Ceterum punici hujus decreti hæc prima verba sunt : *ne quis postea Carthaginiensis, aut literis græcis aut sermoni studeret* . . . Hæc satis docent jam *antea* evagatam fuisse pluribus modis punicam linguam; imo Cornelius ipse aperte infert hanc defensionem non ita fideliter servatam fuisse, quum Hannibal (non solus, ut ego suspicor) literas græcas perdidicerit. Sic enim ille[2] : *Atque hic tantus vir, tantisque bellis distractus, non nihil temporis tribuit literis; namque aliquot ejus libri sunt græco sermone confecti.* Et contra, teste Plinio[3], Romani non ita pauci erant, qui punicam linguam didicerint, quum, deleta Carthagine, senatus romanus Magonis pœni de agricultura libros *in latinam linguam transferendos peritis linguæ punicæ dederit.* Nonne vero propiora dixerit, si quis hæc : nimirum senatum carthaginiensem intellexisse Hannonis circumnavigationem, cujus fama late percrebuerat, premi et obrui silentio non posse (quod contra anxiam et irrequietam hujus cognoscendæ cupidinem apud multos exacuisset) ; jussisse ideo Hannonem qualicumque modo suos cursus maritimos narrare, oras freto viciniores diligentius describentem, utpote indagantibus obvias; a remotioribus vero plagis ut ceteras gentes arceret, describentem sexcentas viarum ambages, hominum aut ferarum impetus, torrentes flammas, aliaque id genus[4]. Ego tamen Aristidis sententiam non admiserim, qui vera aliquot in Carthaginiensium narratione ideo relata putet, *ut falsis auctoritatem*

[1] Justin. lib. XX, cap. 5. — [2] Cornel. Nep. vit. *Hannib.* cap. ultim. — [3] *Hist. Nat.* l. XVIII, c. 3, fin. — [4] Conf. *Sainte-Croix*, *Mém. de l'Acad.* t. XLII, p. 378.

praebeant. Cujus verba sunt[1] : Καὶ μὴν οὐχ ὅτι κροκοδείλους καὶ ἵππους ποταμίους εἰς τὸν λόγον ἐντέθεικε, τούτου χάριν ἄξιον πιστεῦσαί τι· ἀλλ' ἐνταῦθα καὶ μάλιστα τὸ πλάσμα φωρᾶται, καὶ ὅτι κομψεύεται· οὐ γὰρ ἰδὼν τοὺς κροκοδείλους οὐδὲ τοὺς ἵππους, εἶτ' ἐξήγγειλεν, ἀλλ' ἵνα τὰ ἄλλ' ὡς τἀληθῆ δόξειε λέγειν, τοὺς κροκοδείλους καὶ τοὺς ἵππους προσέθηκε, καταφεύγων ἐπὶ τὰ γνώριμα, καὶ πίστιν ἐφελκόμενος τῷ πλάσματι, προσθήκῃ πλάσματος ἑπομένου πρὸς τἀληθὲς πεποιημένῳ : *Neque vero, si crocodilos et equos marinos in disputationam inseruit, has de caussa magis ei credendum ; verum hic vel maxime figmentum atque infucatio deprehenditur. Neque enim tam quia crocodilos atque equos vidit, ideo refert, quam ut alia vere videatur dicere ; crocodilos atque equos addit et ad res notas confugit, fidem mendaciis alliciens per additamentum mendacii veritatem insequentis.* Verum enim vero terrorem incutere potius, quam fidem aucupari, Hanno conatur.

Nonne iisdem utentes artibus Veneti, Portugalli, Hollandique, eos quos sibi aperuerant marium tractus, ceteris quamdiutissime ignorari curaverunt ! Quid de Portugallis, qui, anno circiter 1530° vel 1540°, Novam Hollandiam detexerant, multis annis antequam illuc celeberrimus Cookius Hollandique penetrarent[2] ! Nempe apud Portugallos veterrimae jam chartae geographicae illius continentis oras expresse effingebant. Imo quem latet Hollandos in insulis maris meridionalis diu incognitis plantas coluisse quasdam, quas nasci vetuerunt apud insulanos commercio cum aliis gentibus mixtos ! Quem latet adulterinas chartas iisdem scriptas fuisse, quae navigantes externarum gentium per maria ignota in errores inextricabiles inducerent ! Multi etiam,

[1] *Orat. Ægypt.* t. II, p. 356, Oxon. 1730. — [2] Consul. *Coquebert de Montbret, Mém. sur des Cartes dressées au commencement du 13.e siècle. Société Philomat.* A. 12, p. 163 - 172.

num incusant Hispanum *di Fuentes*[1], quod per maria polaria, Americam septentrionalem spectantia, viam monstraverit illudentem navigatoribus æmulis, dum Hispanorum naves indesinenter promontorium *de Horn* præterirent, atque plurimas Asiæ orientalis oras recto itinere peterent.

Ad has artes Pœnos non solum potuisse confugere, imo necessario confugisse, nemo non intellexerit: et si semel admiseris illos falsa veris passim intermiscuisse, illud nunc de Hannonis periplo admitti poterit. Quod quidem ipsum suspicati veteres, magna voce in prædicata itinera conclamarunt. Illi autem, quum de integra hujus narrationis veritate dubitarent, non potuere tamen ejus mentionem omittere, aliquid saltem certi referentem, de quo apud omnes constabat. Quis ceterum negabit quin multum eniterentur Carthaginienses, ne cognitas sibi vias alienis nautis monstrarent; quum, teste Strabone ipso[2], navis punicæ patronus quidam, quem petentem Cassiteridas navis romana insequebatur, ultro in vadum se immisisse tradatur! Lege publica, ut jam vidimus, vetitum erat Carthaginiensibus ipsis linguam græcam ediscere[3], ne facilius cum externis gentibus Pœni miscerentur; et insuper, referente apud Strabonem eumdem Eratosthene[4], a Carthaginiensibus in mare demergebantur peregrini, qui in Sardiniam vel gaditanum versus fretum navigabant.

§. XVI. Quousque Hannonis iter circa Libyam occidentalem producendum. Libyæ olim circumnavigatæ testimonia.

Quum igitur jam auserim non omnia in nostro superstiti periplo vera habere, magis ac magis anceps in

[1] Vid. *Mém. de Lapie*, *Nouv. Annal. des Voyag.* t. XI, p. 2, 24, 44; Paris, 1821. — [2] Lib. III, p. 176 (p. 265, C). — [3] Justin. l. XX, c. 5. — [4] Ap. Strab. l. XVII, p. 802 (p. 1154, C).

illud deveni, ut suscepti itineris veros terminos distinguerem. Sed de dierum computatione facta, de intervallis locorum definitis quid censeam? Si datis intervallis instare securus possim et debeam, maxima ex parte dubitationes tolluntur : sed si parum fida habenda est dierum computatio, quod ex initio fere hujus peripli suspicari licet[1], et vera ex mendosis dignoscamus necesse est, erunt præcipua tantummodo quædam, et præsertim physica, sumenda ex toto periplo, quæ cum hodierna geographia conferre debeamus. Imo, exempli gratia, nihil aliud erit, multorum judicio, fluvius Hannonis crocodilis refertus, quam fluvius *Senegal*, ideo quod solus videtur toto hoc in litore tantorum animalium capax.

Illud etiam, quod jam satis omnes intelligunt, nunc obstat ne ad concludendum pergam, scilicet ut mecum quæram num Pœni totam Libyam circumnavigaverint, et magna hujus regionis promontoria præterire naves eorum consueverint. Si latius erumpere velim, adsunt duces tum Daniel Huetius[2], tum Bochartus[3] et erudit. Gesnerus[4], tum permulti[5] qui extra dubitationem fere constituunt, caput *Bonæ-Spei* Salomonis ætate cognitum, et jam fere superatum a Phœnicibus[6]. Afferam hunc Herodoti locum sæpissime laudatum[7] de Necone Ægyptiorum rege : Ὅς... ἀπέπεμψε Φοίνικας ἄνδρας πλοίοισι ἐντειλάμενος ἐς τὸ ὀπίσω δι' Ἡρακληΐων Στηλέων ἐκπλέειν, ἕως ἐς τὴν Βορηΐην θάλασσαν, καὶ οὕτω ἐς Αἴγυπτον ἀπικνέεσθαι. Ὁρμηθέντες ὦν οἱ Φοίνικες ἐκ τῆς Ἐρυθρῆς καλεομένης θαλάσσης, ἔπλεον τὴν Νοτίην θάλασσαν... Ὥστε δύο ἐτέων διεξελθόντων, τρίτῳ ἔτεϊ κάμψαντες

[1] Conf. fin. not. 10, ad voc. Θυμιατήριον. — [2] *Hist. du comm. et de la navig. des anciens.* — [3] *Chanaan*, I, 36; I, 44. — [4] *Prælect. de Phœnic. navig.* ad calcem Orphei, S. 5, sq. — [5] Quorum seriem collegit cl. Gossellinus, in *Recherch. sur la géogr. syst.* t. I, p. 199. Cf. Knoës, *Dissert. de fide Herodot.* &c. Götting. 1805, 4.to — [6] Conf. *Reg.* I, 9, 26; I, 10, 22; I, 22, 49; *Paralip.* II, 9, 21; II, 20, 36. — [7] Lib. IV, c. 42.

Ἡρακληΐας Στήλας, ἀπίκοντο ἐς Αἴγυπτον. *Neco misit navibus Phœnices quosdam, præcipiens ut retrorsum eundo*[1], *per Columnas herculeas enavigarent usque in septentrionale mare, et sic ad Ægyptum devenirent. Solventes igitur Phœnices e Rubro mari, abierunt in mare Australe. . . Ita biennio consumto, anno tertio flexu circa herculeas Columnas facto, in Ægyptum redeunt.* Vide quibus argumentis enitatur cl. Gesnerus, ut navigationis hujus narrationem tamquam veram prorsus tueatur[2]. Adde etiam ex Herodoto[3], susceptum sed non peractum illud idem iter a Sataspe.

Adjice hæc Plinii verba[4]: *In quo* (Arabico sinu), *res gerente C. Cæsare Augusti filio, signa navium ex hispaniensibus naufragiis feruntur agnita.* Et ibidem paullo infra: *Præterea Nepos Cornelius auctor est, Eudoxum quemdam sua ætate, quum Lathyrum regem fugeret, Arabico sinu egressum, Gades usque pervectum.* Idem refert Mela[5], testimonio quoque Cornelii Nepotis fretus; idem Martianus Capella[6]. Posidonius apud Strabonem[7] multa de Eudoxi navigationibus tradit, sed de perfecto Libyæ circuitu nihil asserit. Tradit idem Posidonius ex Heraclide Pontico, ἀφιγμένον παρὰ Γέλωνι μάγον τινὰ περιπλεῦσαι (τὴν Λιβύην) φάσκοντα, id est, *venisse ad Gelonem magum quemdam, qui Libyam se circumnavigasse affirmaret.* In narratione supra laudata de Eudoxi itineribus[8], traditur eum in Rubro mari εὑρόντα δ' ἀκρόπρωρον ξύλινον ἐκ ναυαγίου, ἵππον ἔχον ἐγγεγλυμμένον, . . . κομίζειν αὐτὸ ἀναστρέψαντα (εἰς Αἴγυπτον). . . τὸ δ' ἀκρόπρωρον φέροντα

[1] Ἐς τὸ ὀπίσω exprimit iter a meridie ad septentrionem, quod Phœnices per Atlanticum mare in secunda navigationis parte agunt, quodque erat oppositum peracto ante itineri, ab Ægypto usque ad caput *Bonæ Spei*, id est, a septentrione ad meridiem. — [2] Loc. supra cit. §. 6, 7 et 8. — [3] Lib. IV, c. 43. — [4] Lib. II, c. 67, med. — [5] Lib. III, c. 9. §. 3, ed. Tzschuck. — [6] Lib. VI, p. 201. — [7] Lib. II, pag. 98, 99, 100. — [8] Strab. l. II, p. 99, C.

εἰς τὸ ἐμπόριον, δεικνύναι τοῖς ναυκλήροις, γνῶναι δὲ Γαδειρειτῶν ὄν... ἀλλὰ τῶν δὴ ναυκλήρων τινὰς γνωρίσαι τὸ ἀκρόπρῳρον ἑνὸς τῶν ἀπὸ τοῦ Λίξου ποταμοῦ πορρώτερον πλευσάντων, καὶ μὴ σωθέντων ὑπάρξαι. Id est, tradunt Eudoxum in Rubro mari *reperisse summitatem proræ e naufragio superstitem, equo insculpto insignem, secumque redeundo abstulisse* (in Ægyptum). *Proræ autem summitatem ab ipso in emporium delatam, nauclerisque exhibitam, et didicisse gaditanæ esse id navis. Atque imo quosdam nauclerorum agnovisse lignum illud unius eorum navium fuisse, quæ ulterius a Lixo fluvio navigarant, neque reversæ fuerant.*

§. XVII. Circumnavigatæ Libyæ hypothesis etiam defenditur.

Hæc omnia de circumnavigata Libya testimonia tam expedite deleri, non nisi ægre plures patiuntur. Imo ingeniosissimus vir Lucas Holstenius sibi proposuerat hanc caussam, postea Gesnero tractatam [1], agere, ut ipse tradidit his verbis [2]: *Ego hunc periplum Hannonis, tabulis nauticis Hollandorum cum Leonis et Sannuti descriptionibus Africæ accurate comparavi, et prolixa dissertatione de Phœnicum navigationibus, de circumnavigatione Africæ, et inprimis Eudoxi navigatione, quam Strabo indignis modis exagitat et explodit, fidem antiquissimo huic scripto adstruere conatus sum.* Cujus opinionis studiosis si modo objeceris veteres nautica pyxide caruisse et litora sequendo usque navigasse, non deficient responsa. Et primum non ita litoribus inhæsisse veteres, quum relictis oris Sardiniam, Cretam Libyamque per altum mare peterent. Si Aristoteli credimus [3], detexerant Carthaginienses insulam quamdam extra

[1] Conf. Gesneri *Prælect. de Phœnic. navigat.* ad calcem Orphei, vel in *Comment. soc. Goett.* tom. III, p. 67 sq. — [2] *Epistol. ad divers.* p. 60, edente cl. Boissonado, Paris. 1817. — [3] *De mirabil. Auscult.* tom. I, p. 1157, B, *in-f.°* Lutet.

Columnas, distantem a continente plurium dierum itinere, *ἀπέχουσαν δὲ πλειόνων ἡμερῶν*. Sit illud falsum, necne at saltem nihil per se mirum vel inauditum erat, quod naves sat procul per altum inveherentur. Equidem fateor naves plerumque in insulas istas procul tempestatibus et naufragiis depulsas fuisse; sed quod naufragiis detectum fuerat, mox iterum placida navigatione petebatur. Distinguit Strabo duo navium genera, ab Eudoxo ad suscipiendam navigationem longinquam constructarum : Πάλιν δὲ κατασκευασάμενον στρογγύλον πλοῖον, καὶ μακρὸν πεντηκόντορον, ὥστε τῷ μὲν πελαγίζειν, τῷ δὲ πειρᾶσθαι τῆς γῆς..... *Tum rursus, constructa terete navi, et longa quinquaginta remorum alia, ut per altum veheretur illa, hac juxta terram navigaret*[1]... Simile fere discrimen in Herodoto deprehenditur, quum ille pentecontoros nauticæ rei peritissimis Phocensibus tribuit, Græcis vero mercatoribus rotundas tantum naves. Ἐναυτίλλοντο δὲ οὐ στρογγύλῃσι νηυσὶ, ἀλλὰ πεντηκοντέροισι[2]. His nempe pentecontoris, ut ait Herodotus, Phocenses, primi Græcorum, longinquas navigationes susceperunt, et Adriam, Tyrrheniam, Iberiam, Tartessumque detexerunt.

Imo consentaneum est credere audaciorem tutioremque navigationem Carthaginiensium fuisse, quam ceterarum gentium[3], quum maris perpetua esset consuetudo, et illos ideo loca quædam transgressos, aliis impervia. Quid vetat quin conjiciamus, factis a litore versus altum mare navium conversionibus, transitus quosdam alioquin clausos patefactos fuisse? Omnia frangit impedimenta negotiandi studium et labor. Si naufragia et perniciem venti quidam minitantur, silentibus subinde illis, fit transitus; aut si modo ventis aliis egent navigantes, flatus eorum exspectatur.

[1] Strab. l. II, p. 100. — [2] Herodot. l. I, c. 163. — [3] Conf. Schol. Arati ad *Phænom.* v. 39.

Quid tandem de meridionalibus Libyæ partibus censendum sit minime asserere vult pro sua ratione Strabo, qui hæc ait extra geographiæ facultatem habenda : ὅπως δή ποτε τοῦτ' ἔχει, τῆς γεωγραφικῆς μερίδος ἔξω πίπτει[1]. Imo vir geographiæ veteris peritissimus Gossellinus, quamquam Phœnicum et aliarum gentium navigationem in arctioribus terminis includere voluerit, asserit tamen antiquæ et perfectissimæ quondam geographiæ vestigia dignosci. Cujus hæc verba sunt[2] : *Nous sommes loin de penser que le tour de l'Afrique n'avait jamais été fait avant Néchos; les nombreux témoignages que nous avons recueillis sur une géographie perfectionnée dans des temps très-antérieurs à ceux dont nous parlons, ne permettent guère de douter que toutes les côtes du continent n'eussent été parcourues. Il ne serait donc pas impossible que cette relation eût été forgée d'après le souvenir confus de ces antiques voyages.*

§. XVIII. Hac circumnavigatione semel admissa, quousque pergat Hannonis iter.

Si conjiciamus Phœnicum classes procul in maria australia invectas fuisse, et periplum Hannonis superstitem nihil aliud fide dignum continere, quam præcipua quædam locorum indicia, nos juvabit Carthaginiensium ducem usque ad Guineæ sinum pergentem cum Bougainvillio sequi, et amnem hodie dictum *du Sénégal* habere pro fluvio Hannonis illo; cujus meminit his verbis :... Εἰς ἕτερον ἤλθομεν ποταμὸν μέγαν καὶ πλατὺν, γέμοντα κροκοδείλων καὶ ἵππων ποταμίων.... *Ad alium amnem magnum latumque devenimus, crocodilis et hippopotamis refertum.* Talia animantium genera ad *Senegal* amnem quærenda sunt. Reperiuntur quidem crocodili propius septentrionem versus; meminit Plinius[3]

[1] Lib. II, p. 98, B. — [2] *Recherches sur la géographie*, tom. I, p. 207. — [3] Lib. V, c. 1.

fluminis *Darat, in quo* (tradunt) *crocodilos gigni.* Atqui citra Atlantis extremas radices fluit Plinii Darat. Adjicit Gossellinus [1] reperiri crocodilos in Mauritania. Sed non item de hippopotamo nuperrimi navigatores hæc scripserunt : *L'hippopotame n'existe dans tout le monde que sur les fleuves de l'Afrique occidentale, sur-tout vers le Sénégal* [2]. Forsan quoque labentibus annis hoc animantium genus ulterius ad meridiem habitando recessit. Nam Plinius [3], auctore Polybio, hippopotamos in *Bamboto* amne collocat, in Oceanum circa Atlantem, ut multi judicant, exeunte. Sed non ita facile aurum inveniemus in septentrionalibus Libyæ occidentalis litoribus. Tacet Hanno de hoc mercaturæ genere; sed uberius describit Herodotus [4] Carthaginienses ad litora quædam Libyæ extra Columnas appellentes et pro mercibus allatis aurum ab incolis accipere solitos. Unde aurum istud proficisceretur nescimus; sed ex nuperrimis Libyæ exploratoribus discimus præcipuum esse Gambiæ incolis auri commercium [5]. Ergo, aut hucusque Carthaginienses navigando penetrabant, aut inde pedestri itinere aurum ab Æthiopibus quibusdam ad propiora litora afferebatur.

Si veterum navibus et ingenio nostro habenas laxabimus, e loco Arriani supra laudato [6] sensum eruemus Bougainvillii opinioni convenientissimum. Sive ex rumoribus quibusdam, sive ex arbitrio, ait Arrianus Hannonem, præteritis Columnis, per 35 dies navigasse *orientem versus.* Quod adtinet ad iter orientem versus, hoc proficiscitur ab auctoris opinionibus falsis de

[1] Loc. cit. pag. 91. — [2] *Bibliothèque des Voyages*, tom. IV, pag. 109. — [3] Lib. V, cap. 1, med. — [4] Lib. IV, cap. 196. — [5] *Voyage de MM. Ledyard et Lucas en Afrique*, in-8.° Paris, 1804. — [6] §. XII, p. 89.

Libyæ occidentalis forma. Sed unde suas ille πέντε καὶ τριήκοντα ἡμέρας Hannonis navigationi tribuit? Illud ceu absurdum alii respuent, alii ceu mire sententiæ suæ congruens prædicabunt. Quid de sequentibus etiam sentiendum? Ὡς δὲ δὴ ἐς μεσημβρίην ἐξετράπετο, πολλῇσιν ἀμηχανίῃσιν ἐντυγχάνειν, ὕδατός τε ἀπορίῃ καὶ καύματι ἐπιφλέγοντι, καὶ ῥύαξι πυρὸς ἐς τὸν πόντον ἐμβάλλουσιν. *Quum autem ad meridiem conversus est, multis impedimentis laboravit, aquæ inopia, ignibus ardentibus, torrentibusque flammarum quæ in mare sese devolvebant.* Hæc impedimenta e periplo nostro sumta videntur; sed aliunde ea sumsit Arrianus, quæ de litoribus Libyæ repente meridiem versus descendentibus ait. Ut ut sit, hæc mire congruunt cum Africæ forma, quæ post sinum *Guineæ* meridiem versus ab oriente deflectitur.

§. XIX. Arctioris contra veterum navigationis hypothesis ex cl. Gossellino defenditur.

Sed quum hæc omnia supra congesserim, quæ quasi indefinitos Phœnicum navigationi terminos relinquant, tum de iisdem dubitationes multæ oriuntur; et adsunt gravissimi judicii homines, qui metam propius posuere[1].

Carthaginiensium navigationes asserit vir cl. Gossellinus, non ultra caput *Bojador* penetrasse. Locorum difficultatem sic ille depingit[2]: *La navigation le long de cette partie de l'Afrique est sujette à de grandes difficultés : les vents y soufflent presque toujours de l'ouest; les courans y sont considérables, et la mer y brise avec tant de violence, que nos premiers navigateurs ont désespéré long-temps de pouvoir doubler le cap Bojador. Douze années de tentatives, de peines et de dépenses extraordinaires, faites par le prince Henri de Portugal, ont à peine suffi pour*

[1] Conf. Bredow. *Geogr. et Uranol. Herodot. specim.* §. 11, p. 34-38, Helmstadii. — [2] *Recherch. sur la géogr. syst. et posit. des anc.* t. I, p. 100.

franchir ce redoutable promontoire : et lorsque le pilote Gilianez y eut enfin réussi en 1432, l'étonnement et l'enthousiasme firent placer cet exploit au-dessus de ceux d'Hercule. Mais Gilianez ne réussit qu'en abandonnant la côte et en prenant le large. Hannon, dépourvu de boussole, n'aurait pu s'y hasarder; et tous les talens réunis auraient été insuffisans pour lui faire doubler le cap Bojador, s'il s'y était présenté.

Nihil de itineribus veterum et superstitibus narrationibus intractatum reliquit vir diligentissimus; et postquam geographos omnes, Strabonem inprimis, Hannonis [1] Scylacisque [2] periplos, Polybii itinera [3], Plinii passim capita permulta, Ptolemæique tabulas [4], inter se de iisdem locis contulerit, inde concludit certos quosdam in Græcorum et Romanorum geographia terminos usque reperiri, quos ultra ineptum est veterum vestigiis insistere, non euntium. Si nonnulli eo nomine celebrantur navigatores, quod audacius ultra vulgares metas provecti Libyam circumnavigaverint, hæc, ut ait cl. Gossellinus, fabulam redolent, et gravibus tandem argumentis carent [5]. Imo falsi ille arguit circumnavigationem Libyæ, a Phœnicibus sub Necone susceptam [6], alteramque Eudoxi adeo apud veteres celebratam [7]. Scilicet hæc nascuntur commenta, tum ex susceptis brevioribus navigationibus extra Columnas et extra sinum Arabicum, quæ latius ab utroque latere sese extendentem Libyam ostenderunt, tum ex conjectura inde orta circumnavigari posse omnino hanc regionem [8]. Non defuerunt posthac, qui rem, quam peragi posse nonnulli crediderant, peractam reapse fuisse narrabant.

[1] Loc. cit. pag. 70, sq. — [2] Pag. 102, sq. — [3] Pag. 106, sq. — [4] Pag. 120, sq. — [5] Loc. cit. pag. 204. — [6] Pag. 204-216. — [7] Pag. 217-242. — [8] Pag. 208.

Adeat lector librum ipsum, cujus vel argumentorum summam paucis adeo verbis capere non datur, et quem junctura et series rerum studiosis commendant.

§. XX. **Hic concluditur, et admonitio de sequentibus adnotationibus utilissima datur.**

Nunc ad periplum ipsum, et adnotationes transeundum. Sed jam nunc moneamus necesse est, si quis, Bougainvillii instar, Carthaginienses usque ad sinum *Guineæ* ex ingenio comitari voluerit, minime hanc hypothesim adnotationes nostras, imo adnotationes ullas continuas ferre. Nam talis opinio totam verborum et rerum seriem in periplo delet, nihilque aliud agere sinit, quam aliquot indicia deprehendere quæ cum hodierna geographia conferas. Adnotationes igitur ille tantummodo adeat, qui peripli verbis et dierum computationi fidem, magna saltem ex parte, adhibere decreverit.

HANNONIS PERIPLI EDITIONES.

Ex viri clariss. Jo. FABRICII BIBLIOTHECA GRÆCA *(lib. 1, c. 6, tom. I, pag. 42, ed. Harles.).*

CODICES manuscripti sunt rariores : nec Gelenius, e quo suam describi fecerit editionem, indicavit. Olim in bibliotheca Palatina exstitit codex, qui nunc in bibl. Vaticana est, *Annonis Periplus Libyæ ultra Herculis Columnas sitæ*, teste *Frid. Sylburgio* in Catalogo codd. græcorum mss. olim in bibl. Palatina, nunc Vaticana asservatorum, Francof. ad Mœn. 1701, pag. 124, n.° 398. — Cod. quoque habuit Is. Vossius, qui ejus editionem pollicetur ad Pompon. Melam, pag. 302.

Æque paucæ sunt editiones atque versiones Peripli. Princeps est edit. quam *Sigismund. Gelenius* sumtu Frobenii paravit : *Arriani et Hannonis Periplus, Plutarchus de fluminibus et montibus, Strabonis Epitome;* græce omnia, Basil. 1533, 4.° (ed. admodum rara, et basis reliquarum. V. Maittaire, Annal. typogr. X, 785). Hannonis libellus est inscriptus : Ἄννωνος Καρχηδονίων βασιλέως Περίπλους.

Quando *Bayle* in Diction. v. *Hannon*, pag. 692, not. C, alteram hujus opusculi editionem cum versione et notis *Conr. Gesneri*, 1559, memorat, eum errasse arbitror : equidem textum græcum additum esse, nullibi notatum vidi ; atque in Catalogo libror. Biblioth. Tigurinæ, pag. 496, tom. I, nullius adjecti textus græci, sed versionis tantummodo, fit mentio. Inscriptus autem liber sive potius versio est. (V. Catal. Biblioth. Uffenbach. gener. tom. IV, pag. 75.)

Joannis Leonis Africani de totius Africæ descriptione libri IX; Jo. Floriano interprete. Accedit *Hannonis, Carthaginiensium ducis, navigatio ; Conrado Gesnero interprete, cum scholiis*, 1559, 8.° Tiguri.

Hannonis Periplus, græce et latine, sub auspiciis Jo. Henr. Bœcleri, cum versione et animadversionibus *Jo. Jac. Mülleri;* Argentor. 1661, 4.° rect.; in diss. acad. *Jos. Henr. Bœcleri,* Argentor. tom. II, 1710, 4.° pag. 220 sqq.

Genuina Stephani Byzantini de urbibus et populis fragmenta. *Abrahamus Berkelius* latinam interpretationem adjecit. Accedit *Hannonis regis Periplus, græce et latine,* Lugdun.

Batav. 1674, 12.° (al. 8.°). Contextus gr. est ex ed. Gelenii descriptus ; versio autem Gesneriana. Post sequuntur Conr. Gesneri animadversiones extemporaneæ, et animadversiones Sam. Bocharti ex illius Geographia sacra depromtæ. Calci adjectum est, Ptolemæi Evergetæ III, Ægypt. regis, Monumentum Adulitanum. Leo Allatius latine vertit; Lugd. Bat. 1674.

Ἄννωνος Καρχηδονίων βασιλέως Περίπλους : *Hannonis Carthaginiensium regis Periplus, interprete Conrado Gesnero*, in Jo. Hudsoni *Geographiæ veteris scriptoribus græcis minoribus.*, vol. I, Oxon. 1698, 8.° pag. 1. Præmissas Dodwelli diss. in quibus prima est de vera Peripli, qui Hannonis nomine circumfertur, ætate, excipit textus græcus, cum versione Gesneri ejusdemque pluribus notis tum textui ipsi subjectis, tum fini voluminis adnexis, quibus et suas et Bocharti admiscuit. Jacob. Gronovius in adpendice ad *Geographica antiqua, s.* animadversione in recentem ab Oxonio Scylacis editionem et dissertat. de Scylacis ætate examine, ignominiose tractavit Hudsonum et Dodwellum, nostro tamen Fabricio valde indignante.

Campomanes, in libro supra memorato, *Antiguedad maritima de la Republ. de Cartago*, part. II, pag. 1-12, dedit textum Hannonis græcum, cum versione sua hispanica; et a pag. 13-114, illustravit eum notis criticis, geographicis et grammaticis. (Conf. *Mém. de Trévoux*, août 1757, pag. 403, ed. Amstel.)

Hannon's Seereise, griechisch und deutsch mit Anmerkungen von Conr. Arnold Schmid. Adhæret Schmidianæ versioni theotiscæ Arriani Memorabilium Indicorum. Brunsvici et Guelferb. 1764, mai. 8.° Additam esse commentationem germanice versam et interpretationem gallicam *Bougainvillii* (ex vol. XXVI Commentatt. Acad. regiæ inscriptionum &c.), jam supra memoravi.

Periplus quoque in linguam italicam est conversus : *Hannone Navigatione de' Cartaginesi*, in *Giov. Batt. Ramusio*, Raccolte delle navigationi e viaggi, con diversi discorsi sopra essi, del medesimo; Venetia, tom. I, 1588, F. n. 3. rec.; ibid. tom. I, 1613. V. Biblioth. Brühlian. part. I, pag. 23 et 24.

Des Carthaginiensischen Admirals Hanno Reisebeschreibung von seiner Schiffahrt, an den Küste von Africa, auserhalb den Säulen Herculis, welche er in del Tempel des Saturnus aufge-

hängt hat (germanice versa est ab Hagero in ejus Geographischen Büchersaal, part. VIII; Chemniz. 1765, pag. 640 sqq., cum doctis adnotationibus, in quibus et res explicantur et Schmidiana versio sæpe emendatur.)

Ex Jo. Georg. MEUSELII BIBLIOTHECA HISTORICA *(tom. II, part. 2.ª, pag. 317; Lips. 1785, 8.º).*

Ad hujus peripli illustrationem contulerunt : *Bartholdi Nihusii* Epistola de Hannonis navigatione. Francof. 1622, 1630, 4.º — *Conradi Ritterhusii* Oratio de Hannonis periplo. Altorf. 1638, 4.º — *Gerardus Vossius* de Hist. græc. lib. IV, pag. 513, sq. — *Isaacus Vossius* in præfat. ad Scylac. (Amst. 1639, 4.º), et in ejusdem variis observat. (Lond. 1685, 4.º), pag. 52; et in not. ad Mel. (Hag. Com. 1658, 4.º), lib. III, c. 9. — *Petrus Bayle* in dictionn. v. *Hannon.* — *De Bougainville*, *Mém. sur les découvertes d'Hannon*, in *Mém. de l'Acad. des inscript.* t. XXVI, pag. 10. — *Joannis Geor. Hageri* Progr. de Hannone, &c.... Chemnitii, 1764, 4.º

EDITIONES AUT VERSIONES RECENTIORES.

Knoblauch Hannonis Periplum illustravit in *Mercure de Leipsick, janv. 1792.*

Hannonis versionem gallicam ediderunt tum cl. *Gossellinus* (in *Recherches sur la Géographie systématique et positive des anciens*, tom. I, pag. 70 sqq. Paris, 1798), tum doct. *Malte-Brun* (*Précis de la Géogr. univ.* lib. IV, t. I, p. 71, sq.).

The Voyage of Hanno translated, and accompanied with the greek text, by Thomas Falconer. A. M. fellow of C. C. C. Oxford, London, 1797, 8.º

Hannonem *Barbosa* vir cl. edidit et lusitano sermone vertit, anno 1814, in diaro quodam Olyssiponensi.

Germanicam *Hannonis peripli* versionem edidit cl. *Ukertus* in *Geographie der Grieschen und Römer*, t. I, part. I, p. 62-64; Weimar, 1816, 8.º

Hannouem etiam germanico sermone vertit cl. *Heeren*, in *Ideen über die Politik, den Verkehr und den Handel der vornehmsten Völker der alten Welt.* part. II, pag. 708 sqq. Goetting.

TESTIMONIA VETERUM

DE HANNONE.

ARISTOTELES *in libello* περὶ Θαυμασίων Ἀκουσμάτων, tom. I, pag. 1153, ed. Par. 1619.

Λέγεται δὲ καὶ τὰ ἔξω στηλῶν Ἡρακλείων καίεσθαι· τὰ μὲν διὰ παντός· τὰ δὲ νυκτῶν μόνον· ὡς Ἄννωνος Περίπλους ἱστορεῖ.

ATHENÆUS *in Deipnosophistar.* lib. 3, cap. 5.

Εἰ μέν τι τούτων Ἰόβας ἱστορεῖ,

. . . . χαιρέτω

Λιβυκαῖσι βίβλοις, ταῖσί τ' Ἄννωνος πλάναις.

ARRIANUS *in Indicis*, sub finem, pag. 198, B, ed. Steph. 1575.

Ἄννων δὲ ὁ Λίβυξ ἐκ Καρχηδόνος ὁρμηθεὶς, ὑπὲρ μὲν Ἡρακλείους στήλας ἐξέπλωσεν ἔξω ἐς τὸν πόντον, ἐν ἀριστερᾷ τὴν Λιβύην γῆν ἔχων· καὶ ἔστε μὲν πρὸς ἀνίσχοντα ἥλιον ὁ πλόος αὐτῷ ἐγένετο, τὰς πάσας πέντε καὶ τριήκοντα ἡμέρας. Ὡς δὲ δὴ ἐς μεσημβρίην ἐξετρέπετο, πολλῇσιν ἀμηχανίῃσιν ἐνετύγχανεν, ὕδατός τε ἀπορίῃ καὶ καύματι ἐπιφλέγοντι, καὶ ῥύαξι πυρὸς ἐς τὸν πόντον ἐμβάλλουσιν.

ARISTIDES *in Oratione Ægyptiaca*, tom. II, pag. 356, ed. Jebb.

Καὶ μὲν οὐδὲ Καρχηδονίων οἱ ἐκπλεύσαντες ἔξω Γαδείρων, καὶ τὰς ἐν τοῖς ἐρήμοις τῆς Λιβύης πόλεις οἰκήσαντες (forsan mel. οἰκίσαντες), τοῦτον ἤνεγκαν οἴκαδε τὸν λόγον, οὐδ' ἀνέγραψαν, οὐδ' ἀνέθηκαν ἐν τῷ ἱερῷ· ἕτερα πολλὰ καὶ ἄτοπα γράψαντες, ὡς (rescrib. οὐς cum Jebbio) οὔτ' ἀγνοοῦσι δήπουθεν, οὔτε γνόντας

donaria Junonis suspenderit : quæ duravere usque in tempora excidii carthaginiensis.

MARTIANUS CAPELLA, *de Nupt. Philolog.* lib. VI, pag. 201, cap. *de Rotund. terræ.*

..... Item Hanno, dum Punicum floreret imperium, Mauritaniæ circuitu, ac dehinc meridiani flexus excursu, in Arabiæ terminos prolixa admodum navigatione pervenit.

ΑΝΝΩΝΟΣ[1],

ΚΑΡΧΗΔΟΝΙΩΝ ΒΑΣΙΛΕΩΣ[2],

ΠΕΡΙΠΛΟΥΣ[3]

ΤΩΝ ὙΠΕΡ ΤΑΣ ἩΡΑΚΛΕΟΥΣ ΣΤΗΛΑΣ ΛΙΒΥΚΩΝ ΤΗΣ ΓΗΣ ΜΕΡΩΝ,

Ὃν καὶ ἀνέθηκεν ἐν τῷ τοῦ Κρόνου[4] τεμένει, δηλοῦντα τάδε.

α'. Ἔδοξεν Καρχηδονίοις Ἄννωνα πλεῖν ἔξω στηλῶν Ἡρακλείων, καὶ πόλεις κτίζειν Λιβυφοινίκων[5]. καὶ ἔπλευσεν, πεντηκοντόρους[6] ἑξήκοντα ἄγων, καὶ

Pag. 1, ed. Huds.

HANNONIS,

CARTHAGINIENSIUM REGIS,

PERIPLUS

PARTIUM LIBYCARUM ULTRA COLUMNAS HERCULEAS,

Quem in delubro Saturni dedicavit, sequentia detegentem.

---

1. Placuit Carthaginiensibus, ut Hanno navigaret extra Columnas Herculis, et urbes Libyphœnicum conderet. Navigavit igitur, et secum naves sexaginta abduxit, quarum singulæ remis quinquaginta agebantur,

πλῆθος ἀνδρῶν καὶ γυναικῶν, εἰς ἀριθμὸν μυριάδων τριῶν, καὶ σῖτα, καὶ τὴν ἄλλην παρασκευήν.

β'. Ὡς δ' ἀναχθέντες[7], τὰς στήλας παρημείψαμεν[8], καὶ ἔξω πλοῦν δυοῖν ἡμερῶν ἐπλεύσαμεν[9], ἐκτίσαμεν πρώτην πόλιν, ἥντινα ὠνομάσαμεν Θυμιατήριον[10]· πεδίον δ' αὐτῇ μέγα ὑπῆν· κἄπειτα πρὸς ἑσπέραν[11] ἀναχθέντες, ἐπὶ Σολόεντα[12], Λιβυκὸν ἀκρωτήριον[13], λάσιον δένδρεσι, συνήλθομεν· ἔνθα Ποσειδῶνος ἱερὸν ἱδρυσάμενοι[14], πάλιν ἐπέβημεν πρὸς ἥλιον ἀνίσχοντα[15] ἡμέρας ἥμισυ, ἄχρι ἐκομίσθημεν εἰς λίμνην[16] οὐ πόρρω τῆς θαλάττης κειμένην, καλάμου μεστὴν πολλοῦ καὶ μεγάλου. ἐνῆσαν δὲ καὶ ἐλέφαντες, καὶ τἄλλα θηρία νεμόμενα πάμπολλα. τήν τε λίμνην παραλλάξαντος[17] ὅσον ἡμέρας πλοῦν, κατῳκήσαμεν[18] πόλεις πρὸς τῇ θαλάττῃ καλουμένας,

Pag. 2, Huds.

et magnum numerum virorum mulierumque ad triginta millia, et annonam et omnes adparatus.

2. Postquam autem solvimus, et, Columnis præteritis, biduum navigando consumsimus, civitatem primam condidimus, quæ Thymiaterion nobis adpellata est: illi quippe suberat magnus campus. Inde ad occasum rursus vela dantes, ad Soloëntem, Libyæ promontorium densis consitum arboribus, devenimus; condito ibi Neptuni delubro, ad orientem dimidii diei navigatione conversi sumus, donec pervenerimus ad stagnum non procul a mare distans, multis et magnis arundinibus refertum: in illo erant elephanti, et aliæ feræ permultæ pascentes. Tum hoc stagno ad iter diei præterito, civitates ad mare condidimus, quarum hæc sunt nomina:

Καρικόν τε τεῖχος[19], καὶ Γύττην[20], καὶ Ἄκραν[21], καὶ Μέλιτταν[22], καὶ Ἄραμβυν[23].

γ'. Κἀκεῖθεν δ' ἀναχθέντες, ἤλθομεν ἐπὶ μέγαν ποταμὸν Λίξον[24], ἀπὸ τῆς Λιβύης ῥέοντα. παρὰ δ' αὐτὸν, νομάδες ἄνθρωποι Λιξῖται βοσκήματ' ἔνεμον· παρ' οἷς ἐμείναμεν ἄχρι τινὸς, φίλοι γενόμενοι. Τούτων δὲ καθ' ὕπερθεν, Αἰθίοπες ᾤκουν ἄξενοι, γῆν νεμόμενοι θηριώδη, διειλημμένην ὄρεσι μεγάλοις, ἐξ ὧν ῥεῖν φασὶ τὸν Λίξον, περὶ δὲ τὰ ὄρη κατοικεῖν ἀνθρώπους ἀλλοιομόρφους, Τρωγλοδύτας[25]· οὓς ταχυτέρους ἵππων[26] ἐν δρόμοις ἔφραζον οἱ Λιξῖται.

Pag. 3, Huds.

δ'. Λαβόντες δὲ παρ' αὐτῶν ἑρμηνέας[27], παρεπλέομεν τὴν ἐρήμην πρὸς μεσημβρίαν, δύο ἡμέρας[28]· ἐκεῖθεν δὲ πάλιν πρὸς ἥλιον ἀνίσχοντα[29], ἡμέρας δρόμον. ἔνθα εὕρομεν ἐν μυχῷ τινὸς κόλ-

Caricum munimentum, Gytte, Acra, Melissa et Arambys.

3. Inde, solutis navibus, ad Lixum flumen magnum devenimus, quod e Libya fluit. Juxta id nomades homines Lixitæ sua pecora pascebant: quibuscum aliquamdiu, amicitia inita, mansimus. Supra hos habitabant Æthiopes inhospitales, terram incolentes feris refertam et montibus magnis interceptam, e quibus Lixum profluere adfirmant, et montes illos inhabitari a Troglodytis variatæ formæ hominibus; quos vel equis cursu perniciores esse Lixitæ narrabant.

4. Acceptis interpretibus a Lixitis, oram desertam bidui itinere, ad meridiem legimus: inde ad orientem unius diei cursu. Ibi in sinus cujusdam recessu, insulam

που, νῆσον μικρὰν, κύκλον ἔχουσαν σταδίων πέντε· ἣν κατῳκήσαμεν[30], Κέρνην[31] ὀνομάσαντες. ἐτεκμαιρόμεθα δ' αὐτὴν ἐκ τοῦ περίπλου κατ' εὐθὺ κεῖσθαι Καρχηδόνος.[32] ἐῴκει γὰρ ὁ πλοῦς[33], ἔκ τε Καρχηδόνος ἐπὶ στήλας, κἀκεῖθεν ἐπὶ Κέρνην.

έ. Τοὐντεῦθεν εἰς λίμνην ἀφικόμεθα, διά τινος ποταμοῦ μεγάλου διαπλεύσαντες[34], Χρέτης[35]. εἶχεν δὲ νήσους ἡ λίμνη τρεῖς, μείζους τῆς Κέρνης. ἀφ' ὧν ἡμερήσιον πλοῦν κατανύσαντες, εἰς τὸν μυχὸν τῆς λίμνης[36] ἤλθομεν. ὑπὲρ ἣν ὄρη μέγιστα ὑπερέτεινεν, μεστὰ ἀνθρώπων[37] ἀγρίων, δέρματα θήρεια ἐνημμένων, οἳ πέτροις βάλλοντες ἀπήραξαν ἡμᾶς[38], κωλύοντες ἐκβῆναι. Ἐκεῖθεν πλέοντες, εἰς ἕτερον ἤλθομεν ποταμὸν[39] μέγαν καὶ πλατὺν, γέμοντα κροκοδείλων καὶ ἵππων ποτα-

parvam deprehendimus, stadiorum quinque ambitu: quam colonia occupantes, Cernen nominavimus. Conjiciebamus eam, ex præternavigatione facta, Carthagini obpositam esse. Respondebat enim navigatio ex Carthagine ad Columnas, et ex Columnis ad Cernen.

5. Hinc venimus in stagnum, magno flumine trajecto, cui nomen Chremetes. Stagnum insulas tres amplectebatur, majores quam Cerne. Ab iis, navigatione diei perfecta, interiorem stagni recessum attigimus. Supra stagnum montes maximi imminebant, silvestribus hominibus referti, pelles erinas indutis, qui lapidum conjectu nos pepulerunt et cohibuerunt ne navibus egrederemur. Exinde navigando, ad alium amnem devenimus, magnum latumque, crocodilis et

μιων. ὅθεν δὴ πάλιν ἀποστρέψαντες, εἰς Κέρνην ἐπανήλθομεν.

ϛ΄. Ἐκεῖθεν δὲ ἐπὶ μεσημβρίας[40] ἐπλεύσαμεν δώδεκα ἡμέρας[41], τὴν γῆν παραλεγόμενοι. ἣν πᾶσαν κατῴκουν Αἰθίοπες, φεύγοντες ἡμᾶς, καὶ οὐχ ὑπομένοντες· ἀσύνετα δ᾽ ἐφθέγγοντο, καὶ τοῖς μεθ᾽ ἡμῶν Λιξίταις. τῇ δ᾽ οὖν τελευταίᾳ ἡμέρᾳ[42], προσωρμίσθημεν ὄρεσι μεγάλοις δασέσιν[43]. ἦν δὲ τὰ τῶν δένδρων ξύλα εὐώδη[44] τε καὶ ποικίλα.

ζ΄. Περιπλεύσαντες δὲ ταῦτα ἡμέρας δύο[45], γινόμεθα ἐν θαλάττης χάσματι ἀμετρήτῳ[46]. ἧς ἐπὶ θάτερα[47] πρὸς τῇ γῇ πεδίον[48] ἦν· ὅθεν νυκτὸς ἀφεωρῶμεν πῦρ ἀναφερόμενον πανταχόθεν κατ᾽ ἀποστάσεις[49]· τὰ μὲν πλέον, τὰ δ᾽ ἔλαττον. ὑδρευσάμενοι δ᾽ ἐκεῖθεν ἐπλέομεν

Pag. 4, Huds.

equis fluviatilibus plenum. Tum retrogressi Cernen repetivimus.

6. Et ab ea meridiem versus navigavimus per duodecim dies, oram prope legentes. Quam omnem tenebant Æthiopes, qui nos fugiebant, et minime exspectabant. Lingua utebantur incognita vel Lixitis qui nobiscum erant. Ultimo tandem die ad magnos et silvosos montes adpulimus. Silvæ constabant arboribus quarum lignum odoratum et varium erat.

7. His montibus bidui navigatione circuitis, in immensum maris hiatum incidimus, cujus uni lateri (ad continentem pertingenti) campus incumbebat. E quo campo noctu prospeximus ignes undique emicantes per intervalla; tum magis, tum minus. Inde aquati navigavimus

εἰς τοὔμπροσθεν ἡμέρας πέντε[50] παρὰ γῆν, ἄχρι
ἤλθομεν εἰς μέγαν κόλπον, ὃν ἔφασαν οἱ ἑρμηνέες
καλεῖσθαι Ἑσπέρου Κέρας[51]. ἐν δὲ τούτῳ νῆσος
ἦν μεγάλη, καὶ ἐν τῇ νήσῳ, λίμνη θαλασσώδης[52].
ἐν δὲ ταύτῃ νῆσος ἑτέρα, εἰς ἣν ἀποβάντες,
ἡμέρας μὲν, οὐδὲν ἀφεωρῶμεν, ὅτι μὴ ὕλην, νυκτὸς
δὲ, πυρά τε πολλὰ καιόμενα[53], καὶ φωνὴν αὐλῶν[54]
ἠκούομεν, κυμβάλων τε καὶ τυμπάνων πάταγον,
Pag. 5, Huds. καὶ κραυγὴν μυρίαν. φόβος οὖν ἔλαβεν ἡμᾶς, καὶ
οἱ μάντεις ἐκέλευον ἐκλείπειν τὴν νῆσον.

η'. Ταχὺ δ' ἐκπλεύσαντες, παρημειβόμεθα χώραν διάπυρον Θυμιαμάτων. μεστοὶ[55] δ' ἀπ' αὐτῆς πυρώδεις ῥύακες ἐνέβαλλον εἰς τὴν θάλατταν. ἡ γῆ δ' ὑπὸ θέρμης ἄβατος ἦν[56]. ταχὺ οὖν κἀκεῖθεν φοβηθέντες ἀπεπλεύσαμεν. Τέτταρας δ' ἡμέρας[57] φερόμενοι, νυκτὸς τὴν γῆν ἀφεω-

antrorsum per dies quinque juxta litus, donec sinum ingentem, quem interpretes Hesperi Cornu vocari adfirmabant, contigimus. In eo insula erat magna, et in ipsa insula lacus marinus; in quo insula alia. In hanc progressi, interdiu nihil aliud præter silvam videbamus; noctu vero, ignes multos ardentes, et sonos tibiarum, crepitus cymbalorum et tympanorum, et clamorem innumerum audiebamus. Nos invasit terror, et vates insulam deserere nos jusserunt.

8. Celeriter inde evecti, Thymiamatum regionem ignitam legimus. Ab illa magni torrentes ignei in mare exundabant. Terra ob calorem calcantium vestigia non ferebat. Itaque ab hoc etiam loco ocius recedentes iterum navigavimus. Quatridii autem navigatione

ρῶμεν φλογὸς μεστήν. ἐν μέσῳ δ' ἦν ἠλίϐατόν τι πῦρ[58], τῶν ἄλλων μεῖζον, ἁπτόμενον, ὡς ἐδόκει, τῶν ἄστρων[59]· τοῦτο δ' ἡμέρας ὄρος ἐφαίνετο μέγιστον, Θεῶν ὄχημα[60] καλούμενον. Τριταῖοι δ' ἐκεῖθεν, πυρώδεις ῥύακας παραπλεύσαντες, ἀφικόμεθα εἰς κόλπον, Νότου Κέρας[61] λεγόμενον.

θ'. Ἐν δὲ τῷ μυχῷ[62] νῆσος ἦν[63], ἐοικυῖα τῇ πρώτῃ, λίμνην ἔχουσα· καὶ ἐν ταύτῃ νῆσος ἦν ἑτέρα, μεστὴ ἀνθρώπων ἀγρίων. πολὺ δὲ πλείους[64] ἦσαν γυναῖκες, δασεῖαι[65] τοῖς σώμασιν· ἃς οἱ ἑρμηνέες ἐκάλουν Γορίλλας[66]. διώκοντες δὲ, ἄνδρας μὲν συλλαϐεῖν οὐκ ἠδυνήθημεν, ἀλλὰ πάντες μὲν ἐξέφυγον, κρημνοϐάται ὄντες[67], καὶ τοῖς πετρίοις[68] ἀμυνόμενοι· γυναῖκας δὲ τρεῖς[69], αἳ, δάκνουσαί τε καὶ σπαράττουσαι τοὺς ἄγοντας,

Pag. 6, Huds.

aufugientes, noctu terram flammis plenam videbamus. Adparebat in medio excelsus quidam et ceteris major ignis, ipsis, ut videbatur, astris contiguus. Erat is, quum interdiu cerneretur, mons maximus, Theôn Ochema adpellatus. Inde triduana navigatione, ignis torrentibus præteritis, devenimus in sinum, Notu-Ceras dictum.

9. In cujus intimo recessu insula erat supra dictæ similis, lacum in se habens: et in ipso lacu insula erat altera, silvestribus hominibus referta. Erant autem multo plures mulieres, corporibus hirsutæ, quas interpretes Gorillas vocabant. Nos persequendo, virum nullum capere potuimus; omnes enim nos effugiebant, quum per præcipitia scanderent, et saxorum auxilio uterentur: sed feminas (cepimus) tres, quæ

οὐκ ἤθελον ἕπεσθαι. ἀποκτείναντες μέντοι αὐτὰς, ἐξεδείραμεν, καὶ τὰς δορὰς ἐκομίσαμεν εἰς Καρχηδόνα. οὐ γὰρ ἔτι ἐπλεύσαμεν προσωτέρω, τῶν σίτων ἡμᾶς ἐπιλιπόντων.

mordendo et lacerando abducturis renitebantur. Atqui occidimus illas, et pelles eis detractas Carthaginem retulimus. Neque enim amplius ultra navigavimus, quum annona deficeret.

ADNOTATIONES

IN PERIPLUM HANNONIS.

---

1. Ἄννωνος] Hanno apud Plinium et alios fere Latinos adspiratur. Non ita apud Græcos, forte propter regulam grammaticorum, qui α ante ν levigandum præcipiunt, nisi in ἁνδάνω, quoniam id fiat ab ἥδω: quod nos in græcis vocabulis admittimus, in hebraicis et aliarum linguarum non item, quoniam punica lingua, sicut totius fere Africæ (ut Joan. Leo Africanus testatur) ab hebraica originem duxit. *Hannan* autem Hebræis *gratificari* significat. Inde *Hanno* derivatum conjicio, et significare *gratiosum;* vel potius qui aliis gratificatur, beneficum, εὐεργέτην (*Hannan* quidem viri nomen non semel in sacris libris legitur): et *Hannibal,* id est, *gratiosus princeps* (vel *dominus castrorum :* nam *hanah* Hebræis *metari* aut *tenere castra* significat, ut doctissimus præceptor meus me admonuit), et *Annas,* demta adspiratione; et *Joannes* vel *Ananias,* id est *Deo gratus,* quod græce *Theophilum* sonat. Quamobrem non laudo Pontani sententiam, qui hujusmodi vocabula non adspirari mavult. *Gesnerus.*

2. Βασιλέως] Plinius eum ducem Carthaginiensium *(a)* dixit, alibi *(b)* imperatorem. *Gesnerus.*

Quamvis communibus tantummodo reipublicæ legibus Carthaginienses parerent, ut ex peripli initio discitur, ἔδοξεν Καρχηδονίοις, rex tamen (βασιλεύς) adpellatur Hanno, utpote cui amplissima et quasi infinita ad tantum iter suscipiendum potestas fuerit necessario tribuenda. Expresse Isocrates *(c)* ait Carthaginienses et Lacedæmonios, domi paucorum, sed in castris regum imperio parere : ἔτι δὲ Καρχηδονίους καὶ Λακεδαιμονίους, ... οἴκοι μὲν ὀλιγαρχουμένους, παρὰ δὲ τὸν πόλεμον βασιλευομένους. Adserit tamen Aristoteles *(d)* perpetuum mansisse Carthagine regum imperium. Imo testatur hoc idem Zonaras *(e)*; idem et Cornelius Nepos his verbis, quæ Campomanes *(f)*

(a) Lib. v, cap. 1.
(b) Lib. v, cap. 36.
(c) Nicocl. c. 6, t. I, p. 26, ed. *Coray.*
(d) Aristot. *de Republ.* lib. II, cap. 11, tome II, pag. 334, B, C. Lutetiæ, 1519.
(e) *Annal.* l. VIII, pag. 381, ed. Paris.
(f) *Antigued. de la Rep. de Cartago.–Illustr. al Periplo de Hanno,* p. 13, en Madrid, 1756.

jam collegit : *ut enim Romæ consules, sic Carthagine quotannis bini reges creabantur (a).* Pariter apud Herodotum *(b)* rex adpellatur Amilcar quidam, filius alterius Hannonis, qui bellum in Siciliam intulit. Ceterum non ita discrepant inter se Isocrates Aristotelesque, si consideraveris adeo coercitam fuisse procul dubio Carthaginiensium regum potentiam, ut domi reges vix forent. De quo confer Wesseling. ad Diodorum *(c).*

3. Περίπλους] Διήγησις rectius adpellari existimat Vossius. *Huds.*

At vox περίπλους non circuitum absolute significat, sed potius secundum litus præternavigationem. Primitivam vim particulæ περί contendit Lennep *(d)* esse *transeundi,* vel quoslibet et cujuslibet formæ terminos sequendi. Ut ut sit, de voce περί, transeundi vel prætereundi sensum omnino referente, vide Homerum *(e)*, Thucydidem *(f)*, Ælianum *(g)*, Strabonem *(h)*, Plutarchumque *(i).*

4. Τοῦ Κρόνου]. Templum, in quo descriptio hæc dedicata erat, Junonis fuisse tradunt Plinius *(k)* et Solinus *(l). Hudson.*

Imo, nusquam alibi nisi in peripli nostri titulo refertur hanc descriptionem ipsam dedicatam fuisse. Aiunt tantummodo Plinius Solinusque Gorgonum vel Gorgadum cutes in Junonis templo suspensas fuisse : quod non idem. Ceterum testatur Aristides *(m)* illud Carthaginiensibus moris fuisse, suscepta itinera tabellis inscribere, et narrationem in sacris ædibus consecrare. Contrarium male contendit Dodwellus *(n).* Confer præf. nostram in Hann. *(o).*

5. Λιβυφοινίκων] Libyphœnices, quasi ex Phœnicibus advenis, indigenisque Afris mixti. Vide Plinium *(p)* et Stephanum *(q). Hudson.*

6. Πεντηκοντόρους] De πεντηκοντόροις, vide *Baysium (r)* et *Schefferum* de re navali. *Hudson.*

Voluerat clariss. *Bougainvillius (s)* testimonium antiquitatis quoddam in ipso navium hoc genere inesse. De quo adi præfationem nostram in Hannonem *(t).*

(a) Cornel. Nep. *Annib. vit.* cap. 7.
(b) Lib. VII, cap. 145.
(c) Ad lib. XIII, c. 43, t. I, p. 574, lin. 70.
(d) *Etym. ling. græc.* p. 761, sqq. ed. 1790.
(e) *Il.* lib. X, v. 139.
(f) Lib. I, cap. 60, init.
(g) Ælian. *Var. hist.* VII, 20.
(h) Lib. I, p. 50, init.—Lib. XI, p. 499, sub fin. (pag. 764, lin. 1, edit. Amstelod.)
(i) *Vit. Demosth.* tom. I, pag. 857, B, Francof. 1619.
(k) Lib. V, cap. 36.
(l) Cap. 56, sub fin.
(m) *Orat. Ægypt.* tom. II, pag. 356, Jebb. 1730.
(n) *Dissert. in Hann.* §. XXIII, pag. 63.
(o) §. XII, sub finem pag. 89.
(p) *Hist. nat.* lib. V, cap. 4.
(q) Voc. Βύζαντες.
(r) Ap. *Thes. Antiquit.* Gronovii, t. XI.
(s) *Mém. de l'Acad.* t. XXVIII, p. 288.
(t) §. X, sub fin. p. 85.

7. Ἀναχθέντες] Ἀνάγεσθαι, non modo solvere, sed etiam in altum evehi, interpretabantur. *Gesner.*

Exinde narratio itineris, dicente tunc Hannone ipso, vere incipit. Quæ vero ante, reipublicæ mandata et classis adparatum referunt.

8. Τὰς στήλας παραμείψαμεν] Minime hic Columnas Herculeas cum freto integro confundamus. Quod recte deprehendit vir egregius *Gossellinus (a)*, cujus hæc verba sunt : *Le récit du général carthaginois commence immédiatement après son départ des Colonnes d'Hercule : c'est de ce point qu'il compte les jours de sa navigation ; et il faut bien se garder de le confondre avec le détroit de Gibraltar entier, comme l'ont fait tous les auteurs modernes. Cette erreur est la première cause qui leur a fait prolonger inconsidérément le voyage d'Hannon..... Tout le monde sait que les anciens donnoient le nom de colonnes aux montagnes placées sur les deux presqu'îles qui se détachent, l'une du continent de l'Europe, l'autre de celui de l'Afrique. Autrefois on les nommoit* Calpé *et* Abyla, *du nom des villes qui y étoient situées ; aujourd'hui ce sont les montagnes de Gibraltar et de Ceuta....*

En parlant du mont Abyla *et de ceux des* Sept-Frères, *qui en sont voisins, et qui dominent l'entrée orientale du détroit, Pline (b) dit : AB HIS, ORA INTERNI MARIS ; et par ces termes, il décide que tout ce qui étoit à l'occident étoit baigné par l'Océan atlantique. Aussi place-t-il* Tingis *ou Tanger AU-DELÀ DES COLONNES, quoiqu'il soit au milieu du détroit. Strabon avoit dit également (c) que les colonnes étoient la séparation des deux mers ; et les Arabes (d) l'ont répété d'après l'opinion constante des Grecs et des Romains. C'est d'ailleurs de ce point qu'Ératosthènes, Hipparque, Polybe, Strabon, Agrippa, et tous les géographes anciens, ont compté les mesures qu'ils donnoient de la longueur de la Méditerranée.*

9. Ἐπλεύσαμεν] Scilicet occidentem versus ; classis enim etiamnum in freto est.

10. Θυμιατήριον] Stephano Θυμιατηρία et Scylaci Θυμιατηριὰς dicitur, forsan mendose pro Θυμιατηρία. *Hudson.*

Notum græce Θυμιατήριον esse acerram vel thuribulum, quo nomine cur Phœnices urbem appellaverint nemo facile dixerit.

(a) *Recherch. sur la Géogr. syst. et positive des anciens*, tom. I, pag. 71, 72.
(b) Lib. v, cap. 1.
(c) Lib. III, pag. 139.
(d) *Sabtah* (id est *Ceuta*) *est urbs inter duo maria, Atlanticum et Mediterraneum.* Abulfed. *Geograph.* tab. III ; *De al-Magrab.* pag. 210, 211 ; in Busch. *Magaz.* tom. IV.

Sed quod a Græcis passim fieri jam alibi notavimus, Hannonis græcus interpres barbaram vocem ita mollivit, ne læderet aures atticas. Nempe verum urbis nomen erat דמאתריה *Dumathiria, quasi πεδιάδα* dixeris, id est, campestrem urbem. Arabice saltem in Giggeio דמאתיר *dumathir* et דמתר *dumthor* est *terra plana*; unde petitum urbis nomen docent ipsa verba Hannonis: Ἐκτίσαμεν πρώτην πόλιν, ἥντινα ὠνομάσαμεν Θυμιατήριον, πεδίον δ' αὐτῇ μέγα ὑπῆν, *primam urbem condidimus, quam vocavimus Thymiaterium; illi quippe suberat magnus campus.* Δὲ pro γὰρ hoc loco sumimus, ut passim apud Homerum; quia nulla apparet causa cur Hanno addiderit Thymiaterio magnum subesse campum, nisi ut sciremus quorsum oppidum ita nominaverit. *Bochart.*

Hanc civitatem *Thymiaterion* in promontorio nunc dicto *Mollabat* collocat vir doctiss. *Gossellinus (a)*, cui pronus adsentior. Jam quousque Hannonis iter totum producatur, id pendet ex ipso loco ubi hanc primam urbem posueris. Si cum permultis, inter quos *Bougainvillius (b)*, urbem Thymiaterion in litore Libyæ occidentali collocaveris, Carthaginienses per nimia spatia subito transvectos intra biduum habebis. Imo narrationis verba istam respuunt interpretationem, quum iterum *occidentem versus* navigando classis infra abeat. Confer Scylacem hoc litus describentem *(c)*; apud quem, relictis Columnis, sinus magnus *Cotes* adpellatus, urbs *Pontium*, *Hermæum* promontorium, *Anidus* fluvius (vel *Adonis* ex Salmasio), *Lixus*que urbs et amnis, et tandem *Thymiateria* eadem reperiuntur, antequam ad *Soloënta* promontorium devenias, quod ἀνέχει μάλιστα εἰς τὸν πόντον, id est, *in mare maxime proëminet.* Ex his non possumus non litus meridionale dignoscere hujus freti nunc dicti *de Gibraltar*, quod ex urbe *Ceuta*, usque ad promontorium hodie *Spartel* dictum, extenditur. Eo clarius elucent Scylacis verba, quod promontorium alterum ille alibi laudaverit, in Europa ex adverso *Soloëntis* surgens, ἑτέραν ἄκραν τῆς Εὐρώπης τὸ καταντικρύ *(d)*.

Ceterum discrepantes inter se de intervallis Hannonem Scylacemque hic video. Prior enim duobus tantum diebus a Columnis ad locum pervenit ubi Thymiaterion conditur, et inde ad promontorium Soloëntem, id est *Spartel*, nullo tempore dato devenit; quod nempe exiguum prorsus iter innuit.

(a) Loc. cit. pag. 72.
(b) *Mém. de l'Ac.* t. XXVI, pag. 14, 15.
(c) Pag. 52, 53, Huds.
(d) Loc. cit. pag. 52.

Scylax contra a Columnis ad Soloëntem promontorium quinque dierum iter esse adserit; nempe *duorum a Columnis ad Hermæum promontorium, et trium, ab Hermæo ad Soloëntem promontorium (a).* Erunt forsan qui inde jam concludent dierum et itineris seriem in hoc periplo nostro minime accurate expressam fuisse.

11. Πρὸς ἑσπέραν] Atqui mihi videtur ambientibus Africam omnis post Columnas navigatio converti, vel ad meridiem, vel ad occasum, et postremo ad aquilonem. *Hudson.*

Hic non hæreret Hudson, si intellexisset classem nondum ex freto exiisse. Conf. supra not. 8.

12. Σολόεντα] Hinc in Hesychio, Σολουντίς, ἄκρα τῆς Λιβύης, et in Ptolemæo, Σολοεντία ἄκρα, et Σολουέντιοι populi, quamvis utrumque ad meridiem removeat justo longius. Apud Plinium Agrippa corrupte Surrentiam appellat. Verum nomen erat Σολόεις, hebr. סלעים *rupes. Bochart.*

Multiplex est hujus nominis forma. Apud Scylacem *(b)*, legitur τὸ Σολόεσσαν ἄκραν, quod emendare Is. Vossius voluit Σολόεντα restituendo, ideo quod infra apud eumdem Scylacem scribatur ἀπὸ Σολόεντος. Illud promontorium Ptolemæo Σολοεντία ἄκρα adpellatur, Hesychio Σολουντίς. Nempe vere adjectivum est Σολόεις, cujus si hebraicam etymologiam, *rupis* sensum referentem, ex Bocharto *(c)* admittas, huic verbo significatio erit, *asper rupibus.* Quæ vocis natura singulari formarum varietati locum dedit. Quum Σολόεις adest, subaudiatur τόπος: apud Scylacem pendeat Σολόεσσαν a proxima voce ἄκραν; quam lectionem servandam esse censeo, quamvis in pagina eadem Σολόεντος reperias pro ejusdem loci adpellatione. Potuit enim Scylax utramque vocis formam ad arbitrium usurpare.

Illud idem promontorium nunc *Spartel* vocari, permulta nos docent. Hanc doctissimus vir *Gossellinus (d)* sententiam suam cum multis argumentis, tum duobus his sequentibus confirmavit. Et primum non potuit Hanno, dum locum ἱερὸν Neptuno condere vellet, proëminens terræ cacumen non eligere, unde vere periculosum iter incipiebat, et novus immensi litoris anfractus protendebatur. Deinde hunc locum clarius depingit Herodotus *(e)*, quum Sataspis meminit, qui, ex Ægypto profectus, postquam ad Herculeas Columnas

(a) Scyl. pag. 53, Huds.
(b) Pag. 53, Huds.
(c) *Geogr. sacr.* lib. I, cap. 37, col. 641.
(d) *Recherches sur la Géographie*, tome I, pag. 73, 74.
(e) Lib. IV, cap. 43.

devenisset, et illas transnavigasset, promontorio Soloënte præterito, meridiem versus cursum dedit: διεκπλώσας δὲ, καὶ κάμψας τὸ ἀκρωτήριον τῆς Λιβύης, τῷ ὄνομα Σολόεις ἐστὶ, ἔπλεε πρὸς μεσαμβρίην. Quæ angulum occidentalem Libyæ satis aperte designant.

Haud minus diserte idem promontorium depingit Strabo *(a)*, at non Σολόεντα sibi dictum, sed Κώτεις: .... Πρόπυς... πρὸς δύσιν τῆς Μαυρουσίας, αἱ Κώτεις λεγόμεναι. Cui promontorio insidet urbs Barbaris *Tinga* dicta, Artemidoro *Linga*, Eratostheni *Lixum*, et τοῖς Γαδείροις ἀντίπορθμος, id est, Gadibus obposita.

13. Ἀκρωτήριον] Hinc forte tribus prioribus syllabis ablatis ῥίον dicitur de vertice montis eminente: κορυφὴ ὄρους ὑπερφαινομένη Eustathio. Privatim tamen promontorium quoddam Ætoliæ vocabatur Rhion. Id vocabulum hodieque promontorium puto Hispanis significare. *Gesner.*

14. Ποσειδῶνος ἱερὸν ἱδρυσάμενοι] *Libyæ hæc regio,* ut inquit Scylax *(b)*, *tota est celeberrima et sacerrima. In summitate vero promontorii Soloëntis est ara magna, Vindictæ et Neptuno consecrata. Hudson.* [Rescribe apud Scylacem πρηνὴς pro ποινῆς, cum Salmasio et Vossio, et sic vertas: *est ara magna, præceps, et Neptuno consecrata.*] Quam aram arbitratur Vossius ab Hannone nostro exstructam fuisse.

15. Πρὸς ἥλιον ἀνίσχοντα] Promontorii *Spartel* latus meridionale anfractum quemdam præbet, quem, non nisi orientem versus navigando, sequi licet. Quem sinum expresse depingit Strabo *(c)* his verbis: πρὸς νότον δὲ τῇ Λίξῳ καὶ ταῖς Κώτεσι, παράκειται κόλπος Ἐμπορικὸς καλούμενος, ἔχων Φοινικικὰς ἐμπορικὰς κατοικίας, id est, *Lixo et Cotibus* (quæ loca apud Strabonem clarius promontorium *Spartel* designant) *ad austrum sinus adjacet, qui Emporicus vocatur, et diversoria mercatoria Phœnicum habet.* Nempe in hunc sinum, *ad meridiem* promontorii *Spartel* situm, ab occidente ad orientem penetrabant.

16. Εἰς λίμνην] Cujus lacus meminisse Scylax videtur, quamvis illum juxta urbem Pontium, in freto ipso Gaditano sitam, posuerit. Scilicet ille lacus forsan versus mediterraneas partes sese extendebat, sat vicinus etiam externo mari. Scylacis hæc verba sunt: περὶ δὲ τὴν πόλιν λίμνη κεῖται μεγάλη..... περὶ δὲ τὴν λίμνην πέφυκε κάλαμος καὶ κύπερος (leg. κύπειρος), καὶ φλοιὸν, καὶ θρύον. *Per hujus civitatis territorium extenditur lacus magnus..... Per hunc lacum nascitur arundo, cyperus, stœbe, et juncus.*

(a) Lib. XVII, pag. 825 (p. 1181, C.)
(b) Pag. 53, Huds.
(c) Lib. XVII, pag. 825 (p. 1181, D.)

17. Παραμαλάξαντος] Lege παραμαλάξαντες. Aliquid obscuri videtur subesse huic loco. Non liquet utrum has quinque urbes condiderit, dum unius diei itinere a lacu recederet, an, emenso tantum diei itinere, urbes condere incœperit. Obscura quoque hæc locutio est paullo infra: κἀκεῖθεν δ' ἀναχθέντες ἤλθομεν ἐπὶ ποταμὸν Λίξον. Non magis liquet an statim ab urbe *Aramby*, postrema urbium quinque conditarum, ad Lixum devenerint, intervallumne quoddam interfuerit de quo sileat Hanno. Sed natura ipsa locorum lucem Hannonis verbis adferat. Videmus enim infra Pœnorum ducem bidui navigatione a Lixo amne, nunc *Lucos*, devenire ad sinum ubi Cerne insula erat, juxta amnem nunc *Sebou*, ut mox probabimus, adpellandum. Quum autem emensum paullo supra intervallum (a lacu scilicet isto ad Lixum amnem) dimidia pars sit sequentis intervalli a Lixo ad fluvium *Sebou*, inde concludendum unius tantummodo diei a lacu usque ad Lixum iter æstimandum esse. Illud tantum considerandum est, hoc unius diei iter non una die vere peractum fuisse, quum intervallum non temporis, sed itineris definiatur, conditas quinque urbes complectentis. Voce igitur παραμαλάξαντες itineris quoddam spatium, et simul litoris intervallum in quo urbes conditæ surgunt, exprimitur.

18. Κατῳκήσαμεν] Malim κατῳκίσαμεν, a verbo κατοικίζω, quod κτίζειν *(a)* significat. Nam Hanno (ut verisimillimum est) non habitatores civitatibus immisit, sed primus urbes eas in hac regione condidit. *Gesner.*

19. Καρικόν τι τεῖχος] Urbs est Libyæ ad sinistram Columnarum Herculis, ut Ephorus *(b)* scribit. Verisimile autem est ad hunc locum Cares pervenisse, qui etiam Carico in Memphide nomen dederunt. *Gesner.*

Fallor an Καρικὸν τεῖχος, *murus Caricus*, Pœnis erat קיר חרס *Kir chares*, murus Solis; cujus nominis urbem in Moabitis memorat Isaias, c. 16. v. 11. Quidni enim *Cares* ex חרס fecerit Græcus interpres, quomodo alii *Carrhas* ex חרן *Charran*, et *Malacam* ex מלחא *Malacha*, et *Tapsacum* ex תפסח *Tipsach*, hebræa adspiratione mutata in consonam K! Aut ut in hoc ipso חרס factum est persicum כורש *Cores* vel *Cyrus* pro Sole! Plutarchus in Artaxerxe *(c)*, ubi de Cyri nomine: ἀπὸ τοῦ ἡλίου γενέσθαι φασί. Κῦρον γὰρ καλεῖν Πέρσας τὸν ἥλιον. *Bochart.*

(a) Conf. Duker. *Adnot. ad Thuc.* VI, 2, tom. II, pag. 5, edit. Bauer.

(b) Apud Stephan. *de Urb.*

(c) Init. t. I, p. 1012, A, ed. Francof.

Si Bocharti etymologiam ægre feras, ad Herodotum redeamus, qui *(a)* Carum antiquitatem celebravit, retulitque *(b)* eos in Ægyptum, Psammeticho regnante, adpulisse, atque illi totius regionis regnum armis vindicatum tradidisse. Atqui ex subito hoc Carum adventu in Ægyptum, discimus peregrinatores illos et maris indagatores fuisse. Nihil ergo mirum, si cum Libyphœnicibus in suscipiendo hoc Hannonis itinere commixti fuerint. Sed cauta dubitatio minime tollatur : nam barbara forsan vox est τὸ Καρικόν. Imo illud jam conjecerat *Campomanes*, quippe qui huic voci, ceu punicæ sensum *civitatis* vel *populi* inesse secum reputaret *(c)* : eamdem sententiam profert cl. Falconer *(d)*.

20. Γύττην] Gytta nomen habet a pecu, ut Cretæ urbs Πολύρρην, quam sic adpellari scribit Stephanus, ἀπὸ τοῦ πολλὰ ῥηνία, τοῦτ' ἔστι πρόβατα ἔχειν. Nempe Syris גת *geth* est pecus, cujus plurale גתין *gitthin*. Sed veteres sine aspiratione scripserunt. Inde Gath Philistæorum a Polybio, Josepho et Stephano *Gitta* dicitur, et a Plinio *Gettæ*. Ejus nominis fuit etiam Samariæ vicus e quo Simon apud Justinum, Epiphanium et Zonaram. *Bochart.*

21. Ἄκραν] *Acra* est חקרא *Hakra*, id est, arx, munitio; quam vocem, Græcis frustra repugnantibus, Syri sibi vindicant. Hinc in Jonathane קרוין חקרא *urbes Hakra*, id est, munitionis, sive munitæ, Deut. 3, 5, et in chaldæa paraphrasi lib. 2. Samuelis cap. 2, vers. 7, בחקרא דציון *Hakra de Sion*, arx Sionis ; et cap. 7, vers. 6, *habitavit David* בחקרא *in Hacra*, id est, in arce. Græci *Acran* dixerunt neglecta aspiratione. Sic 1 Machab. 1,35 : *Et ædificaverunt civitatem David muro magno et firmo, et turribus firmis, et facta est illis* εἰς Ἄκραν, *in Acran*. Tamen a civitate David Josephus Acran ita distinguit, ut in illa τὴν ἄνω πόλιν, in hac τὴν κάτω πόλιν sitam fuisse asserat. *Bochart.*

22. Μέλιτταν] Hujus Hecatæus meminit, teste Stephano. *Hudson.*

Melitta vel מליטא *Melita* proprie significat calicatam urbem, si verbo datur venia, id est, in qua condenda multum calcis sit adhibitum, vel in structuras, vel etiam in tectoria. Radix מלט *melet* reperitur Jerem. 43, 9, pro cæmento

(a) Lib. I, cap. 171. — Conf. Thuc. I, 8, init. Diodor. V, 84; Wesseling. et Suidam voc. Κρήσσιος.

(b) Lib. II, cap. 154.

(c) Camp. *Illustr. al peripl. de Hann.* pag. 51.

(d) In *the Voyage of Hanno translated*, &c. dissertat. 1, pag. 24, London, 1797.

ex arena et calce. Sed de hac voce vide partem poster. lib. 2 *Geogr. sacr.* c. 37, pag. 642.

23. Ἄραμβυν] Arambyn, quæ sola superest, a situ puto vocasse Phœnices הר־ענבין *har-anbin*, montem uvarum, vel הר־ענב *har-anbi*, montem racemiferum: *vites* enim *uberiores sunt in montibus*, ut scribit Servius in illud magni poëtæ:

> Bacchus amat colles.

Et vites fuisse in illis locis constat ex Periplo Scylacis, qui de vicinis Æthiopibus ita habet: οἶνον δὲ ποιοῦσι πολὺν ἀπὸ ἀμπέλων, *vinum autem ex vitibus multum faciunt.* Quibus consona hæc Plinii lib. 5, cap. 1: *Ibi fama existere certa vestigia habitati quondam soli, vinearum palmetorumque reliquias.* Sed Strabone nihil expressius, qui in Mauritania refert, ex aliorum fide, *nasci vitem tam crassi caudicis, ut eam duo homines vix amplectantur, racemos cubitales nonnunquam producentem. Bochart.*

24. Ἐπὶ μέγαν ποταμὸν Λίξον] De Lixo urbe et fluvio vide Scylacem *(a)*. *Hudson.*

Hic Lixus alius ab eo quem memorat Scylax, quem itidem palam est nomen habere a leonibus [ut patet ex Annot. ad Scylacis pag. 53]. Eum enim oriri scribit Hanno ex Æthiopum terra θηριώδει, id est, feris frequenti, vel leonibus etiam; nam θὴρ pro leone passim occurrit. Hesychius: θὴρ, θηρίον, ὁ λέων ἀπὸ τῆ θοῶς ὀρύειν: item, θηρὸς, λέοντος: item θηρὶ, λέοντι. Nempe Iliad. ό, vers. 586. Et in insula Cerne, quæ a Lixo non multum abest, inter cæteras merces etiam δέρματα λεόντων, *leonum pelles*, a vicinis Æthiopibus comparasse Phœnices Scylax in Periplo scribit. *Bochart.*

Le Lixus conserve son ancien nom dans celui de Lucos (b). Il descend des montagnes de Gumère, selon Léon l'Africain (c). Une illusion bien étrange dans la manière de combiner les divers points du voyage d'Hannon, a fait soutenir à Bougainville (d) que le Lixus étoit la rivière d'Or, ou le rio do Ouro *des Portugais, situé à plus de 350 lieues du détroit, sur une côte sablonneuse, tandis qu'Hannon peint les Lixites comme un peuple nombreux, riche en troupeaux; et que tous*

(a) Pag. 53, Huds.

(b) Hic fluvius *Larache* vel *Laraïsch* quoque adpellatur, ex urbe quadam ejusdem nominis, quam amnis adluit.

(c) Leo African. *Afric. descript.* lib. IX pag. 735.

(d) *Mémoires de l'Académie*, tom. XXVI, pag. 16.

les auteurs anciens (a) parlent du Lixus comme d'un fleuve de la Mauritanie, et voisin du détroit. Gossellin.

Imo in ipso freto Gaditano urbem et fluvium Lixum Scylax *(b)* posuit. Alterum amnem Lixum Polybius *(c)* Mauritaniæ adscribit, et illum a freto Gaditano 112 millia passuum abesse ait Agrippa *(d)*. At Plinius *(e) Lissam* urbem quamdam ibidem collocat, ubi Scylax urbem Lixum. Cujusdam vero *Lixi*, romanæ coloniæ, idem Plinius *(f)* meminit, quæ 57 millia passuum circiter a freto distabat.

25. Ἀλλοιομόρφους Τρωγλοδύτας.] Plinius his in locis collocat Ægipanas semiferos et Blemmyas et Satyros, &c. *(g)*. *Hudson.*

Hannon aura rencontré des troupes d'orangs-outangs, qu'il aura pris pour des hommes sauvages, parce que ces animaux marchent debout, que souvent ils ont un bâton à la main pour s'appuyer, attaquer ou se défendre, et qu'ils lancent des pierres lorsqu'ils sont poursuivis. Ils vivent en société, se font des cabanes, habitent avec les femmes qu'ils peuvent enlever. Les nègres les moins civilisés regardent encore les orangs-outangs comme une espèce d'hommes qui fuient le travail et l'esclavage. Ce sont les Satyres et les Égipans dont Pline dit que l'Atlas étoit peuplé. Gossellin. (h).

Sic Tzschuckius in Melam *(i)*, de Ægipanibus : *Linnæus Mangianos longis comis caudisque instructos hac forma excepit. Simiæ potius habendæ sunt, quarum aliquæ hominum externam speciem referunt.* Strabo enim ex Posidonio refert in occidentali parte Libyæ simiarum maximam esse multitudinem, πιθήκων τε πάμπολυ πλῆθος *(k)*. Falconer contra *(l)* vertit ἀλλοιομόρφους, *homines novi aspectus*, id est, *novum hominum genus ab aliis hucusque obviis diversum*, et illos ad amnem Senegal collocat. Cujus argumenta adeat lector.

26. Ταχυτέρους ἵππων] Cum istis Hannonis verbis, Solini locum contulerat Campomanes *(m)* huncce : ...... *Troglodytæ tanta pernicitate pollent, ut feras quas sagittant ipsi*

(a) Polyb. ap. Plin. lib. v, cap. 1. — Plin. lib. v, cap. 1. — Ptolem. *Geograph.* lib. iv, cap. 1, pag. 104.
(b) Pag. 53, Huds.
(c) Ap. Plin. lib. v, cap. 1, med.
(d) Ap. Plin. loc. supr. cit.
(e) Ibid.
(f) Ibid. ad capit. init.
(g) Vid. *Nat. Hist.* lib. v, cap. 8; lib. vi, cap. 30, sub finem.
(h) Recherch. sur la géograph. anc. tom. I, pag. 99.
(i) Ad lib. 1, cap. 8, §. 10, tom. V, pag. 242.
(k) Strab. lib. xvii, pag. 827, A.
(l) Dissert. I, in Hannon. pag. 26.
(m) Illustrac. al Peripl. de Hannon. pag. 69.

cursibus persequantur (a). Ingeniose hic conjicit Falconer *(b)* hoc quasi epithetum ταχυπέρους ἵππων, respicere ad equitandi exercitationem, quibusdam Afris usitatam. Meminit Agathemerus regionis cujusdam libycæ, quam *Æthiopicum Hippodromum* vocabant. Agathemeri hæc verba sunt *(c)* : Πρὸς μὲν τῷ Αἰθιοπικῷ καλουμένῳ Ἱπποδρόμῳ ἱπποφάγοι Αἰθίοπες, ὧν μεσημβρινώτεροι οἱ κοινῶς καλούμενοι Ἑσπέριοι. *Juxta adpellatum Æthiopicum Hippodromum sunt Æthiopes hippòphagi, quibus meridialiores, qui communiter vocantur Hesperii.* Confer etiam Marcianum Heracleotam *(d).*

27. Ἑρμηνέας] Inde conjicimus per totam Africæ oram juxta Mediterraneum mare usque ad Columnas Herculis, et ultra ad Lixum usque, unam esse linguam. Deinceps vero aliam quamdam linguam usurpari : et rursus aliam Æthiopibus illis, qui a Cerne navigantibus meridiem versus longissimo oræ tractu (duodecim fere dierum itinere) habitant : quorum linguam ne Lixitæ quidem interpretes intelligebant. *Gesner.*

28. Πρὸς μεσημβρίαν, δύο ἡμέρας] Quod desertum litus ex fluvio et urbe *Larache* vel *Laraïsch* usque ad amnem *Subu* vel *Sebou* extenditur. Huic litori nomen hodiernum est *El Garb.* Quam oram, duodevigenti leucarum spatio patentem, intra biduum præterire Hanno potuit, utpote rectam et asperitatibus carentem. Sed hic erit locus considerandi, non nisi incerta spatia unaquaque itineris die Hannonem amplecti, et usitata numerandi ratione tempus navigationum, nec vero litoris latitudinem referri. Bidui enim iter hic duorum fluminum intersectione clarius definitur. Atqui hoc litus intra biduum sequentibus, iter majus præteritur quam navigantibus eodem bidui intervallo, e Columnis Herculeis usque ad Thymiatherion, id est, hodiernam urbem *Tanger.* Scilicet in tabulis geographicis dimidium fere illud est tantummodo itineris spatium.

29. Πρὸς ἥλιον ἀνίσχοντα] Locus ubi fluvius *Sebou* in mare exit, permultas, ac præsertim meridiem versus, paludes nunc præbet *(e).* Ibi patentem sinum reperire Hanno debuit, quem, orientem versus navigando, intravit. Etiamnum sinus ille superest, quamvis parum in continentem recedat. Sed totius diei navigationem in hoc sinu penetrando

(a) Solin. *Polyhist.* cap. 70.

(b) *Dissert.* I in Hannon. pag. 26, 27.

(c) Agathem. lib. II, cap. 5, pag. 41, tom. II, Huds.

(d) Pag. 35, med., Huds.

(e) Vid. *Cartes du Voyage d'Ali-Bey.*

Carthaginienses consumere non potuerunt, nisi altius hæc litoris apertura tunc temporis recesserit, arenis nondum fluvio advectis; aut permulti flexus permultaque viæ impedimenta tunc exstiterint.

30. Κατῳκήσαμεν] Rursus lege *κατῳκίσαμεν*. *Gesner.*

31. Κέρνην] De Cerne plura leges apud Plinium, lib. VI, c. 31, et inter alia (quod maxime huc facit), *Nepotem Cornelium prodidisse, Cernen ex adverso maxime Carthaginis sitam esse, a continente passus mille, non ampliorem circuitu duobus millibus.* Alii certe aliam insulam Cernen nominant. Quæ in nostris geographicis tabulis pingitur Cerne, non Hannonis aut Cornelii Nepotis Cerne videtur : multo minus ea quæ contra sinum Persicum adversa Æthiopiæ ab aliquibus describitur ; sed Polybii Cerne, in extrema Mauritania contra montem Atlantem, a terra distans stadiis octo. In nostris tabulis Carthagini in ora adversa opponitur, quod vocant Caput Formosum : cui vicina est parva quædam insula. Sed hic locus Carthagini oppositus a Columnis, in nostris tabulis, bis tantum distat, quantum Columnæ a Carthagine : quamobrem non tam procul progressus videtur Hanno ; quod ex sequentibus etiam fluminibus conjicimus : etsi insula hæc prope recessum cujusdam sinus sit, ut de sua scribit Hanno. Mihi Cerne in nostris tabulis altius posita videtur, quam ut possit esse Hannonis Cerne, quæ a Lixo fluvio tridui navigatione distat. Quærendum an ea potius sit, quæ a nonnullis Erythia putatur, e regione Usadii promontorii. *Gesner.*

Quod a Lixo diximus parum abesse Cernen arguunt hæc Hannonis : *Interpretibus ab ipsis*, id est, a Lixitis, *acceptis, desertam oram ad meridiem biduo præternavigavimus, inde rursus ad solem orientem iter diei, ubi in intimo recessu cujusdam sinus parvam insulam invenimus*, κύκλον ἔχουσαν σταδίων πέντε, ἣν κατῳκήσαμεν Κέρνην ὀνομάσαντες, *ambitu stadiorum quinque, in quam coloniam deduximus, imposito Cernes nomine.* Addit hanc insulam κατ' εὐθὺ κεῖσθαι Καρχηδόνος, *ex adverso Carthaginis sitam esse,* quia tantum abest a freto Herculis quantum Carthago. Pro σταδίων πέντε in ambitu Cornelius Nepos legerat σταδίων δέκα πέντε, vel per literas numerales ιε', pro ε'. Is enim Hannonem exscribens, ut apparebit legenti locum apud Plinium, lib. VI, cap. 31, Cernes circuitum definit duobus millibus, id est, quindecim stadiis. Idem a continente abesse scribit mille passus, in extrema Mauritania contra montem

Atlantem. Quo fere loco describit Ptolemæus. Nec ab his multum diversi Scylax et Dionysius Periegetes. Quæ plus satis sufficiunt iis refellendis, qui Cernen ponunt ad orientem Africæ. Imprimis id absurdum quod *νησίδιον*, cujus ambitus vel quinque stadiorum est, vel ad summum quindecim, volunt esse Menuthiadem, id est, Madagascar vel S. Laurentii insulam, quæ locum habet inter maximas. Ceterum ratio nominis non est obscura. Cerne Phœnicibus erat חרנאה *Chernaa*, postremum habitationis, id est, ultima habitatio. Plene scriberetur אחרנאה *achernaa* ab arabico אחר *acher* vel *achir*, quod respondet hebræo אחרון *acharon*. Sed prima radicalis sæpe excidit. Unde est quod *ultimum* syre חרתא *charto* dicitur pro אחרתי *acharto*, et ex eadem radice *alius* חרנא et חורנא pro אחורנא. Nempe Phœnices ultra Cernen nullam deduxere coloniam, ut vel ex Hannone constat. Quin et nonnulli ultra Cernen non crediderunt mare posse navigari. Scylax: *Τῆς Κέρνης δὲ νήσου τὰ ἐπέκεινα οὐκ ἔτι ἐστὶ πλωτὰ διὰ βραχύτητα θαλάττης, καὶ πηλὸν, καὶ φῦκος. Quæ vero sunt ultra Cernen non sunt amplius navigabilia propter brevitatem maris, et cœnum, et algam.* Inde est quod *πυμάτην* ultimam appellant. Dionysius Periegetes: *πυμάτης παρὰ τέμπεα Κέρνης*. Rufus Festus: *Æthiopum populos alit ultima Cerne*. Eodem faciunt hæc Prisciani: *Libyes ubi finit littore Cerne Oceanum;* ac si ad illam insulam finis esset naturæ rerum, et nautarum meta ultima. Nempe hic solebat esse terminus navigationis Phœnicum meridiem versus, quamvis Hanno doceat se ulterius longe progressum. Ejus verba sic habent: *Inde in lacum pervenimus, διά τινος ποταμοῦ μεγάλου διαπλεύσαντες, Χρέτης* (legendum puto *ὄνομα Χρεμέτης*), *pernavigato magno quodam flumine Chremete nomine. Bochart.*

Veterum discrepantia de situ insulæ Cernes dignoscendo, nos docet idem illi accidisse ac locis permultis juxta terræ cognitæ terminos jacentibus. Scilicet montes Pyrenæos, flumen Eridanum, Rhiphæos montes, Hesperiam regionem, veteres pro diversis temporibus in diversis locis posuere. Hæc insula quoque Cerne, conditarum ab Hannone urbium meta fuit, quamvis ulterius illum progressum videamus: posthac enim de inauditis rerum miraculis sermo illius fere tantum agitur. Vim magnam conjecturæ nostræ afferre videtur etymologia hebraica Bocharti, qui voci *chernaa* sensum *ultimæ habitationis* tribuit. Illud nempe percrebuerat, ultimam circa hæc litora insulam

esse Cernen; et, si quis postea ad remotam Atlantici oceani insulam, aut citra, aut ultra hanc nostram, perveniret, illam prorsus Cernen esse censebat; parumque curabat utrum hæc sua Cerne cum Hannonis inclita altera congrueret, necne. Inde orta dubitatio apud multos de insula Cerne, an exstiterit; et hæc causa cur, Strabonem (I, p. 48, init.) ducem secutus, de illa Dodwellus *(a)* dixerit: *Cernen falsi convincunt tot illæ tantæque veterum de illius situ discordiæ.*

Quærenti mihi ubinam veteres Cernen suam posuerint, nullus eorum videtur eamdem ac Hannonis ipsius insulam intellexisse. Abeat Scylacis Cerne, quæ a freto Gaditano septem dierum itinere distat, dum Hanno trium dierum et dimidiæ intervallum exprimit; abeat Clitarchi, Ephori *(b)*, Lycophronis *(c)*, Nonnique *(d)* Cerne, quæ in oceanum Indicum transvehitur *(e)*; arcenda vel Polybii *(f)* insula ista, quæ *in extrema Mauritania contra montem Atlantem a terra stadia octo aberat*, et quam non in interiore sinus cujusdam parte reperias, quo orientem versus, *πρὸς ἥλιον ἀνίσχοντα ἡμέρας δρόμον* perveniunt. Cornelius Nepos *(g)* autem, tum Hannonem sequitur dicendo Cernen esse *ex adverso maxime Carthaginis (h)*, tum Polybium, adjiciendo hanc insulam distare *a continente passus mille*, quod intervallum octo stadiis Polybii respondere vir egregius *Gossellinus (i)* existimavit. Ceterum Plinius *(k)*, Dionysius *(l)*, Ptolemæus *(m)*, Priscianus *(n)*, Festus Avienus *(o)*, insulæ hujus meminere, sed de situ ipso siluere.

Ignoscat vir doctissimus *Gossellinus (p)*, si non illi assentiar, Cernen eamdem esse judicanti ac insulam nunc *Fedal* dictam, *distante à peine d'un quart de lieue du continent, et située à trente-cinq lieues au midi du Lixus, aujourd'hui Lucos ou Laraïsch.* At primum Hanno non potuit duas et triginta leucas intra biduum præterire; et illud præterea

(a) *Dissert.* ad Hannon. §. 9.

(b) Ap. Plin. lib. VI, cap. 31.

(c) Ad *Alexandr.* v. 16-18.

(d) Dionys. lib. XXXIII, v. 183.

(e) Non ita tamen illi aberrare a ceteris videbuntur, si consideraveris apud veterum permultos, Rubrum et Atlanticum mare quasi partes unius maris confundi. Vid. Strabonem, lib. I, pag. 32, sub fin. et adnot. *Gossellini* ad Strab. tom. I, pag. 257, *trad. franç.*

(f) Ap. Plin. lib. VI, cap. 31.

(g) Ap. Plin. loc. cit.

(h) Hanno ait infra, *Cernen κατ' εὐθὺ κεῖσθαι Καρχηδόνος.*

(i) Loc. cit. pag. 79.

(k) Lib. VI, cap. 31.

(l) V. 219.

(m) Lib. IV, cap. 6.

(n) V. 206, 207.

(o) *Descript. orb. terr.*, v. 328.

(p) Loc. cit. pag. 82.

considerandum, insulam Cernen *in intima sinus cujusdam parte latuisse*, ad quam totius diei ad orientem navigatione Hanno devenit. Quod ita esse non potuisset, si Pœnorum dux ad insulam *Fedal* adpulisset, quippe quæ a litoris recta linea occidentem versus recedat, nedum in anfractu terræ reperiatur.

Plurimorum discrepantias de hujus insulæ situ accipe, lector, ex eodem doctiss. *Gossellino (a) : D'après des données si positives, comment a-t-on pu se persuader que Cerné dût être une grande île, ou fort avancée dans le sud, ou fort éloignée des côtes africaines? Cependant, c'est ainsi qu'en ont jugé la plupart des modernes. Ortélius a cru reconnoître Cerné dans Porto-Santo ; Marmol, dans l'une des Açores ; Gesner et Campomanès, dans Madère.... ; Mercator, les Samsons et le P. Hardouin, dans Madagascar ; Ramusio, Mariana, Bougainville et Danville, dans l'île d'Arguin ; &c......Toutes ces opinions se réfutent d'elles-mêmes.*

Ego vero Hannonem censeo intra biduum ex amne Lixo ad amnem *Subu* vel *Sebou* devenire potuisse. Ibi sinus etiamnunc ad ostium fluvii deprehenditur, insulæ forsan olim capax, antequam arenis lutoque, fluvio allatis, adimpleretur. Hæc causa esse potest cur Cernen nunc deletam non reperiamus, et in hoc sinu, totius diei navigatio non jam amplius pateat.

Dionysii scholiastes *(b)* singularia hæc verba tradidit : Ἡ Κέρνη λίμνη ἐστὶ τῆς Αἰθιοπίας παρὰ τῷ Ὠκεανῷ, *Cerne lacus est Æthiopiæ juxta Oceanum.* Porro conjicere nobis licet, illum, bene de locorum statu recentiore edoctum, ibi lacum cognovisse, ubi insula fuerat; imo forsan, labentibus annis, in unum misceri potuerunt tum vicinus Hannoni ipsi memoratus infra lacus, in quo insulæ plures erant, tum novus lacus Cernes loco formatus. Ibi paludes, ut supra diximus, *Aly Bey* videtur in sua tabula depinxisse; ibi lacus hodie dictus *des Noirs (c)*.

Cernen igitur insulam, haud amplius superstitem, et sinum ubi illa fuit, juxta ostium fluminis *Subu* vel *Sebou* collocamus. Confer fin. not. 39.

32. Κατ' εὐθὺ κεῖσθαι Καρχηδόνος] Diodorus Siculus et Palæphatus Cercinnam insulam confundunt cum Cerne in Atlantico sita oceano. Error natus ex hoc periplo : hic enim insula

(a) Loc. cit. pag. 81. *(b)* Ad v. 219. *(c)* Conf. Gossell. loc. cit. p. 163.

collocatur κατ' εὐθὺ Χαρχηδόνος, quod illi sic interpretati sunt, tanquam si Cerne recta apposita esset Carthagini. Sed aliud patet ex ipso Hannone : dicit is tantumdem insulam hanc a freto distare, quantum fretum a Carthagine. Κατ' εὐθὺ Græci dicunt de locis in eodem sitis parallelo. Sed tum fœde hallucinatus fuisset Hanno, vicinaque admodum freto esset Cerne. Quapropter puto interpretem non recte ex punico hæc reddidisse. Utcumque enim Hanno non accurate eum quem existimavit cursum tenuerit; satis tamen ex ipsius verbis colligi potest, non adeo errasse, ut Æthiopes et Carthaginienses collocarit sub eodem parallelo. Ptolemæus medium ferire voluit, et ex adverso Atlantis majoris posuit Cernen. Verum hoc est geminare errorem, sic enim neque in eodem parallelo sitæ erunt Carthago et Cerne, neque eadem erit distantia a freto Herculeo. Vide loca Palæphati et Diodori Siculi, et fateberis nihil certius esse, quam nugas illas, quas de Gorgonibus sive Gorgidibus, item de Amazonibus Libyssis scribunt, et ex hoc uno Hannonis loco promanasse, et ex mera confusione nominum Cernes et Cercinnæ. Vide Vossium *ad Melam*, p. 208, 305, 306, 309. *Huds.*

Hannon dit qu'à Cerné il a évalué la route qu'il avoit faite depuis les Colonnes jusqu'à Cerné: il l'a trouvée égale à celle qu'il avoit faite de Carthage aux Colonnes. Mais la distance de Carthage aux Colonnes est d'environ 250 lieues ; celle des Colonnes à l'île Fédal n'est que de 62 lieues : or, s'il étoit question de mesures itinéraires, nous serions très-éloignés d'être d'accord avec le Périple. .... Établissons avec confiance qu'Hannon ne se sert jamais de mesures itinéraires pour estimer sa marche. L'usage d'évaluer en stades la course des vaisseaux ne s'est introduit qu'après lui. Les anciens navigateurs, les anciens auteurs des périples, se contentoient de marquer le nombre de jours qu'on employoit pour aller d'un lieu à un autre. La majeure partie du périple de Scylax ne donne encore les distances qu'en journées de navigation : et lorsque Hannon dit que Cerné lui a paru être aussi éloignée des Colonnes que les Colonnes l'étoient de Carthage, il n'a voulu dire autre chose, sinon qu'il avoit employé le même temps pour les deux trajets ; c'est pourquoi il ajoute que les deux navigations étoient égales.

Du temps de Scylax, on évaluoit à douze jours le trajet des Colonnes à Cerné, et à sept jours et sept nuits, ou quatorze

jours environ, celui de Carthage aux Colonnes : et comme la navigation pendant la nuit, lorsqu'on n'est pas éloigné de terre, est plus lente que pendant le jour, les deux traversées pouvoient paroître à-peu-près égales. Gossellin (a).

Illud cl. viri interpretationi additum velim, eamdem temporis mensuram in utroque periplo reperiri posse. Scylax enim dies noctesque navigationis ut paullo impares distinguit; at diei navigatione quatuor et viginti horas omnino, ni fallor, amplectitur Hanno *(b)*. Nam debuit sæpe Carthaginiensium dux ad litus adpellere, locos indagare, exploratores mittere; quæ moram ei adtulerunt. Unius igitur diei navigationem exprimente Hannone, illud intelligendum est de intervallo quod *toto die* transiisset, si continuo itinere viam perrexisset. Illud idem mihi supra effingebam in not. 17. Porro quum sex dies itineris dimidiamque Hanno se consumsisse dicat ex Columnis usque ad Cernen insulam, si totidem noctes in hoc dierum numero complecteris, tredecim tibi erunt dies, qui cum Scylacis supputatione satis congruunt. Cf. Ukertum loc. cit. p. 297.

Ceterum lenta admodum erat navigatio ultra Columnas, et multo minus expedita quam in punicis litoribus. Scylax enim, qui spatium e Carthaginis portu ad Columnas apprime noverat, quod ait esse septem dierum et noctium, duodecim dierum iter esse supputat *(c)* a Columnis ad Cernen *(d)* : quarum duodecim dierum, *quinque jam consumuntur ut Gaditani freti longitudo transeatur.* Sic Scylax ipse, dum numerum dierum fere eumdem tribuit de utraque navigatione, itineris veram longitudinem omnino imparem esse nos monet.

33. Ἐῴκει γὰρ ὁ πλῦς] Similis erat navigatio, pro æqualis. *Gesner.*

34. Διά τινος ποταμῦ μεγάλου διαπλεύσαντες] *Après avoir traversé l'embouchure d'un grand fleuve, nommé* Chretes. *Gossellin. (e).*

35. Χρέτης] Legendum puto ᾧ ὄνομα Χρεμέτης, quia *Chrete* amnis plane est ignotus. At de Chremete Africæ fluvio ad Oceanum, hæc Aristoteles *(f)* de maximis Libyæ fluviis agens : οἱ δὲ μέγιστοι τῶν διωνομασμένων, ὅ τε Χρεμέτης καλύμενος, ὃς εἰς τὴν ἔξω ῥεῖ θάλατταν, καὶ τῦ Νείλυ τὸ ῥεῦμα τὸ πρῶτον, *celebrium*

(a) Loc. cit. pag. 84, 87.

(b) Conf. not. Vossii ad Scylac. sub fin. *Acarnan.*

(c) Pag. 51, Huds.

(d) Pag. 53, Huds.

(e) Loc. cit. pag. 85.

(f) *Meteorolog.* lib. 1, cap. 13.

autem maximi sunt, et is quem vocant Chremetem, qui in mare exterius, id est in Atlanticum oceanum, *influit, et primum Nili fluentum.* Et eum sequutus Basilius *(a)*: ὁ καλούμενος Χρεμέτης καὶ πρός γε ἔτι ὁ Νεῖλος. Et Hesychius: Χρεμέτης, ὄνομα ποταμοῦ. Et Suidas: Χρεμέτης, ὄνομα ποταμοῦ. Et Nonnus *(b)*:

> Οἵ τε ῥόον Χρεμέταο, καὶ οἱ παρὰ Κίνυφος ὕδωρ.
>
> *Ad ripam Chremetis qui sunt et Cinyphis undam,*

et alibi *(c)*:

> Αὐτὴ δὲ Χρεμέταο μετήϊεν ἕσπερον ὕδωρ
> Ἥρη...
>
> *Hesperias Chremetis trajecit fluminis undas*
> *Juno...*

Fluvius Chremetes punice dicebatur נהר כרמאת *naar chemat*, id est, *fluvius vinearum;* nam Arabibus כרמאת *chermath* idem quod Hebræis כרמים *cheramim.* Confirmatur id ex Scylace *(d)*, qui eos ipsos Æthiopes qui prope Cernen degunt, nempe ad amnem quem diximus, vinum asserit e vineis plurimum conficere. Hujus verba sunt: οἶνον δὲ ποιοῦσι πολὺν ἀπὸ ἀμπέλων. *Bochart (e).*

Conjecturam Bocharti probat *Ludov. Kœnigsmann* in libro *de Geographia Aristotelis;* sed aliunde etymologiam vocis sumit. Sic ille: « *Græcum mihi videtur hoc nomen, eique fluvio ab antiquo χρέμειν (unde χρεμέθειν et χρεμετίζειν), sive a* strepitu *ac velut* screatu *inditum, quo aquas ille suas in mare ejectet (f).* Sic ulterius idem *(g)*: *Hoc flumen a nonnullis pro uno ex* Nili *brachiis habitum esse existimes. Sane Plinius diserte (Hist. nat.* V, 9*)*: Originem (ut Juba rex potuit exquirere) in monte inferioris Mauritaniæ, non procul Oceano habet (Nilus), lacu protinus stagnante, quem vocant Nilidem. Ibi pisces reperiuntur alabetæ..... crocodilus quoque. Inde ob argumentum hoc Nili ortus creditus. »

Distinguunt Chremetem et Nili ῥεῦμα istud, Aristoteles Basiliusque supra Bocharto laudati. Talia igitur vir melius conjecisset de ulteriore hoc fluvio, cujus proxime meminit noster, et quem μέγαν καὶ πλατὺν, γέμοντα κροκοδείλων exprimit.

(a) In *Hexaemeron.* homil. 3.
(b) Dionys. lib. XIII, v. 374.
(c) *Ibid.* lib. XXXI, v. 103.
(d) Pag. 53, Oxon.
(e) *Geograph. sacr.* lib. I, cap. XXXVIII, col. 643.
(f) Pag. 253, not. 385; Slesvici, 4.°
(g) *Ibid.* p. 154, not. 386,

Ceterum Plinii loco citato mire congruit Senecæ locus ille :.... *Euthymenes Massiliensis testimonium dicit : Navigavi, inquit, Atlanticum mare. Inde Nilus fluit major, quamdiu etesiæ tempus observant..... Ceterum dulcis maris sapor est, et similes niloticis belluæ (a).* Conf. Plin. lib. v, c. 8.

Hic fluvius *Chrete*, vel potius *Chremetes*, Cernem relinquentibus obvius, nunc *Subu* vel *Sebou* adpellatur. Hic a doctiss. Gossellino, qui ad fluvium nunc *Buragrag* vel *Sala* dictum, suum amnem Chretam transvehit, paullulum recedimus : quæ quidem discrepantia ex eo consequi debuit, quod insulam Cernen non ibidem ambo posuerimus. Sed mea magis ac magis sententia confirmabitur, si consideraveris fluvium *Sebou* silentio non prætermitti potuisse, quum hucusque insignes locos memorasse Hanno diligentissime videatur.

Voluit Campomanes *(b)* hunc amnem esse *el rio Niger*.

36. Εἰς τὸν μυχὸν τῆς λίμνης] *L'étang que parcourt Hannon est appelé maintenant* lac des Nègres *(c) : autrefois il communiquoit à la mer par son extrémité méridionale : c'est par-là qu'Hannon y est entré. Gossellin (d).*

37. Μεστὰ ἀνθρώπων] Prave legerat Gelenius in codice μετὰ ἀνθρώπων ἀγρίων, et conjecerat Gesnerus rescribendum esse omnino μεστὰ ἀνθρώπων. Vidit cl. vir *Bastius (e)*, nihil aliud esse felicem hanc Gesneri emendationem, quam veram codicis lectionem. Ceterum, ut ait ipse Bastius, reliqua accurate a Gelenio exscripta sunt.

38. Ἀπήραξαν ἡμᾶς] Verbum est rarum, ab ἀπαράσσειν, *cum impetu et fragore deturbare. Gesner.* (Conf. Herodot. VIII, 90, med.)

39. Εἰς ἕτερον ἤλθομεν ποταμόν] Hujus amnis nomen ab Hannone omissum, ex Polybio supplet Plinius : *Flumen*, inquit, *Bambotum crocodilis et hippopotamis refertum.* Et Solinus, Plinii simia : *Bambotum crocodilis et hippopotamis refertum.* Sed legendum *Bamothum*, nomine facto ex *Bamoth. Bamoth* seu בהמות *behemoth* esse hippopotamum, Job. 40, 10, iis argumentis probavi in libro de animalibus, quæ viros undecumque doctos traxerunt in assensum. Ergo fluvius Bamoth seu Behemoth est fluvius hippopotami. An intelligitur

(a) *Nat. Quæst.* lib. IV, cap. 2.

(b) *Illustr. al peripl. de Hannon.* pag. 76.

(c) *Lacus Nigrorum est in ultima Mauritania, inter Kars Abdel-Karimi et inter Sala, magnus lacus.* Abulfed. *Geograph.* in Busch. *Magaz.* tom. IV, pag. 155.

(d) Loc. cit. pag. 91.

(e) *Lettre critique de F. J. Bast à Boissonade*, pag. 32 ; Paris, 1805. Pag. 42, edit. lat. Lipsiæ, 1809.

Gambiæ fluvius, unus ex Nigri brachiis, in quo solo caballinum piscem, id est, hippopotamum reperiri scribit Aloysius Cadamustus, cap. 44. *Bochart.*

Multum mihi arrident Bocharti verba, quod adtinet ad etymologiam vocis *Bambotum* vel *Bamoth* : sed ii tantum ad Gambiæ flumen cum Bocharto et *Campomanes (a)* transvolant, qui peripli nostri contextum parvi faciunt. Satis sit, si hunc amnem in hodierno *Sala* quæramus. Aperte ex Hannone discimus hunc amnem nondum in mare, ut nunc, sed in lacum ipsum remotis temporibus delapsum fuisse. Dux enim carthaginiensis ad fluvii ostium devenit, antequam e lacu egrediatur, nec jam amplius meminit illius, quum Cernen iterum relinquit, et meridiem versus iter sequitur. Scilicet extra lacum tum Hanno navigabat. Omnino locorum aspectum fluvii ambo, labentibus annis, mutaverunt, dum litus allatis arenis, Nili instar, adaugerent. Hæc omnia Cernen insulam, ibi quondam exstantem a continente, nuper conjunctam illi fuisse clarius demonstrant.

40. Ἐπὶ μεσημβρίας] Superius πρὸς μεσημβρίαν dixit. Scite tamen multitudinis numero ponit. Sic Plato in Epinomide *(b)* δυσμάς et ἀνατολάς. *Gesner.*

Voluit Gesnerus ἐπὶ μεσημβρίας plurali numero hic usurpari. Sed genitivi singularis hæc forma est. Sic Homerus *(c)* : πίπτονται ἐπ' Ὠκεανοῖο ῥοάων. Ceterum hic satis friget Platonis citatus locus, quum in eo non agatur de itinere facto ἐπὶ δυσμάς vel ἀνατολάς, sed de astronomo, qui solis et stellarum δυσμάς τε καὶ ἀνατολάς contemplatur.

41. Δώδεκα ἡμέρας] In nostris tabulis non tantum spatii videtur his littoribus tribui. *Hudson.*

Atqui devenit hoc duodecim dierum itinere Hanno ad promontorium nunc dictum *de Geer*. Hic igitur dies navigationis novem circiter leucas complectitur. Modo totidem diei itinere subaudiuntur, ut in bidui itinere ex amne *Lucos*, usque ad fluvium *Sebou* peracto, quod 18 leucas complectitur; modo contra pauciores, ut in altero bidui itinere e Columnis ad Thymiaterion, id est, e *Ceuta* ad *Tanger* peracto, quod quindecim leucis respondet. Leucas circiter 103 ex amne *Sebou* ad promontorium *de Geer* reperimus; quas quum intra duodecim dies

(a) Pag. 81.
(b) Tom. II, pag. 990, A, ed. Steph.
(c) Il. III, v. 5. Conf. Matth. *Gramm.* p. 855, S. 584, a.

Hanno transgressus erit, paullo minus quam novem leucas dies unaquæque tulit. Si ita numeraveris, nihil tum ob celeritatem eundi nimiam, tum ob tarditatem, judicio repugnabit. Imo, præterito promontorio *de Geer*, in magnum sinum devenire est, qui memoratum ab Hannone χάσμα præbet.

42. Τελευταίᾳ ἡμέρᾳ] Id est, duodecimo. *Gesner.*

43. Ὄρεσι μεγάλοις δασέσιν] Atlantem majorem hunc esse conjicio, et arbores (de quibus loquitur) cedros, quarum materiam Romani expetebant mensis. Inter hunc montem et Hesperion ceras quinque dierum navigatio est. Nam et Plinius (a) sic : *Traditur et alia insula contra montem Atlantem, et ipsa Atlantis adpellata. Ab ea quinque dierum navigatione solitudines ad promontorium, quod vocavimus Hesperion ceras. Gesner.*

Les hautes montagnes couvertes de forêts qu'Hannon eut à doubler, sont celles du cap de Geer, formé par l'extrémité de la crête principale de l'Atlas, qui vient se terminer en une pointe aiguë, où la mer brise avec violence. Gossellin (b).

44. Ξύλα εὐώδη] Singularia arborum genera in Atlante crescere Plinius (c) prodidit his verbis: *Suetonius Paullinus, primus romanorum ducum transgressus quoque Atlantem aliquot millium spatio, prodidit de excelsitate quidem ejus, quæ ceteri :* IMAS RADICES DENSIS ALTISQUE REPLETAS SILVIS, *incognito genere arborum ; ..... frondes cupressis similes,* PRÆTERQUE GRAVITATEM ODORIS, *tenui eas obduci lanugine.* Quod genus arborum iterum laudat Plinius, quod tamen a cedro expresse distinguere videtur (d). Meminit quoque Solinus arborum in Atlante nascentium, *quarum odor gravis (e).* Quas censuit et Falconer (f) materiam fuisse mensarum apud Romanos exquisitarum (g). Sed mensarum illarum odorem gravem minime laudat Plinius.

45. Ἡμέρας δύο] Videtur breve admodum iter intra biduum perfici, dum caput *Geer* tantummodo hic ambiat Hanno. Sed in tabulis idem illud reperitur spatium esse, ac alterum supra Carthaginiensium classi eodem temporis intervallo peractum, e Columnis usque ad Thymiaterion.

46. Ἐν θαλάττης χάσματι ἀμετρήτῳ] Maris opinor hiatum

(a) Lib. vi, cap. 31.
(b) Loc. cit. pag. 93.
(c) Lib. v, cap. 1.
(d) Plin. lib. xiii, cap. 15, init.
(e) Solin. *Polyhist.* cap. 27.
(f) *Dissert.* I in Hannon. pag. 29.
(g) Conf. Strab. lib. xvii, pag. 826, C. — Plin. lib. xiii, cap. 15.

immensum vocat, spatium ipsum maris, superatis illi montibus, longe lateque vastum apparens. *Gesner.*

Minime vim vocis θαλάττης χάσματι Gesnerus intellexit. Hic de sinu agitur nunc dicto *de Sainte-Croix (a).* Scilicet non semel in geographorum lingua *maris* nomen usurpatur, ubi *continentis* vel *terræ* nomen rectius adesset; et vice versa. Hic, quum sinum *de Sainte-Croix* depingere voluerit Hanno, θαλάττης χάσμα ἀμέτρητον vidisse se ait, dum potius γῆς vel ἠπείρου χάσμα, id est continentis hiatum invenerit.

47. Ἧς ἐπὶ θάτερα πρὸς τῇ γῇ πεδίον ἦν] Hic locus mendum redolet. Sic vertit Gesner, priscus interpres : *ad cujus alteram partem continenti adjunctam, campus patebat;* sic Hispanus Campomanes : *A ambos lados de él por la parte de tierra hay una campiña;* sic Anglus Falconer : *On each side of which, towards the continent, was a plain;* sic gallice Gossellinus : *au fond duquel était une plaine;* sic Malte-Brun : *(dans un golfe) bordé de plaines;* sic Ukertus : *das Ufer war eine grosse Ebene.* Primum mihi notandum videtur, quod τὸ ἧς referendum sit ad τὸ θαλάττης, dum melius forsan relativum a χάσματι penderet. Deinde πρὸς τῇ γῇ pronus habuerim pro interpretatione prava cujusdam librarii, qui, ut ἐπὶ θάτερα explanaret, distincte exprimendum credidit, fuisse hunc campum in *terrestri* sinus latere, nec vero in opposita parte; quod friget. Ego autem τὰ πρὸς τῇ γῇ delere ansim. Ceterum interpretes, si Gesnerum excipias, aut θάτερα alii non intellexerunt, aut alii minime interpretati sunt. Quæ scilicet vox non significat *in utraque parte* sinus, quod scribunt Campomanes et Falconer; sed *in uno latere.* Porro sensus ille deficit apud gallicum interpretem utrumque. Atqui præbebat necessario hic sinus, in quem penetravit Hanno, duo litora, unum meridiem versus, alterum versus occidentem.

48. Πεδίον ἦν] *Au fond de ce golfe (de Sainte-Croix), les montagnes s'écartent plus qu'en aucun autre lieu de la côte pour donner passage à la rivière de Sus. Cette interruption des montagnes a plus de deux lieues et demie de largeur : c'est la plaine dont parle Hannon; et la rivière est le lieu où il s'approvisionna d'eau. Léon l'Africain (b), en parlant de Sainte-Croix, qu'il*

(a) *Vid.* Gossellinum, loco citato, pag. 93.

(b) Leo African. p. 137. *Garguessem.... agrum habet felicissimum atque uberrimum.*

connoît sous le nom de Garguessem, vante la fertilité de son territoire. Gossellin (a).

49. Κατ᾽ ἀποστάσεις] Ἀποστάσεις pro διαστήματα accipio. *Gesner.*

Ἡμέρας πέντε] Quinque illi dies nos deducunt ad amnem illum, ultra promontorium dictum *de Nun* meridiem versus, situm juxta lineam latitudinis octavam et vigesimam. Ille sexaginta vix leucis distat a sinu *de Sainte-Croix;* quod intervallum Hannoni intra dies quinque facili opera transnavigatum intelligimus. Impedimentis enim navium, et omni adparatu minus ille tardabatur, urbes non jam conditurus, et septem jam, a præteritis Columnis usque ad Cernen insulam, conditis urbibus.

Minime illud quod Κέρας, id est *cornu*, adpellavit Hanno, de promontorio intelligi posse crediderim, sed de fluminis cujusdam ostio, in mare per sinum patentem delabentis. Thucyd. I, 110, Nili os Mendesium vocat Μενδήσιον κέρας. Nonnus *(b)* de Jove Ammoniensi hæc scribit: Ἀλφειοῦ πελέκκητον ἔχων ἴνδαλμα κεραίης, *Alphei sinuosam habens imaginem cornu.* De quo loco vide Diodor. III, 67, apud quem hic locus confuse dicitur Ἑσπέρου κέρας. Sed videtur Diodor. hic usurpare κέρας cum sensu latiori *regionis*, ut Philostratus *Vit. Apollon.* VI, init. Apud Nonnum hæc vox allegorice dicitur, quia Jovis templum libycum in *Oasi* erectum fuerat, id est; *in insula terrea, ob fluminum irrigationes feraci, dum inter vastas arenas jacet.* Illud igitur cornu, Alphei fluvii imaginem præbens, quo Jovem ornatum veteres sibi effingebant, quodque in galeis, tum Alexandri magni, tum Lagidarum, ceu regni insignia reperimus, almam prorsus ex fluviis allatam fecunditatem clarius expressam refert *(c);* et pariter apud Hannonem, fluvium, nec vero promontorium esse, cum cl. *Hug (d)* et nuperrimo *Malte-Brun (e)*, credimus. Adde quod Apollonius *(f)* flumen quoddam κέρας adpellaverit, et ejus scholiastes adjecerit: Κέρατα γὰρ λέγουσι.... πάντας τοὺς ποταμούς... Imo Eustathius *(g)* hæc scribit: Τὰς γάρ τοι τῶν ποταμίων ῥείθρων καμπὰς, κέρατα ἐκάλουν οἱ παλαιοί. De quo cf. etiam Letronnium ad Strab. gallic. interpr. t. V, pag. 366.

51. Ἑσπέρου Κέρας] Hujus promontorii meminit Mela *(h)*,

(a) Loc. cit. p. 93.
(b) Dionys. lib. XIII, v. 372.
(c) Conf. *Etymol. M.* voc. Ἀλφειός.
(d) Progr. in Peripl. Hann. p. 30. sqq. Frib. 1808.
(e) *Précis de la géogr. univ.* t. I, pag. 75.
(f) Lib. IV, v. 282.
(g) Ad Dionys. v. 431, apud Hudson. tom. IV, 80, l. 33.
(h) Lib. III, cap. 9, sub fin.

ut et Plinius *(a)*. Est vero Ἑσπέρου Κέρας promontorium illud famosum, quod *Viride* appellatur. Valde ideo hallucinatur Salmasius, et qui eum sequitur Harduinus *(b)*, cum hoc negat, ac *Caput Palmarum* interpretatur : eo enim usque non progressus est Hanno. *Vossius (c)*.

Plinius, lib. 5, cap. 6, promontorii Hesperii meminit (id enim proprie κέρας significat); accipi tamen synecdochice potest pro toto sinu cujus pars erit; sicut infra etiam Austri cornu. Hunc sinum Rubrum puto a recentioribus vocari. *Gesner.*

Quæ sequuntur de navigatione ad Ἑσπέρου et Νότου Κέρατα, et montem igneum, quem vocat Θεῶν ὄχημα, et de crebris ignibus qui solum noctu micant, et insulis tibiarum cantu tympanorumque et cymbalorum sonitu strepentibus, fabulosa esse existimo. *Bochart.*

Hesperi Cornu, fluvium prorsus atque sinum indicare supra ostendimus. Imo si qui inter veteres promontorium illud esse adseruerunt, vocis κέρας significationem jam tum non intellexerunt; inter quos reponendi Plinius, Mela et Lycophronis scholiastes *(d)*, excepto tamen Ptolemæo, qui *Hesperii sinus* meminit. Ceterum cum Vossio de sensu vocis κέρας fallitur Mazochi in *tabb. Heracl.* pag. 27, not. 31, et Holstenius in not. ad Hann. p. 58 editionis cujusdam, quæ me hucusque latuerat, et cujus obiter est hic titulus : *Δικαιάρχου τοῦ Μεσσηνίου ἀναγραφὴ καὶ βίος Ἑλλάδος, Ἄννωνος περίπλους Λιβύης.... cum Lucæ Holstenii lucubrationibus*; ed. Gulielmo Manzi, Romæ 1819, *in-4.°*

Tantam plurimorum licentiam de situ hujus Hesperii Cornu in recentioribus tabulis dignoscendo, refellere parum curavi, quum in diversis Libyæ occidentalis litoribus digitum quisque ad arbitrium posuerit.

52. Λίμνη θαλασσώδης] Lacus salsus, aut magnus forte specie maris. *Gesner.*

Secunda conjectura forsan abstinendum erat; nam speciem maris aptius reddidisset vox θαλασσοειδής, vel τὸ πελαγίζον Herodoteum. Ceterum deest in Schneideri lexico vox θαλασσώδης, quam reposuit Londinensis Stephaniani Thesauri editor, col. 4176, D.

53. Πυρά τε πολλὰ καιόμενα] *Les feux que les Carthaginois virent briller de toutes parts, étoient, comme on en convient*

(a) Hist. nat. lib. VI, cap. 31.
(b) Ad Plin. lib. VI, pag. 745.
(c) Ad Melam, pag. 309.
(d) Ad Alexandr. v. 447 et 534.

généralement, des signaux que se faisoient les habitans pour s'avertir d'un objet extraordinaire qui frappoit leurs regards. La vue des vaisseaux qu'ils ne connoissoient point, l'arrivée d'hommes étrangers parcourant le pays à main armée, devoient leur inspirer la même terreur que nous portons chez les habitans paisibles de la mer du Sud. En 1462, Piedro de Cintra...... remarqua que le jour les nègres faisoient une fumée épaisse, et qu'ils allumoient des feux pendant la nuit, pour s'avertir mutuellement des dangers dont ils se croyoient menacés par l'approche des navires portugais. L'aspect de la flotte carthaginoise a dû produire autrefois la même frayeur sur les habitans de ces côtes. Gossellin (a).

54. Καὶ φωνὴν αὐλῶν] Similia omnino prodidere Plinius atque Mela. Sic prior *(b)* : *Incolarum neminem interdiu cerni, silere omnia;.... Atlantem noctibus micare crebris ignibus, Ægipanum Satyrorumque (c) lascivia impleri, tibiarum ac fistulæ cantu, tympanorumque et cymbalorum sonitu strepere.* Pomponii hæc verba sunt *(d)* :.... *Hinc opinio causæ fidem cepit, quod, cum in his* (campis) *nihil culti sit, nullæ habitantium sedes, nulla vestigia, solitudo in diem vasta, et silentium vastius, nocte crebri ignes micant,......crepant cymbala et tympana, audiunturque tibiæ; sonantes majus humanis.*

55.* Μεςοί] Quæ vox non usurpatur absolute hoc sensu. Τὸ μεςός genitivus fere ubique comitatur; reperias quoque μεςός absolute de ventre pleno *(e)*, aut de civitate *(f)*; sed minime μεςοί erit pro πολλοί. Malim legere μέγιςοι. Sic μεςοί in μέγιςοι emendandum habuit Vossius ad Scyl. p. 54, Huds.

56. Ἄβατος ἦν] Eadem de iisdem fere locis Seneca *(g)*: *Saxa velut igni fervescunt, non tantum medio, sed inclinato quoque die : ardens pulvis, nec humani vestigii patiens.*

57. Τέτταρας δ' ἡμέρας] Hanc quatridii navigationem ab Hesperi cornu ad *Theon ochema* Plinius *(h)* pariter exprimit : *A quo* (deorum curru) *navigatio quatridui ad promontorium, quod Hesperion Ceras vocatur.*

58. Ἠλίβατόν τι πῦρ] Ἠλίβατος poëtis *excelsum* significat, per syncopen pro ἠλιτόβατος, ἀπὸ τοῦ ἀλιτεῖν, ὅ ἐστιν ἀποτυχεῖν τῆς

(a) Loc. cit. pag. 95.
(b) *Hist. Nat.* lib. v, cap. 1.
(c) Conf. lib. vi, cap. 30, sub fin.
(d) *De Sit. orb.* lib. iii, cap. 9, §. 6.
(e) Aristoph. *Plut.* 695.
(f) Ibid. *Equit.* 811.
(g) *Natural. quæst.* lib. iv, cap. 2, med.
(h) Lib. vi, cap. 30, sub fin.

βάσιως. Minus probantur qui adspirant, tanquam vocabulo ab *ἥλιος* et *βαίνω* composito. *Gesner.*

59. *Ἁπτόμενον.... τῶν ἀστρων*] Iis adludit Plinius *(a)*: *e mediis hunc* (Atlantem) *harenis in cælum attolli prodiderunt.*

60. *Θεῶν ὄχημα*] Id est, *deorum vehiculum*, ab altitudine ita dictum. Hic mons pars ejus esse videtur, qui *Deuchis* appellatur in nostris tabulis, nomine etiam vicino quasi *Theuochis*: a quo non multum distat; qui *Jovis mons* dicitur. *Gesner.*

Minime fabulosa sunt, quæ hic tradit Hanno. Mons iste hodie appellatur *Sierra Liona*, adeo altus, ut a ducentis et amplius passuum millibus nonnunquam sit conspicuus. Latera ejus perpetuo virent odoratis omnis generis arboribus. Vertex æternis incingitur nebulis, quas ne ardentissimus quidem sol unquam dispellere ac vix perrumpere possit. Hinc fit ut continuis fulminibus ac tonitruis noctu præsertim percutiatur, quorum fragor a navigantibus ad quinquaginta etiam passuum millia exaudiri potest. Sonitum istum Lusitani assimilarunt leonum rugitui, ac ea propter monti nomen indidere *Sierra Liona*. *Vossius (b).*

Quant à l'extrême chaleur du sable, qui empêchoit qu'on ne pût y poser les pieds; à ce feu plus grand que tous les autres, qui sembloit s'élever jusqu'au ciel; à ces torrens enflammés qui se précipitoient dans la mer; on peut, sans crainte, les rejeter au rang des fables que les Grecs, suivant Pline (c), avoient ajoutées au récit d'Hannon.

Cependant, quoique nous ne connoissions aujourd'hui aucun volcan sur cette partie des côtes de l'Afrique (près du cap de Nun), *il est possible néanmoins qu'il y en ait eu autrefois. Gossellin (d).*

Nos quoque fatemur, nisi igneum montem ibi vere fuisse admittimus, hæc omnia mendacium redolere, sive Hanno navigatores externos ab eodem itinere suscipiendo arcere voluerit, sive recentibus Græculis hanc narrationem stupendis miraculis amplificare placuerit.

Ceterum de illo monte hæc Plinii verba sunt *(e)*: *A media ejus* (Atlantis) *parte imminens mari mons excelsus, æternis ardet ignibus, Theôn ochêma (f) dictus Græcis.* Hæc

(a) Lib. v, cap. 1.

(b) *Ad Melam*, lib. III, cap. 9, pag. 597. Gronov. Lugd. Batav.

(c) Lib. v, cap. 1.

(d) Loc. cit. pag. 96.

(e) Lib. VI, cap. 30, sub fin.

(f) Conf. lib. II, cap. 106, sub fin. et lib. v, cap. 1, in med.

vero Pomponii *(a)* : (ibi) *mons altus, ut Græci vocant, Θεῶν ὄχημα, perpetuis ignibus flagrat.*

61. Νότου κέρας] Conjecerim equidem cornu hoc Austri, cujus apud alios mentionem non invenio, esse quod hodie caput Formosum appellatur, Carthagini fere e directo oppositum. Hic enim angulus et sinus ingens est, Africæ in Austrum se protendentis. Hic etiam Gorgonum insulas a veteribus collocatas verisimile est, et errasse Plinium cum scribit, lib. 6, cap. 31 : *Contra hoc promontorium, quod Hesperion Ceras, Gorgades insulæ narrantur;* cum ad Notium prom. eas referat Hanno, quem Plinius hic loci citat. *Gesner.*

Alter amnis sinusque erit illud Νότου κέρας, sicut ac præteritum Ἑσπέρου κέρας, nec vero promontorium, ut Gesner et plurimi voluere. Illud satis docent sequentia verba, ἐν δὲ τῷ μυχῷ νῆσος ἦν. Conf. not. 49. Nunc autem, si dies navigationis ab Hesperi cornu, quod infra promontorium *Nun* posuimus, ad Noti Ceras ex Hannone numerabimus, septem erunt, qui 61 leucis circiter respondent. Atqui sexaginta leucas reipsa reperio a supradicto amne *Hesperi cornu*, ad alterum quoddam flumen in recentibus tabulis *(b)* supra caput Bojador, duobus et triginta circiter leucis septentrionem versus situm. Scilicet amnis ille libenter, meo judicio, totius itineris meta habebitur : difficultas enim locorum moram afferre debuit. Ceterum cavendum est ne hæc verba, ταχὺ οὖν κἀκεῖθεν φοβηθέντες ἀπεπλεύσαμεν, intelligas de totius postea itineris velocitate, sed tantum de pernicitate Carthaginiensium ardentes locos et γῆν ὑπὸ θέρμης ἄβατον fugientium.

Magis ac magis in ea sententia lector hærebit, Hannonem scilicet ultra caput Bojador navigare minime potuisse, si doctiss. Gossellini argumenta attenderit supra in præfatione nostra in Hann. laudata *(c)*.

His vim addet maximam, quod geographi veteres Africæ occidentalis litora non ultra caput *Bojador* depinxisse videantur. Si fides Scylaci, non ultra insulam Cernen navigabatur, quia ibi cœno et alga naves cohiberentur : οὐκ ἔτι ἐστὶ πλωτὰ διὰ βραχύτητα θαλάττης, καὶ πηλὸν, καὶ φῦκος *(d)*. Fere silet Strabo de his litoribus. Polybium autem sequitur Pomponius, Pliniusque ipse, quum de Hannone prodita rideat :

(a) Lib. III, cap. 9, §. 5.

(b) Vid. *Carte de l'océan Atlantique, dressée à Paris, au dépôt de la marine, en 1786.*

(c) §. XIX, pag. 103.

(d) Pag. 53, Huds.

Minus profecto mirentur portentosa Græciæ mendacia de iis (a) et amne Lixo prodita, qui cogitent nostros nuper paullo minus monstrifica quædam de iis tradidisse (b). Ptolemæus tandem, qui Polybium ducem præcipue secutus est, cl. Gossellini *(c)* judicio, minime ultra Atlantem cautum lectorem abripiet, quamvis ulterius describendo progredi videatur. Nam confuse repetita locorum nomina apud illum posthac reperias *(d)*.

Postquam autem caput *Bojador* pro meta acceperim, quam ne tetigerit quidem Hanno, licet mihi illud Νότυ κέρας et Gorillarum insulam paullo ulterius, meridiem versus, ponere, quam doctiss. Gossellino placuit. Scilicet vir egregius Hannonem juxta amnem *Nun* ire desinentem sibi effinxit *(e)*; sed dierum itineris ratio non satis expresse datur. Nullus dubito quin usque ad amnem nostrum, capiti *Bojador* vicinum, Hannonis iter vir cl. produxisset, si vocem κέρας de fluvio intellexisset. Sed minime adsentior erudito viro *Malte-Brun (f)*, qui, ne Hannonis cursum nimis coerceret, usque ad sinum *dos Medaios*, vel *de Gonzalo de Sintra*, ultra caput Bojador, pervenisse Carthaginiensium ducem statuit. Ceterum abeant procul, tum insula *Palmifera* Vossii *(g)*, tum sinus dictus *de Guinée*, ad quem adpulisse Hannonem cl. Bougainvillius *(h)* ex ipsa hac narratione nimis audacter contendit; tum Bocharti *(i) Senegambia*; abeant quoque inconsideratæ aliorum conjecturæ, quas nulla fulciunt argumenta.

62. Ἐν δὲ τῷ μυχῷ] Hujus μυχῦ Pomponius *(k)* confuse meminit: *Super eos* (populos), *grandis litoris flexus grandem insulam includit, in qua tantum feminas esse narrant, toto corpore hirsutas &c....* Plinius contra non sinus, sed promontorii cujusdam meminit, cui proximam Gorgadum insulam collocat, quam credit Gorillarum insulæ respondere. Cujus hæc verba sunt *(l)*: *Contra hoc promontorium* (Hesperion Ceras) *Gorgades insulæ narrantur,....bidui navigatione distantes a continente, ut tradit Xenophon Lampsacenus.* Unum et idem esse liquet, *grandem insulam* Pomponii et

(a) Scilicet de regia Antæi, de certamine cum Hercule, et Hesperidum horto.

(b) Plin. lib. v, cap. 1.

(c) *Géogr. syst.* t. I, pag. 127.

(d) Gossell. loc. supr. cit. pag. 100.

(e) Loc. cit. pag. 99.

(f) *Précis de la géogr. univ.* t. I, pag. 75.

(g) Voss. *ad Melam*, lib. III, c. 9, p. 597 Gronov. Lugd. Batav.

(h) *Mém. de l'Acad.* t. XXVI, pag. 20.

(i) *Geogr. sacr. Canaan.* lib. I, cap. 37, col. 643, lin. 52.

(k) Lib. III, cap. 9, §. 5.

(l) Lib. VI, cap. 31.

Gorgadas insulas Plinii, quum adjiciat scriptor uterque huc Hannonem penetravisse et occisarum mulierum coria inde abstulisse. Sed aliquid discrepant inter se Pomponius Pliniusque, et prior redundare videtur. Gorgadum insularum tantum meminit Plinius; Pomponius vero grandis insulæ cujusdam in sinu latentis, et paullo infra insularum Gorgadum quæ pariter ac Plinii insulæ, Hesperi cornu proximæ adjacent. Hæc tamen Pomponii insula duplex, et Hannonis Gorillarum insulæ, et Plinii Gorgonum domo prorsus respondet. Ego censuerim Melam, Plinium simul secutum fuisse, qui *Gorgonas,* græcis fabulis celebratas, cum Gorillis Hannonis male confuderat *(a)*, earumque insulæ sedem ad arbitrium dederat; atque simul alterum rumorem de hujus insulæ situ, nescio unde collegisse, peripli nostri verbis (ἐν τῷ μυχῷ) consentaneum, et Plinio deficientem.

63. Νῆσος ἦν] Hæc quidem insula terminus fuit navigationum Hannonis. Ex descriptione vero ejus manifeste apparet eamdem esse, atque sit illa, quæ hodie *Palmifera,* ab aliis vero *S. Annæ* insula appellatur. *Vossius (b).* Cf. not. 59.

64. Πολὺ δὲ πλείους ἦσαν γυναῖκες] Non recte Hannoni adfingit Mela *(c)*, insulam hanc habitari a feminis solis: cum utriusque sexus homines in ea insula fuisse scribat, quamvis multo plures feminas. *Hudson.*

Plinius etiam feminas tantum in hac insula fuisse prodidit. De utriusque discrepantia cum Hannone, vide præf. nostr. in Hann. §. XI, sub fin.

65. Δασεῖαι τοῖς σώμασι] Dari integros populos toto corpore hirtos, satis ostendunt cum alia loca, tum præcipue terræ illæ supra Japoniam sitæ. *Vossius.*

Conf. supr. not. 25.

66. Γορίλλας] Forsan Γοργάδες ab interpretibus dixitis vocabantur. *Hudson.*

Minime: conf. supra præf. nostr. in Hann. §. IV.

67. Κρημνοβάται ὄντες] Eosdem ἠλιβάτας dixeris. *Gesner.*

68. Καὶ τοῖς μετρίοις] Repono πέτροις, sicut et supra legitur. *Gesner,*

69. Γυναῖκας δὲ τρεῖς] Duarum tantum meminit Plinius *(d)*, his verbis: *Penetravit in eas* (insulas) *Hanno Pœnorum*

(a) Vide *Præf. nostr.* in Hann. §. IV.
(b) *Ad Melam,* pag. 305.
(c) Lib. III, cap. 9, §. 5, Tschuck.
(d) Lib. VI, cap. 31.

imperator, prodiditque hirta feminarum corpora, viros pernicitate evasisse, duarumque Gorgonum cutes, argumenti et miraculi gratia in Junonis templo posuit, spectatas usque ad Carthaginem captam. Quæ ultima verba Plinium liquet ex Polybii scriptis collegisse, quum Polybius Scipionis amicus et comes, imo et Carthaginis excidii testis fuerit. Eadem fere ex Plinio Solinus repetit *(a)*. Ceterum jam notavimus has Gorgonum cutes non in eodem templo dedicatas fuisse, quo narratio ipsa peripli. Conf. supr. not. 4.

(a) Polyhist. cap. 56.

ADDENDA ad Catalogum Hannonis editionum supr. p. 108.

Reperitur et *Hannonis Periplus*, in tom. I, p. 261-267, recentioris Geographorum minorum Vindobonensis editionis, ex Hudsoniana editione brevius compositæ, cum hoc titulo: Συλλογῆς τῶν ἐν ἐπιτομῇ τοῖς πάλαι γεωγραφηθέντων τύποις ἐκδοθέντων, φιλοτίμῳ δαπάνῃ τῶν ἐξ Ἰωαννίνων φιλογενεστάτων ἀδελφῶν ΣΩΣΙΜΑΔΩΝ, χάριν τῶν τῆς Ἑλληνικῆς παιδείας ἐφιεμένων Ἑλλήνων. Ἐν Βιέννῃ τῆς Αὐστρίας, ἐκ τῆς Σχραιμβλίκης τυπογραφίας, 1807.

ΣΚΥΛΑΚΟΣ

ΤΟΥ ΚΑΡΥΑΝΔΕΟΣ

ΠΕΡΙΠΛΟΥΣ.

SCYLACIS

CARYANDENSIS

PERIPLUS

MARIS MEDITERRANEI.

ISAACI VOSSII

DE SCYLACE PRÆFATIO.

Duos tibi do scriptores, benevole lector, Scylacem Caryandenum, geographum antiquissimum; et Anonymi fragmentum de Ponto Euxino. Quorum ille jam multos ante annos editus est a Davide Hœschelio, una cum Geographicis Marciani Heracleotæ, et aliorum: alter vero nunc demum prodit. Ille quidem vetustissimus, hic satis recens. Uterque tamen laude dignus; ille, quod e primis apud Græcos geographiam ediderit; iste, quia quæ apud alios dispersa erant, in unum redegerit. Ætas autem Scylacis incerta esse non potest: multis ea apparet argumentis. Ne decipiat Herodotus Melpomene; qui docet, Scylacem quendam Caryandensem fuisse missum a Dario, Hystaspis filio, ad explorandam Asiam. Quippe is alter Scylax ab hoc, et multo antiquior. Meminit enim noster σκελῶν μακρῶν τῶν Πειραιέος, quod tamen Themistoclis opus (1). Meminit et Amphipoleos, quam condidit Brasidas, cum ante Ἐννέα ὁδοί diceretur (2). Quorum ætatem nemo nescit. Cleostrati quoque astrologi Tenedii, et Callistrati, rhetoris atheniensis, mentionem facit; quos diu post illum Hystaspidem floruisse, certissimum. Atqui Ælius Dionysius, ἐν τῷ περὶ Ἀλεξανδρείας πρώτῳ, inquit, ὅτι Δαρείῳ προσπεφώνηκε Σκύλαξ τὸ φρόντισμα. Omnino is est Darius Nothus. Quo regnante, Callistratus exul in Thracia Datum urbem condidit. Et certe ex hac ejus epitome colligi potest, ut jam vidit vetus auctor vitæ ejus, τὸ μήτε Ἀλέξανδρον εἰδέναι τῶν Μακεδόνων βασιλέα, μήτε τὸν ὀλίγον ἔμπροσθεν ἐκείνου τοῦ χρόνου. Turbat tamen hic Suidas, qui Polybio coætaneum facit hunc nostrum Scylacem. Inquit enim Scylacem Caryandensem περίπλουν τῶν ἐκτὸς τῶν Ἡρακλέους στηλῶν, res præterea gestas ab Heraclide, Mylassorum rege, et librum contra historiam Polybii, scripsisse. Sed confundit duos Scylaces. Tres enim fuere Scylaces Caryandenses. Antiquissimus est, qui sub

(1) Conf. Præf. nostr. in Scyl. §. XXVII.
(2) Conf. l. c. §. XXVIII.

Dario, Hystaspis filio, floruit; alter, Darii Nothi; tertius vero, ætate Polybii (1). Post Hannonem tamen Carthaginiensem vixisse, cum urbium, quas ille extra Columnas Herculeas condidit, meminerit, satis liquet. Sed Hannonem hunc esse antiquissimum, imo vetustiorem Herodoto, alibi videbimus. Hunc autem Periplum Scylacis, esse ἐπιτομὴν et compendium majoris operis, nullus dubito. Multa enim hic leguntur, quæ plane sunt contra sententiam Scylacis, in quibus epitomator erraverit. Hoc inde patet, quod, cum Scylax, teste Strabone, initium Troadis fecerit Lampsacum, hic a Dardano eam ordiatur (2). Sine dubio et multa ejusmodi errata commisit. Diu tamen videtur periisse opus illud Scylacis, cum Apollonii scholiastes epitome tantum usus fuerit. Unde vix crediderim, ejus ætate ipsummet exstitisse Scylacem. Inter mendacissimos geographorum apud veteres etiam audit Scylax, quod fabulosa multa, de monstrosis hominum formis, retulerit. Sed hoc omnibus fuit geographis, et historicis, usitatum et solemne, ut, ubi ad communes orbis habitati, et suæ cognitionis devenissent terminos, quo ignorantiam suam hac in parte excusarent, aut plus aliis viderentur sapere, maria alga et cœno, aut frigore concreta, terras horridis invias montibus, aut æstu exustas, mentirentur. Sufficiant hæc pauca de Scylace Caryandeno.....

(1) Conf. not. 1, in Scylac.

(2) Conf. infr. Gronov. dedic. pag. 158, sub fin. et pag. 159; et Præfat. nostr. in Scylac. §. I.

JAC. GRONOVII

HENRICO DE BLEYSWYCK DEDICATIO.

QUUM præterito anno LXXIII spatium maris inter Barcinonem ac Massiliam sic transmitterem, ut semper litora in conspectu haberem, et statis horis succederem terræ, potui et didici concipere felicitatem veteris Græciæ. Illa ubi primum intellexit nobilem istam et liberam mentem non posse terminis ullis coerceri, hoc beatitudinis genere se succinxerat, ut et in terra ambulare et in mari navigare pro lubitu posset. Sed eadem in proximas semper oras quoque dimittendis coloniis, et Majoris Græciæ nomine ad alterum latus collocato, et versus septentrionem Bosporis ita occupatis, ut quicquid ibi agerent ac loquerentur homines, græcum esset, hoc sibi confecerat, ut extra sese contemplari nitoris sui elegantiam posset. Ad cujus spectaculi dulcedinem quis non Atheniensium aliquando evolavit remis velisque! Sed procedente potentia paulatim ad prospectum mediterranei maris illecta eadem natio, omnes sinus ac promontoria ejus insedit et cinxit: et licet æmulatio inter quasdam regiones ac potentiæ certamen incenderet frequentia bella de obtinendo maris imperio, utique tamen conspiratio omnes una et eadem tenuit, ut ne voluptas publica circumnavigandi ejus turbaretur. Nec id tantum deliciarum causa, quum et ista navigiorum gestatio lenis esset, ideoque mallent plurimi navigatione uti, quam itinere terrestri. Cupiditas discendi et percipiendi *qualis et hæc docti sit positura Dei*, adegit meliorem hominum partem, ut et ipsi committentes vitam suam ligneis muris jucundum hoc inventum ambulandi per aquas experirentur. Sed et postquam tentaverant, cupiverunt ad suos exponere vel ipsa intervallorum spatia vel rerum per eos cursus occurrentium proprietates, si quæ erant vel in fluxu maris, vel in natura litoris, vel in elegantia accolarum, prout quique studiose litora sua

luminibus urbium aut privatorum ædificiorum distinguere properabant. Placuit recensere promontoria trium continentium in id incurrentia, circumflexa hic molliter, ibi periculosius immissa, vel sinus modo pronos, modo leni anfractu incurvos. Sed præsertim ut ipsi circumferentes Græciam, ejus ornamenta paulatim ubique figerent, ac ΠΟΛΕΙΣ ΕΛΛΗΝΙΔΑΣ non in Europa tantum, sed Asia quoque et Africa audirent. Quid multa! imo ut geographiam potissimum discerent ex mari, tanquam proverbiali et veridica locutione jactantes τὴν θάλασσαν γεωγραφεῖν τὰ πλεῖστα.

Hinc tot libellos singulari periplων appellatione insignes quondam inter curiosa studiorum instrumenta exposuit supellex græca, quorum nihil ad nos nisi sola ipsa vox et auctorum nomina et tenuia fragmenta pervenit. Menippos velis an Leones vel Apollonidas vel Nymphodoros et multos alios numerare. Neque enim vel unus vel pauci fuerunt, quum et ipsum tempus varia proderet, nec attentio universorum ad eandem rem se adverteret. Verum evanuerunt omnes, et non quasi in Seriphias exilii angustias et pressum turba æstuarium missi latitarent, sed scopulo impacti submersique fuissent, ita obscurum illum æternæ perniciei fundum petiverunt. Quæ speciminis instar nos solantur, exiguæ sunt partes, in quas inspexit quondam Arrianus, eæque vel in extremis ad boream recessibus vel prorsus extra mediterraneum mare. Hujus circuitus quum in terris fuerit velut via quædam lactea, et innumeris immensisque olim effulserit sideribus, id vero est, quod ego jucundissime circare, et simul peragrare, soleo. Ad quam rem quum nullus adspiret mihi adeo amœnam auram, nullus inter rupes et promontoria et vada tam molliter me deducat quam Scylax, potes opinor colligere, vir amplissime, illum in deliciis mihi præcipue fuisse. Illo gubernatore lætus aliquoties conscendi, et quamvis non ἑβδομήκοντα πλόας ὑπὲρ τὴν Μαλέαν, ut ille Flavius Zeuxis, fecerim, at certe et Cyaneas et Syrtes et Chelidoniarum strepitus aliquoties cum timore licet accessi. Cujus navigationis meæ quum exstare documentum optarem, divinitus accidit, ut et raritas exemplarium, et typographi desiderium, et postremi editoris vana tandem post longissimam dilationem frustratio, etiam ratio loci mei huc rem compulerint, ut confieret. Sic nosti sæpe evenire, ut ipsum tempus agat rem.

Verum ut decentius in hoc negotio versarer, in circumspiciendo sollicitus fui, cui et rerum ipsarum et hujus temporis et hominum, ad quos pertinebat ea causa, perito tanquam venerando censori, rationem istius vitæ meæ, quam occupavit hæc cura, redderem. Tu autem, vir summe et eruditissime, primus et ultimus, hoc est unicus, mihi semper obvenisti, cui se cogitatio et propensio mea agglutinaret. Nam quum honores in patria gesti jam per sæcula sicut titulorum multitudinem nomini stemmatique tuo suppeditantes perinde ut ab eodem exornati, te quoque conspicuum et reverendum ex alto præbeant; tum Musarum contubernio, quod perpetuo dilexisti, in oculos et linguam eorum omnium, qui easdem amant, delatus singulari quodam splendore emines; et dum in sermones de studiis venire non detrectas, calidos et acres ingentis cujusdam sublimitatis et notitiæ radios in colloquentium pectora inserens, dimittis eos quadam superfundente se vel lætitia vel admiratione defixos. In quibus quum et ipse censear, et multos, quos familiarissimos habeo, numerare possim; accedit ea ratio, quod unus superstes (et utinam diu!) maneas, qui vel novissima editione occupatum Vossium, vel deinceps et noveris, et ex animo quod res est pronunciare queas. Quod unum precor, ut abs te liceat mihi contendere.

In eo namque difficilis mihi hæc causa est, quod quum anno XXXIX hic Scylax ederetur, quo honori Salmasiano lenocinium fieret, et Scylacis hæc opera ad ætatem satis decoram eveheretur, postea anno LVIII editæ sint notæ ad Melam, quæ per omnium novem Musarum horrores memoriam Salmasianam cum multiplici doctrinæ offensa damnarent, et præsertim cum objurgatione Græcorum posteriorum hunc periplum cujusvis potius esse persuadere velint quam Scylacis. Quorum prius unaquæque pagina effectu probare conatur, nec ad nos pertinet : posterius in promissione secundarum curarum hæsit hucusque, ut multa alia, quibus æquales suos eximie delusit. Hinc quo non depressum fuisset hoc opus, si intra quadraginta annos, quibus deinde supervixit, secundas ejus curas nancisci potuisset! Certe hæc diu oportuit cocta fuisse in Vossiana domo, adeo ut etiam persuaserit patri, qui in historicis propterea græcis huc venire sustinuit, ut, opinor, ex ingestu filii scriberet aliquem ante sæcula non ita multa fecisse hoc compendium, quod ipse perinde ac filius Isaacus

tantundem intelligerent, fortasse temporibus demum Cæsaris Constantini Porphyrogennetæ, quo regia auctoritate ex præstantissimis scriptoribus laudabilia excerpi solent. Quæ omnia et singula ego considerans, pravas de Græcis suspiciones facile illius viri consuetudini donare potui, et ad varia attendens multis partibus malui gratulari invento et edito per Davidem Hœschelium Scylaci, quam temere insultare illis, quos non noveram peccavisse. Jamprimum quum nudam in eo ac desertam contemplarer Hispaniam, Carthaginiensium imperia nulla ibi agnita, solummodo in quibusdam litoris partibus nonnulla eorum emporia, nequivi imaginari id adeo simpliciter narratum celare fraudem, si nihil aliud, quia res tanti non erat; atque unde colligere malui ætatem hujus scripti excedere ultra Carthaginiensium in Hispaniam expeditiones, ac præsertim Barcæ Hamilcaris tempora, quæ constat post bellum punicum primum fuisse. Rursus quod Brundisini oppidi gloriam ex continuo trajectu in Epirum ne tangat quidem, nullam in eo calliditatem supponere potui, atque adeo collegi ante Romanorum potentiam ad eos tractus extensam conscriptum. Porro quod Lysimachia nulla illi nota, etiam Antiochia Syriæ, etiam Thessalonica, contra Olynthus nondum eversa, etiam Thebæ adhuc τεῖχος tantum (1); nullam potui in eis odorari astutiam, et hinc non modo ante vel successores, vel Alexandrum ipsum, sed etiam ante Philippum (præsertim ne Pella quidem gloriose nominata), etiam ante Epaminondam florentem et Thebas erigentem, suspicari scripta. Quid quum nondum ex Adria circa Padum ejectos scribat Tyrrhenos, unde postremos ab Senonibus expulsos testatur Polybius : an id fraudulente etiam ab Græculi posterioris ingenio interpretabimur? Hinc crescente vigenteque Lacedæmoniorum potestate evincitur hic libellus compositus ab Scylace, seu vero, seu assumpto illustri nomine, ut non in omnibus ei convenire cum fragmentis, quæ ex veteri Scylace citantur, vix sit causa, quam mirari admodum sit necesse; et utique initium Troadis post Abydum statuitur in hoc scripto, prout ex Scylace Caryandensi notavit Strabo. Invitus enim adspexi Vossium patrem scribentem (cumque eidem Straboni lib. XIII Scylax dicitur initium capere Troados ab Abydo. In quo

(1) Errorem hic Gronovii, pravamque loci interpunctionem delevimus. Conf. Præfat. nostr. in Scylac. §. XI.

abitur ab Scylace, quem habemus. Nam hic incipit eam a Dardano) ubi se miris modis innectit. Quid enim clarius dici potest, quam habet noster Scylax! Præmittit ille Ἄβυδος, καὶ τὸ στόμα κατὰ Σηστὸν τῆς Προποντίδος τοῦτό ἐστι: hinc pergit ἐντεῦθεν δὲ Τρωὰς ἄρχεται. An ἐντεῦθεν non est ἀπὸ τῆς Ἀβύδου καὶ τοῦ στόματος! an quia Dardanum primam Troadis vocat, ideo ab ea illam incipit! Decidant loquutionem priscam scholia Apollonii Rhod. lib. I, 1115; ἤδε Τρωὰς ἀπὸ Μυσίας ἀρχομένη τῆς μεγάλης. Itaque incipit regio non ab loco, quem primum suum numerat, sed quem extremum et maxime vicinum agnoscit in alieno, ut facit noster quoque Scylax. Utique Cius fluvius etiam in eodem agnoscitur, prout Is. Vossius ad hanc rem produxit scholiasten Apollonii Rhodii ad librum primum, inter testimonia, et rursus in notis. Sane etiam ab ista novitate tuentur eum Ἐκεχειριεῖς ad Pontum Euxinum, indubitata vetustatis nota; de quo genere est, quod Chalcedona nominat, non Byzantium. Hunc igitur scriptorem ab doctissimo Hœschelio editum quum studiosissime et legisset maximus Salmasius et in scriptis adsidue produceret ad aliquid in eo docendum ac molliendum, et hinc sine dubio in familiari sermone frequentissime ostentavisset alacri juveni, Vossius adgressus est ita, ut judicaret fœdam paginam esse, quæ non illo laudatissimo nomine effulgeret. Unde quum multa feliciter ageret, non potuit tamen tanta esse faustitas, ut aut omnibus occurreret, aut in omnibus, quæ tangeret, bene provenirent cogitata. Hinc certatim illius libri usu succinxerunt operas suas tum quicunque χαρίεντες, tum præsertim Cluverius passim quoque adductus ab Vossio, tum postea Holstenius, Bochartus, Palmerius Grentemesnilius. In quibus hic adeo amavit Scylacem, ut quæ in illo notaverat, non judicaverit satis esse, si semel in exercitationibus legerentur. Repetivit igitur quæ potuit in volumine de Græcia antiqua; imo et juvit eum corrigere, quæ jam correxerat Vossius non modo filius, sed et quod in Suida observaverat pater Gerardus in historicis græcis, debuit quoque conspici pag. 11. Ita scilicet oportebat fieri. Bochartus religiose observat, ne quem locum advocandi Scylacis prætermittat, et ubi res flagitat, manum quoque instaurantem admovere non cunctatur. Holstenium quantopere oblectaverit, nuper contigit videre, quum postuma ejus hic vel Romæ ederentur; qui vel sola Cestride regione in Illyriis restituta æquiparat omnium ingenia.

Post hos et tales viros an accedere debuerim, tuum, vir amplissime, judicium facio. Equidem dederam in Stephano et Pomponio specimina, et tum Japida Megaridis Atticæque terminum reposueram, tum in Adrumeto et sinu Cercinite patebant curæ meæ pignora. Alia non minoris momenti putabam penes me habere, quæ diutius premere non patiebantur illa tria, quæ enumeravi supra. In qua parte si censendi locus mihi quoque relinquatur, aut potius apud te profitendi, quam non temere ad hanc editionem processerim, vel si nihil præter unum istud ἀκρωτηρεῖν in pagina XL proferri a me potuisset, certe sic adjutus Scylax denuo se ostendi cupivisset in loco, ubi tantopere laborabat, et in integrando fatiscunt duo heroes, ignotaque est Græcia, et truncatur vocabulo, quo antiquitus et forsan frequenter usa fuit. Id abhinc exstabit. Ne dicam hoc verbum esse, quod valido quasi tormento profligat illas suspiciones de propinqua nobis ætate hujus ipsius Scylacis; ad quam causam non levius molimentum præbet Dicæarchus, qui conspectas sane et notabiles partes excerpsit ex hoc ipso Scylace; cui spero hac vice a me satisfactum esse.

Ne Vossiani laboris primitias ullo genere delibarem, periplum Ponti Euxini et Mæotidis paludis, nomine scriptoris et capite spoliatum, Scylaci adglutinatum reliqui. Hæc una, opinor, satis justa causa erat procedendi per eadem vestigia. Sed tanto libentius ita feci, quia non dubito hoc scriptum fuisse, quod cogitationem primam de edendo Scylace subjecerit et impulerit. Nam eo ipso anno, quo typi significant prodiisse volumen, cui præfuit Vossius, nempe XXXIX; id ab se descriptum ille ipse Vossius in adversariis chirographo suo adnotavit, ut pariter illud acceperit ab Salmasio, pariter fervor publicandi incesserit. Hic enim ille fons est, ex quo manavit ista *Marciana Trajani uxor* pag. 160, ista mentio *sinus Carcinitidis* pag. 149, istud τῆς Βοαννόρου pag. 157 bis positum, quasi quod grammatici observant de vocibus Τάρταρος et ἰσθμός, et quidem ex Pindaro, dilatare vellet ad hanc quoque vocem: aliaque, quæ præterire malui, quam notulis figere, quarum copiam sane non amo. Utinam ille potuisset quædam non scribere! Nihilominus ut id scriptum in hoc acervo legi vellem, necessitatem quoque attulerunt singularem ipsi hi dies. Nam quum in eo non tantum appareat facile cuicunque legenti latitare versiculos et levi musa elaboratam quandam verborum seriem; sed ipse literarum rex Scaliger

in epistola id significaverit; non defuit Vossius huic ejus magni viri indicio, quin ex versiculis digestis et demonstratis faceret notas, atque gradus pedesque plurimorum produceret ostentaretque. Imo hinc progrediens etiam ex Scymno Chio petitos esse monuit. Unde quæ absurditas illa fuit nuperorum Romanorum, sive Stephanum Gradium respicias, sive Carolum Moronum, ut ante annos XII in hac urbe voluerint edi fragmenta Scymni Chii sub ea venditatione, quasi quæ essent *hactenus non edita!* quum ante annos triginta in vicina Amstelodamo eadem evulgata essent in volumine, quod ab quolibet studentium quotidie terebatur, certe teri supponebatur. Nec modo voluerint edi; sed quod monstro simile est, etiam edita sint, nec puduerit jactitari eadem hoc titulo ipso. Hæc tum vidi, ut fatear verum, cum magno meo risu, qui non fui adhibitus ad illam rem, a qua maxime abhorreo, qui ita sæculo et stultitiæ publicæ imponere non didici. Certe enim omnia, quæ illic proferuntur tribus magnis paginis 374, 376, 378, in hoc libello quisquis contulerit, inveniet: adeo ut ferme credat ea concinnavisse Holstenium ex hoc ipso scripto. Id enim quum in Palatina bibliotheca versaverit Salmasius, ita volentibus fatis transgressum esse novimus in Vaticanam, cui ille præfuit. Certe et idem hiatus, qui ab Vossio deprehenditur pag. 134 post vocem ἐπίχορτα, est etiam in Holstenianis Scymni Chii. Hoc tantum interest, quod Holstenius acutior Vossio potuerit versus plures annumerare. Et sic tamen restare deprehendas, quos neuter animadvertit. Interim omnia administrantur ad hunc modum, ut satis lepidam varietatem in plurimis cognoscat, quisquis singula inspexerit. In quo illud contigit sane ridiculum, quod et Vossius pag. 137 agnoscat Ὕβλαν incolentes Scythas, nec minus eandem loci adpellationem evulget Holstenius pagin. 379; uterque etiam in Latinis fideliter exprimentes. Sic quum agatur, editur tamen in Holstenianis castigationibus Stephani pag. 335: [*Ὕβλα legitur corrupte in descriptione Ponti anonymi manuscripta*]. Utique nequibat ignorare Holstenius, hanc anonymi descriptionem ab Vossio esse editam, nec debuit anonymi vocare ea verba, quæ ipse viderat esse Scymni Chii. Ista autem hujus Scymni fragmenta sic conglutinata quando contigerit Salmasio nancisci et foliis illis potiri, audire placet ex epistola Is. Casauboni CCCCCXVIII, qua ad Salmasium scripta libet exornare hanc præfationis partem.

« Accepi nudiusquartus, quas anni novi kalendis ad me » dederas. Accidit mihi eas legenti, quod nunquam non » quoties aliquid a te accipio literarum : ut a tuarum lectione » doctior semper discedam. Nam de Periplo Mœotidis quam » mihi gratum illud acroama fuisse censes! quum præsertim » auctoris nomen simile quid polliceatur iis periplis, qui jam » sunt editi. Itaque te hortor atque adeo obtestor, ut opus » integrum tibi describas, et tantum thesaurum tibi perire » ne sinas. Ubi ad nos redieris, speramus ejus inspiciendi » libri fore aliquando nobis copiam. Neque enim te fugit eo » genere argumenti semper nos esse delectatos. Poteras cum » Stephano tuo eum simul edere, nisi te graviora, ut video, » tenerent occupatum. De epigrammatis mira sunt quæ narras; » etsi equidem non dubito ita esse, uti scribis. Opto tibi sic » læta omnia, ut brevi omnia, quæ meditaris, perficere ex » animi sententia queas. Ego certorum hominum ἀβελτηρίᾳ » multis repente calamitatibus obrutus animum pene despondi » ταῖς καλαῖς Μούσαις ἀποταξάμενος. Deus, spero, mihi meisque » aderit, quos multiplex fraus et iniquitas nonnullorum pro» xime inopiam redegit. Vale, optime et eruditissime Salmasi. » Lut. Paris. IV. eid. feb. CIↃ IↃC VIII. »

HENRICI DODWELLI

DISSERTATIO

IN QUA OSTENDITUR SCYLACEM POLYBIO COÆVUM FUISSE.

SUMMA DISSERTATIONIS.

§. I. Alius est a Scylace Caryandensi Herodoteo, juniorum Scylax Caryandensis. — §. II. Perierat vetustior ille Scylax: noster autem pro eo a junioribus acceptus, qui duos fuisse Scylaces Caryandenses ignorabant. — §. III. Ex illo errore fluxit, quod nostrum hunc periplum Dario inscriptum crediderint recentiores. — §. IV. Alium, præter Herodoteum Scylacem Caryandensem, neminem agnoscunt veteres, præter illum qui scripsit in Polybium. Is ergo peripli nostri auctor habendus est. — §. V. Non potuit maris Mediterranei periplum scribere Scylax, si adeo fuisset, quam volunt, antiquus. — §. VI. Emporia Carthaginiensium in Hispania recentiora illis temporibus, quibus volunt scripsisse Scylacem. — §. VII. Κελτοὶ ἀπολειφθέντες τῆς στρατιᾶς paulo antiquiores Polybio. — §. VIII. Leucadem insulam memorat Scylax, qualis facta est sub secundo demum Philippo Macedone. — §. IX. Messenes urbis mentio illum arguit saltem juniorem fuisse Epaminonda. — §. X. E mentione Corinthi et Carthaginis, colligitur anno Varr. 608 ne quidem potuisse esse juniorem. — §. XI. Meminit idem Scylax urbis Cii, a Philippo Macedone anno Varr. 553 excisæ, postea vero a Prusia, Bithyniæ rege, sub novo Prusiadis nomine restauratæ. — §. XII. Tyri meminit Scylax sub insulæ nomine, quæ tamen ab Alexandro M. facta est peninsula. — §. XIII. Hunc periplum non ipse navigavit Scylax, sed ex aliis singularum partium inter se commissis periplis pro mari Mediterraneo universo ipse confecit. — §. XIV. Θῆβαι τεῖχος auctoris, qui inter olymp. CXI, 2, et olymp. CXVI, 2, scripserit. — §. XV. Urbes sæpe antiquioribus, quam pro sua ætate, nominibus recensent excerptores, qualis erat Scylax. — §. XVI. Hodiernus periplus satis apte respondet primi auctoris consilio, convenitque cum persona ac ætate Scylacis Polybiani. — §. XVII. Qualis fuerit Scylacis periodus. Tam periodum quam periplum videtur scripsisse juvenis. — §. XVIII. Quæ habet Scylax de ora Africæ externa, non ex Hannone videtur accepisse sed potius a Polybio.

§. I. Alius est a Scylace Caryandensi Herodoteo, juniorum Scylax Caryandensis.

De Scylace Herodoteo, fueritne hujus peripli auctor, miror fuisse qui vel dubitarint. Non opus erat argumento Vossiano a locis illo Scylace recentioribus, ut alius esse vinceretur. Ut loci illi nulli unquam, vel a juniore aliquo interpolatore fuissent; ipsum tamen peripli hodierni argumentum longe aliud est ab argumento Scylacis Herodotei. Navigavit Scylax ille per Indum secundo fluvio[1] orientem versus, dum veniret in Oceanum. Tum deinde prora conversa versus occidentem, ad illum usque locum, unde Phœnicas Necos Ægyptiorum rex, oræ Libyæ maritimæ, quæ Oceano objecta est, lustrandæ gratia emiserat. Huc illum tricesimo demum mense appulisse scribit Herodotus. Gangem fuisse suspicor fluvium illum, qui ad orientem decurrerit. Strabo[2] illum disertis verbis illis Indiæ fluviis accensuit, qui in illam plagam fluxerint: Οἱ δὲ (inquit) ἐπιστρέφονται πρὸς ἕω καθάπερ καὶ ὁ Γάγγης ποταμός, quod de Indo falsissimum est. Indum propterea appellasse videtur quod accolas haberet Indos. Navigationis initium ab urbe *Caspaturis* et terra *Pactuica* statuit Herodotus. Eadem urbs illa fuisse videtur quam *Caspapyrum* appellat Stephanus, urbemque *Gandaricam* fuisse dicit. Est ergo eadem regio Pactuica Herodoti, cum ea quæ postea Gandarica appellatur, et Gangi vicina statuitur: proinde Indus illi Ganges. Alii enim erant ab his Gandaridis Γανδάριοι Herodotei. Finis peripli erat in intimo sinu Arabico: inde enim Phœnicas dimiserat Necos[3] ἐς τὰ ὀπίσω, ut Libyam ad Columnas usque Herculeas circumnavigarent; nempe posteaquam canalem, quem

[1] Herod. l. IV, c. 44. — [2] Strab. l. XV, p. 690. — [3] Herod. l. IV, c. 42.

meditabatur a Nilo usque ad Rubrum mare, oraculi jussu intermisisset. Hi ergo hujus navigationis termini erant, jussu Darii Hystaspidis, duce autem seniore illo Scylace Caryandensi, susceptæ. Sic autem e sinu Gangetico ad occidentem deflexerint, et oras maritimas legentes (quod in rei nauticæ illa imperitia verisimillimum est) in sinum Arabicum tricesimo tandem mense pervenerint. Non absimile est quod nos docent sacræ literæ [1], semel in annis tribus navigationes suas peregisse, quos misit rex Salomon, eo unde aurum et argentum et ebur et simias et pavos ad illum retulerint. Nam et illos e navalibus ejus in mari Rubro progressos fuisse verisimillimum est, et ad partes Indiæ Gangi vicinas: et sane manifestum est finem hujus navigationis, cui præerat senior ille Scylax Caryandensis, committi ab Herodoto cum alia illa Phœnicum, jussu Necos peracta ad Columnas Herculeas. Hoc ergo exemplo usus est impostor Græcus, qui susceptum auspiciis Alexandri Magni periplum, cum periplo alio Carthaginiensium jussu, duce autem Hannone, suscepto, committendum existimavit, ut in superiori dissertatione jam ostendimus. Oceanum ergo Indicum, et mare Erythræum, non est egressus superior ille Scylax, cujus partem nullam attigit junior ille, quem hodie usurpamus. Hujus ergo periplum, non nostrum, advocavit Aristoteles [2] de moribus regum indorum. Hinc etiam hausta, quæ de Sciapodibus et Macrocephalis in Indis profert ex Scylace Philostratus [3] : vel potius de Sciapodibus et Monophthalmis, ut in Tzetze [4] legitur, unde corrigendus est Philostratus. Nihil enim mirandum esset si qui homines majori, quam alii, capite reperirentur; et Macrocephalos alibi habet Plinius [5]. Nescio tamen

[1] II *Paralip.* IX, 21. — [2] Arist. *Politic.* VII, 14. — [3] Philostr. *Vita Apollon.* lib. III, 14. — [4] Joan. Tzetz. chiliad. VII. — [5] Plin. *Nat. Hist.* VI, 4.

ipsumne viderit Philostratus, nedum Tzetzes; an potius ab antiquiori aliquo, qui viderit, acceperit: jam enim diu est, ex quo antiquior ille Scylax penitus interciderit. Nullas certas nugas istiusmodi in Scylace legimus hodierno, et ne quidem locum nugarum illarum, Indiam. Erat autem antiquior ille Scylax, hoc ipso fabularum nomine infamis, ut ibidem observant Philostratus atque Tzetzes. Magis autem honorifice sensit de nostro Strabo [1], cui tamen morem fuisse vidimus ut fabulatores contemneret. Satis hæc ostendunt male a viro cl. Vossio patre haberi nostrum pro Scylacis antiquioris epitomatore, qui ne quidem in eodem cum illo versatur argumento, nec communem habuit cum illo mentiendi libidinem.

§. II. Perierat vetustior ille Scylax: noster autem pro eo a junioribus acceptus, qui duos fuisse Scylaces Caryandenses ignorabant.

Sed et alium ab Herodoteo Scylacem pro antiquo habent veteres. Noster fuerit, necne, quem viderit Strabo, non tamen fuit ille, qui sub Hystaspide floruit omnium antiquissimus. Testem enim advocat illum ipse Strabo de locis in Asia minore, de quibus nihil prodiderat Scylax Herodoteus. Hunc tamen παλαιὸν συγγραφέα appellat Strabo. Sic autem loquitur de patria ejus *Caryandis*, quasi unicum nosset Scylacem Caryandensem antiquitate celebrem. Ita habent ejus verba: Ἐντεῦθεν δ' ἦν καὶ Σκύλαξ ὁ παλαιὸς συγγραφεύς. In eandem sententiam Stephanus: Ἐντεῦθεν ἦν Σκύλαξ ὁ παλαιὸς λογογράφος. Verba ipsa Strabonis pene numeravit. Faciunt hæc ut suspicemur, qui Scylacem antiquis accensuerint, nihil de duobus Scylacibus, nedum de tribus, rescivisse. Hoc si verum, fieri potest, ut illum quem terebant

[1] Strab. l. XIV, p. 658 (p. 972, B).

veteres propterea pro antiquo habuerint, quod illum cum antiquiore illo Hystaspidis, et vere antiquo, Scylace confuderint. Unde ergo illa confundentium opinio? An exinde quod, cum utrumque opus Scylacis Caryandensis inscriberetur, ita tandem factum sit ut in unum idemque opus utrumque tandem coaluerit? Atqui ita fuisse nullum habemus, vel levissimum vestigium. Tantum abest ut quicquam vetustioris Scylacis Scylax hodiernus acceperit, ut ne quidem titulus ipse quicquam polliceatur de rebus indicis aut mari Erythræo, de quibus solis vetustiorem egisse probavimus. An ergo exinde, quod vetustior ille Scylax penitus intercidertit? Ita fortasse contigerit. Unde ergo vetustioris quoque Scylacis tam frequens, etiam apud juniores, ut vidimus, memoria? Non, ut opinor, quod illum ipsi viderint; sed quod ex antiquiorum, et Scylace antiquiori paulo juniorum scriptis, ea Scylaci tribuenda didicerint. Ætatis erat commune vitium, quod superior ille Scylax fabulis addictus fuerit, ut jam alibi ostendimus. Inde factum, ut tot fuerint, sub primis quoque Ptolemæis *Mirabilium* collectores, Theophrastus, Antigonus Carystius, atque Callimachus, &c. Ex his aliisque (qui olim exstabant hujus farinæ multi) multa poterant vetustioris Scylacis excerpere, etiam juniores. Non est ergo cur nostrum, adeo quam habetur, antiquum existimemus, quod illum antiquum appellarint qui alium eo antiquiorem fuisse nesciebant. Imo suspectam ejus tantam, quanta ferebatur, antiquitatem, prodit incerti scriptoris fragmentum, quod in hujus operis fronte legimus. Is enim argumentis antiquitatem illius astruit, non certe ita facturus, nisi fuissent qui eam in dubium revocarint.

§. III. Ex illo errore fluxit, quod nostrum hunc Periplum Dario inscriptum crediderint recentiores.

Imo hunc ipsum, quem habemus, periplum antiquissimo illi Scylaci tribuisse videtur Ælius [1] ille (quicunque demum is fuerit) Dionysius. Hunc testem appellat incertus [2] fragmenti scriptor, ejusdemque testimonio probat Dario cuidam fuisse nuncupatum. Darium non alium, ut opinor, intellexit quam Hystaspidem, ut proinde de alio periplo verum esse non potuerit quod testatus est, quam de illo omnium antiquissimo. Illum sane verisimile est principi, cujus jussu susceptus est, fuisse inscriptum. Sic enim Hadriani jussu susceptum ponti Euxini periplum Hadriano ipsi similiter inscripsit Arrianus; pro exemplo, ut videtur, antiquiorum periplorum, principum auspiciis susceptorum: quod scilicet peripli sui dux fuisset, ut fuerat antiquissimi peripli dux Scylax Caryandensis antiquissimus. Sed vero in periplo nostro nullum prorsus est προσφωνήσεως vestigium, ne quidem quicquam eorum quæ causæ esse solebant cur principi inscriberetur. Nullus hic apparet peripli dux: non verba loquentis in prima persona, e quibus colligeremus, fuisse olim ducis nomen, quod librariorum neglectu vel codicum mutilatione perierit. Ita potius hic concepta omnia videmus, quasi a studioso aliquo e variis periplis excerpta fuissent, quam ab ipso navigationis duce observata; et tamen nostrum certe periplum intelligebat Ælius ille Dionysius, qui tunc vixit cum unicus exstaret Scylax, et vetustissimus ille Scylax jam diu intercidisset. Nulla certe mentio illius apud vetustiores; nulla in indicibus Plinii; nulla in grammaticis

[1] Vide *Testimonia de Scylace*. — [2] Inter *Testimonia Scylaci* præfixa.

Varronis aut Suetonii. Erat fortasse qui de Alexandria scripsit, ipse Alexandrinus, Chæremonis [1] discipulus, qui a Nerone ad Trajanum usque varias obierit legationes, quique bibliothecæ præfuit. Hujus forte Ælii Dionysii τὰ περὶ Ἀττικῶν λέξεων advocat Eustathius in *Dionys.* v. 912. Hunc certe nostrum periplum designavit, qui Dionysium testem advocavit, incertus auctor. Ait enim fuisse τῆς καθ' ἡμᾶς οἰκουμένης τῆς ἔνδον Ἡρακλείων στηλῶν. Ait illum τῆς ἀγνοίας τῶν πλείστων τόπων τὴν βραχυλογίαν, ὥσπερ ἀπολογίαν τινὰ, πεποιῆσθαι. Non ergo junioribus illam ipsam debemus βραχυλογίαν, quos credidit præstantissimus Vossius pater in epitomen redegisse, quæ stylo copiosiori primus exaraverit peripli auctor. Hoc certum est, Scylaci Herodoteo hæc convenire omnino non posse; sed vero alium ab Herodoteo Scylacem Caryandensem plusquam unicum neminem novere posteri. Nostrum certe designavit Strabo [2] eo ipso in loco quem in contrarium adduxit uterque Vossius. Ait enim Scylacem Troadis initium ab Abydo cepisse. Sic noster cum Phrygiæ ultimo loco Abydum recensuisset, ita subjungit : Ἐντεῦθεν δὲ Τρωὰς ἄρχεται, ut bene observavit ante nos Gronovius ; fine scilicet Phrygiæ excluso, ut et in aliis veterum sententiis a Strabone memoratis. Sed locum alium Strabonis [3], quo circa lacum Ascanium habitasse prodiderat Phrygas atque Mysos, ubinam (inquies) in Scylace hodierno reperiemus? Non quidem in periplo, quem nos solum habemus, mentio exspectanda est lacus Ascanii qui tam longe aberat ab ora maritima. Scripsit autem idem Scylax Caryandensis γῆς περίοδον, ut nos docet Suidas : inde ea verisimillimum est hausisse Strabonem. Itaque hunc nostrum periplum Scylaci Herodoteo tribuit etiam Strabo.

[1] Suid. *Dionys.* — [2] Strab. l. XIII p. 583. — [3] *Ibid.* l. XII, p. 566.

§. IV. Alium, præter Herodoteum Scylacem Caryandensem, neminem agnoscunt veteres, præter illum qui scripsit in Polybium. Is ergo peripli nostri auctor habendus est.

Sed vero alium ab Herodoteo Scylacem Caryandensem neminem memorant veteres, præter eum qui scripsit, teste Suida, in Polybium. Imo is fuerit oportet, si unicus fuerit post Herodoteum Scylax Caryandensis; et si quis eo nomine, eaque patria, auctor stylum strinxerit in Polybium. Scripserat certe Scylax ille Strabonis, quem nos alium a vetustissimo fuisse probavimus, tam maris περίπλουν, quam γῆς περίοδον: plane ut scripsit Scylax ille junior, quem nos docet Suidas scripsisse in Polybium. Scylacem alium, qui sub Dario alio scripserit quam Hystaspide, unquam fuisse, nulla habemus veterum diserta testimonia. Hunc tantum ratiociniis debemus incerti scriptoris, qui Alexandro M. aliquanto antiquiorem fuisse probare conatur; et Scylacis antiquioris mentionem in Ælio Dionysio repererat, qui Dario opus inscripserit, quem quidem Darium ille Hystaspidem fuisse forte nescivit. Atqui inscriptionis illius notam ipse ne quidem in coævo sibi Scylace observaverat. Et tamen sine illa in contrarium potius procederet argumentum, opus ἀδέσποτον aliud fuisse ab eo, quod Dario inscriptum observaverat Ælius ille Dionysius. Fallit certe hoc tantæ antiquitatis argumentum, quo idem credebatur cum Scylace antiquissimo Herodoteo: fallit præterea ab eorum veterum testimonio ductum, qui propterea illum antiquissimum appellarunt, quod eundem cum alio illo crediderunt vere antiquissimo. Itaque aliunde quærendum, ecquid habeat noster, quod non conveniat cum ætate Polybii. Leve autem est, quod urget anonymus, τὸ μήτε Ἀλέξανδρον

εἰδέναι τῶν Μακεδόνων βασιλέα, μήτε τὸν ὀλίγον ἐμπροσθὲν ἐκείνου τοῦ χρόνου. Nec enim principes in hoc periplo ullos memorat auctor Alexandro etiam antiquiores, et ne quidem quicquam quod ad regionum a se memoratarum πολιτείαν attineret, sed oras tantummodo maritimas periplo lustrandas. Spectabant illa potius ad γῆς περίοδον, siquid præter urbium locorumque nomina vellet commemorare. Nihil ergo potest inde colligi quod ad auctoris ætatem faciat. Nec enim Cyri meminit aut Darii. Perperam tamen inde Cyro antiquiorem fuisse colligeremus.

§. V. Non potuit maris Mediterranei periplum scribere Scylax, si adeo fuisset, quam volunt, antiquus.

Atqui hoc fortasse non volebat anonymus, propterea nostrum Alexandro M. aliisque ante Alexandrum principibus antiquiorem fuisse, quod eorum neminem Scylax de nomine memorarit. Id potius autem in animo habebat, locum in hoc periplo nullum occurrere, qui ætatem prodat Alexandro parem, aut paulo duntaxat antiquiorem. Hoc si verum esset, merito esset cur hunc ipsum nostrum Scylacem Polybio antiquiorem existimaremus. Sed non est hoc adeo certum quam volebat anonymus. Hoc ipsum certe quod periplum maris Mediterranei integrum profiteatur, alienum est a tanta ejus, quæ creditur, antiquitate. Sub secundo vixit Ptolemæo Philadelpho Timosthenes, scripsitque periplum, quem tanti fecit Eratosthenes, ut eum integrum exscripserit. Sed ne quidem de insulis scripsit accurate, nec plenum maris Tyrrhenici periplum absolvit. Et loca omnia a Carthagine ad fretum Herculeum penitus ignoravit. Τὰ δὲ περὶ τὸν Ἡράκλειον πορθμὸν οὔτε τῆς καθ' ἡμᾶς, οὔτε τῆς ἔξω θαλάσσης ἴσασιν γνῶναι, inquit

Marcianus Heracleota[1]. Et rationem paulo ante dederat illam : Ἐπὶ τῶν πλείστων τῆς θαλάσσης ἀγνοουμένων μερῶν, τῷ Ῥωμαίους μηδέπω πολέμῳ κεκρατηκέναι τούτων. Hic sane videmus quousque, sub secundo Ptolemæo, progressa fuerat res geographica, cum hoc Timosthenis periplo perfectius nihil sciret coævorum monumentorum peritissimus Eratosthenes. Imo ex ratione addita colligimus, de freto Herculeo, de ora Hispaniæ maritima, atque Africana a Carthagine usque ad Gades, plenam nullam Græcis innotuisse geographiam, dum Romanorum victoriis patefierent. Quod sane factum auspiciis Scipionis Africani majoris, adolescente Polybio. Non poterat ergo antiquior Polybio Scylax has oras adeo accurate describere. Nec sane vera hæc esse negat anonymus. Sic enim habet : Τῶν δὲ πλείστων ἐπὶ μερῶν τῆς καθ' ἡμᾶς οἰκουμένης, καὶ τῆς ἔνδον Ἡρακλείων στηλῶν θαλάσσης πέρα, τῶν [lege περάτων] πολλῶν ἀγνοουμένων, περίπλους ἀναγράψαι προείλετο. Τὰ μὲν γὰρ τῆς ἑῴας Ἀλέξανδρος ὁ Μακεδὼν δῆλα τοῖς ἀνθρώποις πάντα κατέστησε· τὰ δὲ τῶν ἑσπερίων ἐθνῶν, ἡ Ῥωμαίων ἀνδρεία πολέμῳ τούτων κρατήσασα. Sensit maris Mediterranei πέρατα, ex utraque parte, tam versus orientem quam occidentem, nondum fuisse ea, quam Scylaci tribuit, ætate Græcis explorata. Idque propterea quod orientis terminum aperuerit victoriis suis Alexander M., occidentis autem Romani suis itidem victoriis. Huic ergo argumento ut occurreret, observavit minus fuisse Scylacem, in his, quam in aliis quæ magis Græcis innotuerant, accuratum : nempe, ut opinor, quod in aliis locis civitates addiderit mediterraneas, et frequentiores etiam quam hic fecerit, in ora quoque maritima. Sed et alia quoque ratio esse potuit cur ita fecerit : nempe quod græcas præcipue civitates observare in animo habuerit. Hoc sane ejus consilium in toto opere manifestum

[1] Marcian. p. 64, Huds.

est. Modum ergo propositæ brevitatis libentius in illis locis excessit, qui græcis urbibus fuissent frequentiores. Est tamen alioqui in spatiis locorum a se commemoratorum tam accuratus etiam in Hispania, quam in ipsa quoque Græcia. Hoc cum ne quidem potuerit assequi Timosthenes; quanto minus ille Scylax, quem tanto antiquiorem Timosthene existimant? Porro hujus observationis veritatem firmat auctor gravissimus Polybius [1]. Ait enim superiore tempore paucos Græcorum fuisse qui extrema orbis curiosius investigare aggrederentur. Addit etiam, cur non fuerint aggressi, causam, τὸ τῆς ἐπιβολῆς ἀδύνατον. Nempe quod maria navigantibus multa pericula impendebant, et multo etiam plura terra euntibus. Quod multorum locorum barbaries αὐτοψίαν prohiberet; et linguarum diversitas impediret quo minus ab incolis discerent quæ fuerant observatu digna. Et quod rarissimum esset, illis præsertim temporibus, testem reperire, qui spretis miraculorum figmentis ac portentis, ipsam propter se veritatem anteponeret falso, et res, uti erant, narraret, neque de suo quicquam adderet. Denique concludit, sua demum ætate, ἐν τοῖς καθ' ἡμᾶς [2], contigisse, ut res asianæ per Alexandri dominatum, reliquæ autem orbis partes per Romanorum imperium terra marique paterent; maxime propter illam, quæ tunc vigebat, pacem. Tum enim soluti curis, tam bellicis quam civilibus, viri πρακτικοί otium habebant diligentius atque exactius de rebus illis inquirendi. Memorat porro et suam quoque operam ipse Polybius, sua pericula, suos labores in peregrinatione Africæ, Hispaniæ, et Galliæ, marisque, qua has regiones alluebat, etiam externi: Ἵνα, διορθωσάμενοι τὴν τῶν προγεγονότων ἄγνοιαν ἐν τούτοις, γνώριμα ποιήσωμεν τοῖς Ἕλλησι καὶ ταῦτα τὰ μέρη τῆς οἰκουμένης [3].

[1] Polyb. l. III, c. 58. — [2] *Ib.* c. 59. — [3] *Ib.* c. 59 fin.

Ita Polybius; et sane illum inter geographiæ excultores sæpe recenset Strabo. Non potuit ergo has partes adeo accurate describere Scylax, si fuisset antiquior ipse Polybio.

§. VI. Emporia Carthaginiensium in Hispania recentiora illis temporibus, quibus volunt scripsisse Scylacem.

Memorat præterea noster, ultra Columnas Herculeas, et proinde in ora Hispaniæ illa quæ objicitur Oceano [1], ἐμπόρια πολλὰ Καρχηδονίων. Vix est cur dubitemus quin Turdetaniam intellexerit, quæ regio erat Hispaniæ florentissima, et proinde emporiis aptissima. Non poterant autem illa constitui emporia antea quam armis eam provinciam in suam potestatem redegissent Carthaginienses. Antea oram illam emporiis occupaverint Phœnices Tyrii, qui etiam in intima Hispaniæ penetraverant. Vettones enim ab illis oriundos recepta erat posterorum fama. Sed vero Hispaniæ partem nullam illis temporibus Alexandro antiquioribus Carthaginienses possedisse verisimile est. Fateor equidem ante bellum punicum 1.m, τῆς Ἰβηρίας πολλὰ μέρη Carthaginiensibus subjecta agnoscere Polybium [2]. Inde ergo idem testatur, illo ipso bello, etiam Ἴβηρας in Siciliam [3] missos. Proinde Amilcarem Barcam Annibalis patrem ἀνακτᾶσθαι τὰ κατὰ τὴν Ἰβηρίαν πράγματα τοῖς Καρχηδονίοις, non κτᾶσθαι scribit ipse Polybius [4]: non tamen ita intelligendus, quasi nihil eorum avitis possessionibus addidisset. Imo idem subjungit πολλοὺς μὲν πολέμῳ, πολλοὺς δὲ πειθοῖ Carthaginiensibus subjecisse. Imo auctum ab eo in Hispania punicum imperium testatur diserte Livius [5]; et Turditaniam ab eo victam esse, ita ut tum primum

[1] Init. pag. 1, Huds. Ceterum perperam hic Dodwellus. Cf. adnot. ad l. — [2] Polyb. l. 1, c. 10. — [3] Polyb. *ib.* c. 17. — [4] Polyb. l. II, c. 1. — [5] Liv. l. XXI, c. 2.

cesserit in ditionem Carthaginiensium, discimus e Strabone[1]. Ait enim στρατεύσαντας cum eo Carthaginienses *Turditanos argenteis præsepibus et doliis usos deprehendisse.* Erant ergo in eorum numero Turditani quos non πειθοῖ, sed πολέμῳ, in partes Carthaginiensium coegerit, quique inviti Carthaginiensium jugum subierint. Quomodo ergo nondum domiti Carthaginiensium paterentur emporia? Imo tum demum observatum hoc a Carthaginiensibus scribit e rerum punicarum scriptoribus. Quod fieri non potuit, si jam olim Turditanorum commerciis et emporiis Carthaginienses assuevissent. Hæc ergo scribere ne quidem potuit noster ante annum Varr. 516. olymp. CXXXV, $\frac{2}{3}$, quo expeditionem illam in Hispaniam fecit Amilcar. Imo post annum illum emporia illa constituta fuisse verisimillimum est: antea tamen quam Hispaniæ possessione omni pellerentur a Scipione Africano majore. Quod factum anno Varron. 548, olymp. CXLIII, $\frac{2}{3}$. Postea poterant victorum benignitate emporia constituta retinere, non autem alia de novo condere.

§. VII. Κελτοὶ ἀπολειφθέντες τῆς στρατείας paulo antiquiores Polybio.

Quod porro Tyrrhenos a mari Tyrrheno porrigat usque ad Adriaticum[2], quanquam cl. Gronovio alienum videatur a temporibus Polybii, non est tamen si penitius expendatur. Imo his magis congruunt quam aliis illis, quæ volunt, Scylacis temporibus antiquioribus. Certe quo loco loquitur Polybius de sui temporis Hetruria, ita plane loquitur ut coævus illi Scylax. Sic enim habet: Ἑξῆς δὲ Τυῤῥηνοί· τούτοις δὲ συνεχεῖς ἑκάτερον τὸ κλίμα νέμονται τῶν προειρημένων ὀρῶν Ὄμβροι[3]. Confert scilicet continuatque

[1] Strab. l. III, p. 151 (p. 224, fin.). — [2] Pag. 6, Huds. — [3] Polyb. l. II, c. 16.

invicem Ligures Hetruscos atque Umbros, quasi ex utraque montium Apenninorum parte incolentes. Et tamen Umbros pariter ac Hetruscos a Gallis finibus suis expulsos scribit Livius [1]. Non quidem ait Polybius illos ad mare Adriaticum pertigisse : in ipsa tamen Padi planitie illos ponit, unde fuerant a Gallis fugati. Erat enim illius planitiei limes Apenninus. Et certe ad orientem Apennini potissimum incolebant Umbri. Nec sane Gallos ita excludit Italia Scylax, quinetiam illis in intimo Adriæ recessu sedes concedat post Tyrrhenos. Sic enim ait : Μετὰ δὲ Τυῤῥηνοὺς εἰσι Κελτοὶ ἔθνος ἀπολειφθέντες τῆς στρατείας ἐπὶ στενῶν μέχρι Ἀδρίου [2]. Hæc autem verba ἀπολειφθέντες στρατείας nondum video observasse Scylacis interpretes, nec intellexisse quid sibi vellent : et tamen ex illis, ni fallor, pendet designatio temporis, quo tanta illa rerum gallicarum facta est conversio, ut sedes a Gallis possessæ jam rursus avitis possessoribus Hetruscis atque Umbris adscriberentur. Spectant ergo, ut existimo, ad annum illum, quo a Gallis cisalpinis fere omnibus conjuratum est in Romanos, accitis etiam transalpinis. Tunc enim de Venetis et Cenomanis ita Polybius [3]. Οἱ δὲ Οὐένετοι καὶ Κενομάνοι, διαπρεσβευσαμένων Ῥωμαίων, τούτοις εἵλοντο συμμαχεῖν. Nam certe Venetos communi Gallorum, vel Celtarum, nomine complectitur Polybius. Sic enim alibi : Τὰ δὲ πρὸς τὸν Ἀδρίαν ἤδη προσήκοντα γένος ἄλλο πάνυ παλαιὸν διακατέσχε· προσαγορεύονται δὲ Οὐένετοι, τοῖς μὲν ἔθεσι καὶ τῷ κόσμῳ βραχὺ διαφέροντες Κελτῶν, γλώττῃ δ' ἀλλοίᾳ χρώμενοι [4]. Ponit eodem, quo et Venetos suos Scylax, situ, et proximos facit Cenomanis. Celtas autem Scylax a Venetis distinguit. Proinde Celtarum nomine potius intelligit Cenomanos, ipsos quoque Venetis finitimos. Ut proinde vix sit cur dubitemus quin

[1] Liv. lib. v, cap. 35. — [2] Pag. 6, Huds. — [3] Polyb. lib. II, cap. 23. — [4] Polyb. lib. II, cap. 17.

hos ipsos habuerit in animo Scylax. Recte nimirum appellandos ἀπολειφθέντας τῆς στρατείας, quod communi illi gallici nominis in Romanos expeditioni soli non consenserint. Hanc ergo gratiam a Romanis relatam arbitror, ut, bello profligato, ipsi soli in sedibus suis remanserint. Eo enim certe spectabat bellum illud, ut pellerentur e victis a se ditionibus Galli. Primum bello occasionem dedit Sena[1], colonia in agro Gallorum Senonum victorum pulsorumque condita; anno scilicet Varr. 471, olymp. CXXIV, $\frac{1}{2}$. Inde novi motus a Boiis (accitis in auxilium Hetruscis) metuentibus περὶ σφῶν καὶ τῆς χώρας μὴ πάθωσι τὸ παραπλήσιον, idem inquit Polybius. Repressi tamen etiam hi ad lacum Vadimonis: inde pax annorum 45, ad annum Varr. 516, olymp. CXXXV, $\frac{2}{3}$. Anno autem Varr. 518, Boiis pax concessa, sed agri parte mulctatis, ut docet Zonaras. Tum deinde anno, post prædictum annum 45m quinto, novi Gallorum motus[2], propter agrum Picenum, quem Gallis Senonibus ademerant, rogatu Flaminii tribuni, populo divisum: nempe anno Varr. 421, olymp. CXXXVI, $\frac{3}{4}$. Metuebant præsertim Boii, quippe Romanis contermini, videntes jam non de imperio ac dominatione esse certamen, ἀλλ᾽ ὑπὲρ ὁλοσχεροῦς ἐξαναστάσεως καὶ καταφθορᾶς. Itaque VIII° inde anno, Varr. 429, bellum illud denuo instauratum est a Boiis et Insubribus, quo Cenomanos et Venetos Romanis favisse diximus[3]. Victi tum ingenti prœlio a consule Æmilio. Anno sequenti, spem Romanis fuisse ait Polybius[4], δυνήσεσθαι τοὺς Κελτοὺς ὅλους τῶν τόπων τῶν περὶ τὸν Πάδον ἀλοσχερῶς ἐκβαλεῖν. Hinc etiam constat, id egisse Romanos hoc toto bello, ut Gallos penitus e circumpadanis regionibus ejicerent. Cum ergo bellum pro voto confecerint, non est cur

[1] Polyb. l. II, c. 20. — [2] C. 21. — [3] C. 23. — [4] C. 31.

dubitemus quin ejecerint. Convenit, quod sub Coss. anni Varr. 531, olymp. CXXXIX, $\frac{1}{2}$, narrat Polybius de Insubribus Transpadanis: σπεισάμενοι καθ' ὁμολογίαν, ἔλυσαν ἐκ τῶν τόπων[1]. Convenit, quod anno sequenti Varr. 532, olymp. CXXXIX, $\frac{2}{3}$, belli illius ultimo, testatur idem Polybius[2] illos ἐκ τῶν περὶ τὸν Πάδον πεδίων ἐξωσθέντας, πλὴν ὀλίγων τόπων τῶν ὑπ' αὐτὰς τὰς Ἄλπεις κειμένων. Convenit præterea, quod in utramque Padi partem tot deinde colonias Romani deduxerint. Eo enim primam coloniam spectasse vidimus, ut terræ a coloniis possessæ pristinis possessoribus adimerentur. Itaque jam ante Polybium exuti sunt omni illa circumpadana regione Galli. Nec est quod miremur si ademtas Tyrrhenis Umbrisque colonias regionesque Romani maxima ex parte restituerint. Stabant enim utrique in hoc bello a partibus Romanorum[3]. Et prædam quoque a loco prœlii Hetruscis[4] ademtam, similiter dominis pristinis reddendam curabant. Ita conveniet cum Polybio examussim Scylax, ut ne quidem potuerit anno U. C. Varr. 532 fuisse antiquior. Quod si redditæ fuerint Hetruscis antiquæ eorum coloniæ, ita necesse erat ut ad mare Adriaticum pertigerint, cum in illarum coloniarum numero ipsa fuerit Adria, a qua nomen ortum est maris Adriatici. Ita certe veterem illorum ditionem designat Livius[5], ut noster quoque Scylax, ut quæ trans Padum omnia loca, excepto Venetorum angulo, qui sinum (inquit) circumcolunt maris, usque ad Alpes, tenuerint. Nec alienum erat hoc a Romanorum indole, ut sociis magis quam sibi vincerent. Illustria hujus munificentiæ specimina ediderunt bellis in Philippum et Antiochum; et vero in hoc adversus Gallos bello egregia erant Italorum sociorum omnium benevolentiæ experimenta. Non

[1] Polyb, l. II, c. 32. — [2] C. 35. — [3] C. 24. — [4] C. 31. — [5] Liv. l. V, c. 33.

tamen hoc obstabat, quo minus victoribus ipsis suæ quoque partes fuerint in victoriæ fructibus, quæ locum fecerint tot novis Romanorum in Gallia circumpadana coloniis. Et ne quidem illud obstabat, quo minus restauratis in jura pristina regionibus, nomina tamen dederint aviti possessores.

§. VIII. Leucadem insulam memorat Scylax, qualis facta est sub secundo demum Philippo Macedone.

Eandem Scylacis ætatem adstruunt verba ejus illa de Leucade[1]: Αὕτη δ' ἔστι νῦν νῆσος τὸν Ἰσθμὸν ἀποτεταφρευμένη. Hanc putat Strabo[2] Nericon fuisse, quam ἀκτὴν ἠπείροιο appellat Homerus[3]: tum proinde nondum insulam, sed peninsulam. Imo diu post Homerum, cum Leucadis nomen adepta esset, adhuc isthmo continenti annexa est. Certe tempore belli Peloponnesiaci, bis isthmi meminit Thucydides[4], ann. belli VI° et VII°; nempe ann. Varron. 328 et 329. Imo adhuc eo anno, quo debellatum est cum Philippo, Varroniano scilicet 557, peninsulam fuisse docet Livius[5] in fragmento Horrionis. Ego tum demum insulam factam fuisse suspicor, cum Romani Leucadem a concilio Acarnanum[6] eximerent. Quod factum anno Varroniano 587, cum jam redactus esset in populi romani potestatem Perseus, propter factionem inter Acarnanas, quæ Romanis adversa Perseo favebat. Tunc enim sane opportunum erat, ut, sui demum juris facti, sese alveo illo fossili in Acarnanas tuerentur. Scripsit ergo post illum annum Scylax, ut proinde ne quidem potuerit antiquior esse Polybio.

[1] Scyl. p. 13, Huds. — [2] Strab. l. I, p. 59; l. X, p. 452. — [3] Homer. *Odyss.* XXIV, 377. — [4] Thucyd. lib. III, c. 94; lib. IV, c. 8. — [5] Liv. l. XXXIII, c. 17, edit. Gronov. — [6] Liv. l. XLV, c. 31.

Habent certe illam pro insula Ovidius[1], et Livius, et Strabo. Tandem Romanos illam Corinthiis ademisse, Acarnanibus autem reddidisse tradit Dionysius Halicarnasseus[2]. Id cum eveniret, jam diruta fuisse munimenta consentaneum erat, quibus a reliquo Acarnanum corpore separabantur : imo cum jam incolæ ipsi etiam essent Acarnanes. Inde factum, ut neglectum deinde alveum venti obstruxerint, et continenti junctam insulam rursus peninsulam fecerint. Talem sua tandem ætate fuisse docet Plinius[3]. Medio ergo tempore inter Tiberium et Vespasianum, Corinthiis ademit, Acarnanibus reddidit aliquis imperator. Hæc quidem vera esse ego crederem, si quidem vera scripserit illo in loco Livius. Sed turbat, fateor, rationes nostras Polybius, melior Livio testis, propiorque temporibus Philippi. Is tamen anno Varr. 539, olymp. CXL, $\frac{2}{3}$, Dioryctum (sic autem alveus fossilis, teste Plinio, appellabatur) diserte memorat, trajectasque per illum naves. Sic enim habet de Philippo Macedonum rege : Αὐτὸς δ' ἀναχθεὶς ἐκ τῆς Κεφαλληνίας, δευτεραῖος εἰς Λευκάδα μετὰ τῦ ςόλυ νυκτὸς ἧκε. Εὐτρεπισάμενος δὲ τὰ περὶ τὸν Διόρυκτον, καὶ ταύτῃ διακομίσας τὰς ναῦς, ἐποιεῖτο τὸν ἀπόπλουν κατὰ τὸν Αμβρακικὸν καλύμενον κόλπον[4]. Fieri autem potest, ut, cum legisset Livius initio Philippi factum illum alveum, e vitioso ratiocinio ille ad finem retulerit. Ita certe loquitur hoc in loco Polybius, quasi vixdum alveus ille penitus fuisset purgatus. Erat enim antea parandus, quam naves illac Philippus potuerit trajicere; et fortasse propter novitatem alvei illac trajiciendum censuit Philippus, ut inopinato adventu hostes opprimeret. Non potuit autem hostes fallere, si jam antea usurpata fuisset illa trajectio. Hoc si verum, ita saltem

[1] Ovid. *Metam.* XV, v. 289, 290. — [2] Dionys. Halicarn. l. I, p. 41. — [3] Plin. *Hist. Nat.* IV, 1. — [4] Polyb. l. V, c. 5.

Philippo hoc Persei patre non potuit antiquior esse Scylax; nec proinde idem cum illo fuisse, quem alium a nostro docti hactenus existimarunt.

§. IX. Messenes urbis mentio illum arguit saltem juniorem fuisse Epaminonda.

Memorat præterea noster urbem Messenen [1] in regione Peloponnesi Messenia. Eam autem jamdiu ante tempora Scylacis etiam antiquissimi dirutam restauravit olymp. CII^{æ} 4to anno Epaminondas, teste Diodoro. Non me quidem fugit de lectione litem movere doctissimum Palmerium. Quia scilicet ab Arcadia, cujus ultimo loco meminerat, πρώτην ait fuisse Messenen. Idem tamen Palmerius in Lacedæmone tam crassum ordinis neglectum observavit, ut crediderit illum, ut pote Asianum, in Peloponnesi geographia non fuisse satis doctum. Sed nihil est necesse ut eo confugeret. Facile enim observare potuit, in Peloponneso Scylacem urbes insignes, nulla prorsus habita situs ratione, ut animo ejus occurrebant, recensere. Nec ad situm spectabat vox illa πρώτη, sed ad urbis potius dignitatem. Quod scilicet urbs ipsa Messene regionis esset Messeniæ primaria. Ita nulla prorsus erit ratio, cur de lectione dubitetur. Tum vero desierat in vivis esse Darius Nothus, cui secundum illum, quem fingunt, Scylacem periplum suum inscripsisse volunt. Ita nullum erit ab Olynthi mentione argumentum, cum vel ex hac Messenes mentione constet nostrum Olynthi clade fuisse juniorem. Hinc certo constat, Scylacem nostrum non esse antiquiorem Epaminonda, ut vult cl. Gronovius; nec tale quid e mentione Thebarum sub τέιχυς nomine esse colligendum.

[1] Scylax, p. 16, Huds.

§. X. E mentione Corinthi et Carthaginis colligitur anno Varr. 608 ne quidem potuisse esse juniorem.

Hos ergo limites posuimus ætatis, qua scripsit Scylax, ne potuerit adeo, quam vulgo creditur, fuisse vetustus. Nunc vice versa limites alii statuendi erunt, quibus non potuerit fuisse recentior. Certe Corinthum[1] et Carthaginem[2] ita memorat quasi etiamnum floruerint. Proinde ante annum U. C. 608^{m} Varronianum scripsisse necesse est, quo utraque excisa est: Corinthus a Mummio Achaico, Carthago a Scipione Æmiliano. Non potuit certe restaurationem utriusque urbis sub Julio Cæsare attigisse, quem adeo antiquum credidit Strabo.

§. XI. Meminit idem Scylax urbis Cii, a Philippo Macedone anno Varr. 553 excisæ, postea vero a Prusia, Bithyniæ rege, sub novo Prusiadis nomine, restauratæ.

Nota autem antiquitatis omnium altissima est, quod Cii[3] urbis Scylax noster mentionem fecerit in Mysia; utique nondum, cum scriberet auctor, excisæ. Sic item scribit scholiastes Apollonii Rhodii, quasi etiam in coævo sibi Scylace hoc idem reperisset. Non quidem hoc verbis asserit expressis, sed saltem videtur innuere. Meminit enim et ipse urbis Cii, et de Cio fluvio testem advocat Scylacem. Sed vero Cium hanc eandem fuisse urbem, quæ postea a Prusia Bithyniæ rege nomen acceperit Prusiadis, observavit cl. Vossius. Nec alius erat ille certe Prusias a filio Zelæ. Illum enim ipsum Prusiam Zelæ filium, Romanorum abjectissimum adulatorem, Prusiadis conditorem fuisse docet Strabo[4].

[1] Scyl. p. 15, 21, Huds. — [2] Scyl. p. 47, 50, 51. — [3] Scyl. p. 35. — [4] Strab. l. XII, p. 563 (p. 845, A).

Scripsit ergo certe noster ante mortem Prusiæ, qui antea decessit quam dirueretur Carthago : imo etiamnum superstite Cio, nondum urbis nomine mutato. Proinde ante obitum Philippi Macedonis, quem Strabo testatur, excisam a se Cium Prusiæ genero donasse. Decessit autem Philippus[1] ille anno Varron. 575, olymp. CL, $\frac{1}{2}$. Imo annum ipsum cladis Cianæ docuit Polybius[2] : illum scilicet, quo pax data est Carthaginiensibus, secundo in illos bello profligato : nempe Varr. 553, olymp. CXLIV, $\frac{3}{4}$. Quare ante hunc annum scripserit oportet Scylax, si quidem ipse sibi explorata scripserit. Hoc si verum esset, vix potuit idem esse qui scripsit in Polybium. Senex enim ipse Polybius se ad scribendam Historiam accinxit. Historiam certe ad belli punici tertii et achaici finem perduxit, ut ipse in opere[3] nondum affecto profitetur. Quantum temporis in ipsa scriptionis opera collocarit, non habemus exploratum. Itaque ante ann. Varr. 608, ne quidem potuit illum oppugnare Scylax : fortasse ne tum quidem. Is autem erat annus ab excidio Cii 55. Si fuisset, cum periplum exararet vel vicenarius, tunc annum attigerit ætatis LXXV[m]. Sed paulo ante Cii excidium scripserit illa oportet auctor : nec statim ab Historiæ fine Historiam absolvere potuit, et in lucem edere, Polybius ; nec rursus mox ab editione potuit legere Scylax. Ut proinde vix octuagenario minor esse potuerit Scylax, cum Polybium refutaret. Parum hæc fortasse commoda videri poterunt ; non tamen quæ evenirent prorsus impossibilia. Sed Cium a Prusa perspicue distinguit Plinius, l. v, c. 32 ; et merito distinguendam esse docet ad Stephanum, verbo Προῦσα, cl. Holstenius. Quare minus certum est illud argumentum,

[1] Liv. l. XL, c. 54. — [2] Polyb. *Excerpt.* l. XV, 21. — [3] Polyb. l. III, c. 5.

utcunque illi faverint nonnulli etiam e veteribus. Itaque aliunde explorandum est, itane se res habuerit. Erat quidem nota illa recentior pulsis ex Italia Gallis.

§. XII. Tyri meminit Scylax sub insulæ nomine, quæ tamen ab Alexandro M. facta est peninsula.

Non tamen adeo commode convenit cum alia illa, quam dedimus, nota excultæ partium occidentalium geographiæ. Ipso enim illo anno, quo bello punico 2° finem imposuit Scipio Africanus major, Cium excidit Philippus Macedo. Sed suis temporibus, sed paci quæ bellum illud secuta est, accuratam illam partium freto Herculeo adjacentium notitiam acceptam refert, uti vidimus, Polybius, cum jam otium esset a curis bellicis, et pax stabilita liberum commercium aperuisset. Sequebatur autem mox a bello illo novum bellum cum Philippo, tum deinde cum Antiocho, denique cum Perseo. Mitto enim minoris momenti bella, quæ peregrinandi, et studia pacis excolendi, aviditatem non adeo impedirent. Ita certe ante annum U. C. Varr. 586, quo debellatum cum Perseo, vix potuit Scylax adeo accurate scribere de oris occidentalibus. Imo ne tum quidem potuit ea explorata habere, quæ primus docuit novis suis navigationibus ipse Polybius, quem Scipione Æmiliano res in Africa gerente, testatur navigasse Plinius [1]. Atqui de Hispania ipsa scribit noster Scylax [2] pro ipsius mente Polybii. Hispaniam universam ut Polybius [3], ita etiam Scylax, communi Iberiæ nomine complectitur, a freto etiam Gaditano. Sunt ergo in hoc opere notæ temporum diversorum, nec sibi invicem consentaneorum. Occurrit et aliud simile exemplum in mentione urbis Tyri : Αὕτη (inquit [4]) ἡ

[1] Plin. *Nat. Hist.* V, 1. — [2] Scyl. pag. 1, Huds. — [3] Polyb. l. III, c. 37. — [4] Scyl. p. 42, Huds.

νῆσος βασίλεια Τυρίων [sic recte junior Vossius] *καὶ ἀπέχει στάδια ἀπὸ θαλάττης γ'*. Hæc certe urbs erat ab Alexandro Magno expugnata, et per aggerem ab ipso factum annexa continenti. Eam *βασίλειαν* appellat Scylax, quod, cum regibus pareret ditio Tyriorum, urbs illa fuisset regia. Duplicem hoc in loco notam habemus temporum Alexandro antiquiorum: aliam, quod esset jam adhuc insula, cum peninsulam illam ipse fecerit Alexander, testibus omnibus qui de ea obsidione egerint; imo adhuc suis temporibus adjunctam continenti perstitisse testantur Strabo [1] atque Plinius [2]. Est et alia nota, quod adhuc regibus paruerit Tyrus, cum urbs illa esset regia. Erant enim olim sub regibus Tyrii, quorum successionem pertexuit Menander Pergamenus. Imo cum eam expugnaret Alexander, adhuc regem agnovit, et stirpem regiam. Ex illa stirpe suffecit quidem regem ipse Alexander, quæ tamen brevi postea defecit. Nam olymp. CXIV, 3, sub præfecto fuisse Macedone testatur Diodorus. Nec postea reges Tyriorum ullos, quod sciam, legimus, nec Macedonibus rerum potientibus, nec Romanis. Hæc ergo auctoris fuisse necesse, qui scripserit ante annum period. Julian. 4382, Varr. 422, olymp. CXII^a^ ann. 1^m^ ineuntem, quo Tyrum Alexander expugnavit. Et tamen multo recentiorum temporum notas in ipso jam Scylace observavimus, quibus ipsum scripsisse propterea necesse sit.

§. XIII. Hunc periplum non ipse navigavit Scylax, sed ex aliis singularum partium inter se commissis periplis pro mari Mediterraneo universo ipse confecit.

Ex his tamen longe invicem distantibus temporum notis colligimus, non unius ejusdemque fili hunc

[1] Strab. l. XVI, p 757 (p. 1097, fin.). — [2] Plin. *Nat. Hist.* V, 19.

nostrum esse periplum, sed e variis diversorumque temporum singularum regionum periplis integrum hunc maris Mediterranei periplum a Scylace esse consarcinatum. Idque sane aliunde etiam verum esse constat. In aliis regionibus diurnis nocturnisque spatiis navigationes emetitur, in aliis per stadia. Scio quidem a Marciano Heracleota[1] Scylacem illis accenseri qui dierum noctiumque spatiis tantummodo, non item stadiis, navigationum intervalla distinxerint. Num ergo alio Scylace usum Marcianum existimabimus? Non puto. Cur ita fuerit locutus Marcianus, exponit ipse Scylax. In fine enim Europæ[2] methodum docet, qua sint ad noctium dierumque supputationem revocanda stadia. Eademque methodo procedendum esse monet in fine Asiæ[3] atque Libyæ[4]. Inde manifestum est periplum universum ab illo ad diurna ac nocturna spatia esse redactum. Ut recte proinde Marcianus illum inter eos numerarit, qui non stadiis periplos suos, sed diurnis nocturnisque itineribus metirentur: quod scilicet stadia ipsa ad diurna et nocturna spatia redegerit. Hinc tamen vicissim manifestum est, jam Scylacis etiam ætate morem fuisse nonnullis, ut per stadia periplos suos metirentur; et proinde Timosthene illum fuisse recentiorem. Sic etiam in aliis regionibus, oras tantummodo (pro peripli officio) percurrit maritimas; in aliis urbes immiscuerit mediterraneas. Sic et in aliis situs ordinem observavit accuratissime; in aliis ordinis rationem habuit plane nullam. Nonnunquam mores regionum, et viros etiam celebres designat, quos tamen plerumque nullos attingit, ne quidem in patriis omnium celeberrimis, et bonorum exemplorum proventu refertissimis. Unde, quæso, tam varia illa methodorum

[1] Marcian. Heracl. p. 63, Huds. — [2] Scyl. p. 30, Huds. — [3] Scyl. p. 43. — [4] Scyl. p. 51.

diversitas, nisi a periplorum, quos in singulis partibus excerpsit, diversitate? Inde tanta illa diversarum hujus peripli partium invicem discrimina. Sunt enim aliæ aliis longe accuratiores : pro captu scilicet auctorum, quorum alii aliis fuerint peritiores. Valde autem eo faciebat ætas auctoris et patria, si aut vixerit illis temporibus quibus jam oræ illæ, de quibus agebat, maritimæ Græcis fuerint exploratæ; aut si locis ipsis propinquus fuerit, ut qui fuissent nuperrimi accuratissimique locorum illorum peripli, id saltem haberet exploratum. Nescio enim primariumne periplum ullum ab ipso navigationis duce scriptum excerpserit Scylax. Suspicor potius a suis accepisse Asianis, qui ante illum scripserant, et Græcorum periplos excerpserant. Vix potuit alioqui in Græcia ipsa toties peccare, nisi decessorum erroribus suos etiam addidisset ipse Scylax. Græcarum enim civitatum ubique studium profitetur omnium maximum. Quod porro a continente ad sitas ex adverso insulas, inde rursus ad locum, quo filum peripli interruperat in continenti, trajectiones faciat; ne quidem ea primarii navigatoris nota est, sed illius potius qui sua omnia alienis debuerit navigationibus. Id, cum ita se habuerit, non erit proinde cur miremur, si dissitorum sæculorum vestigia in hoc opere appareant, quibus illi vixerint auctores, quorum scrinia compilarit ipse Scylax. Non est autem de Scylacis ætate pronunciandum, præterquam e notis temporum recentissimis. Aliæ potius ad auctorum ætates spectare censendæ sunt, e quibus invicem commissis periplum integrum Scylax confecerit maris Mediterranei. Facile inde rationem reddemus locorum, siqui fuissent in hoc periplo, qui ante veram Scylacis, quam dedimus, ætatem intercidissent. Non scilicet ipsius illa fuisse Scylacis; sed

auctoris alicujus antiquioris, cujus, in ea saltem peripli parte, fidem secutus fuerit ipse Scylax. Huc ego potius retulerim tam sibi dissentaneam operis universi methodum, quam eo quo referendam censuit uterque Vossius. Quasi nimirum, cum in more receptum esset apud recentiores Græcos, ut collectanea e diversis ejusdem argumenti veterum scriptis in unum corpus coacervarent, tum demum a recentissimo ejusdem nominis Scylace prodierit hoc etiam corpus periplorum per mare Mediterraneum universum. Tum geoponica, tum strategica, tum mechanica, tum rei veterinariæ, accipitrariæ, similiumque artium reipublicæ necessariarum, corpora prodiisse videmus. Inde natum suspicantur exemplum periplos etiam in unum corpus cogendi, quo illum, quem habemus, periplum concinnarit nuperrimus ille Scylax. Sed nihil simile occurrit in hodierno Scylace. Principibus ut plurimum corpora illa debemus, quorum omnium primus Justinianus leges in corpus Triboniani opera digesserit. Sic enim geoponica Constantini cujuspiam recentioris auspiciis collecta legimus. Sic etiam corpus historiarum Constantini Porphyrogeneti jussu congestum fuissse constat. Hic nullum principis prorsus vestigium est, sed hominis tantummodo privati. In corporibus illis auctorum nomina et verba ipsa repræsentantur. Auctorum, e quibus Scylax sua excerpserit, ita catalogum habemus nullum, ut ne quidem auctoris vel unius nomen. In corporibus illis de rebus iisdem diversorum auctorum sententiæ proferuntur. Hic plusquam unam de eadem regione sententiam nusquam legimus. In illis recentiorum pariter ac antiquiorum scripta invicem copulantur. Hic nihil est Polybii saltem ætate recentius. Nullæ prorsus Alexandriæ, nullæ Antiochiæ, nulla, ut observavit Gronovius, Lysimachia; ne quidem locus

ullus in Oriente Alexandro ipso recentior, ut jamdiu observavit anonymus, e quo constare possit, ullumne secutus fuerit in hac Orientis plaga Scylax Alexandro recentiorem; nedum Polybio: cum tamen tot novas urbes Alexander ipse proximique illius successores in Oriente condiderint. Tantum abest ut sit locus ullus, qui postremi Scylacis ætatem sapiat. Scio quidem in Mauritania ita legi: Ἰουλίου ἄκρα πόλις καὶ λιμήν [1]. Sed jam optime ἰὼλ legendum monuit cl. Vossius. Nam ne quidem cum *Cæsarea* posterioribus temporibus urbs illa appellaretur, quemquam tamen veterum, ut puto, legimus, qui illam *Juliam* appellarit.

§. XIV. Θῆβαι τεῖχος auctoris, qui inter olymp. CXI, 2, et olymp. CXVI, 2, scripserit.

Jamque facilis est ad Gronovii in contrarium exempla responsio. Nihil illa ad Scylacis patriam, aut ad loca saltem patriæ finitima spectant, quæ potuit ipse per se habere explorata: imo ad loca alia, quæ e periplis alienis et se antiquioribus ipsum oportebat discere Scylacem. Itaque non Scylacis ætatem produnt, sed antiquioris, quem est in illis partibus secutus, auctoris. Esto tamen, ad Scylacis ipsius ætatem ea retulerimus. Ne quidem ita tantam Scylacis antiquitatem probabunt, quantam vult Gronovius. Thebas quidem τεῖχος fateor memorare Scylacem [2]. Hinc ante Epaminondam florentem et Thebas erigentem, suspicatur scripsisse Gronovius. Vis ergo argumenti, ni fallor, in eo sita est, quod tam infrequentes intra Thebarum mœnia fuerint ædes, ut mœnia potius, quam urbs, fuerit appellanda. Id si volebat, ego potius vice versa colligerem auctorem qui ita scripserit, etiam Alexandro, etiam Cassandro, qui

[1] Scylax, pag. 50, Huds. — [2] Scylax, pag. 23.

mœnia ab Alexandro diruta restaurarit, fuisse juniorem. Restauravit Cassander olymp. CXVI, 2, anno ex quo diruerat Alexander XX°, qui cladem intulit olymp. CXI, 2, teste Diodoro. Antea enim, dum starent antiqua mœnia, primarium certe locum inter civitates Bœotiæ sibi vendicabant Thebæ Bœotiæ, nullum per octingentos annos excidium passæ, ut monet idem Diodorus. Itaque Thebas ita desolatas nullus potuit, qui ante Alexandrum vixerit, nosse Scylax, ne quidem ille omnium antiquissimus. Ego τεῖχος illud libentius non ad urbem ipsam, sed ad portum potius retulerim. Semper enim fere Scylax τείχη sua in locis statuit maritimis, et cum portubus jungit atque navalibus, ut proinde in fluctus potius marinos, quam in hostes, munimenta intelligantur. Et certe oram hoc in loco legit maritimam, quam Orchomeno ἐν μεσογείᾳ mox opponit. Quidni ergo ad navalia, Epaminondæ hortatu, a Thebanis condita hæc retulerimus, cum de maris dominio suis civibus asserendo meditaretur [1]? Sic fuerit scriptor olymp. CIV, 1, junior, quo hæc ab Epaminonda gesta narrat Diodorus. Quod sane convenit cum Messenes mentione ab Epaminonda restauratæ, de qua jam supra egimus. Ego adhuc juniorem hujus partis auctorem fuisse suspicor. Ut nempe illo ipso vicennio scripserit, quo jacuit in ruinis urbs ipsa Thebana. Solet enim Scylax, cum ejusmodi navalium portuumque muris, urbes ipsas, siquæ fuissent, conjungere, etiam cum longe invicem abessent. Nec sane, cum urbem Bœotiæ mediterraneam Orchomenon memorarit (quam tamen Bœotiæ adjectam fuisse docet Strabo [2]), urbs omnium Bœoticarum primaria erat prætermittenda. Itaque eam, cum nulla hic compareat, suspicor adhuc nullam fuisse.

[1] Aliter interpungendus erat Scylac. locus. Conf. ibi not. — [2] Strab. l. IX, p. 411 (p. 631, init.).

Medio ergo tempore inter olymp. CXI, 2, et olymp. CXVI, 2, vixerit oportet, non quidem Scylax ipse, sed auctor ille saltem, cujus fidem Scylax, hac Peripli sui parte, secutus est. Serius nimirum quam Scylacem ipsum vult scripsisse Gronovius.

§. XV. Urbes sæpe antiquioribus, quam pro sua ætate, nominibus recensent excerptores, qualis erat Scylax.

In his certe collectaneis prudentius argumentabimur, si ex exemplis omnium recentissimis colligamus quam fuerit recens auctor ipse collectaneorum, quam si vice versa e locorum olim desolatorum mentione colligamus quam fuerit antiquus. Hoc uno alterove exemplo ostendam in auctore, cujus ætatem habemus exploratam. Nostram Britanniam, anno æræ nostræ Christianæ receptæ 43, in populi romani potestatem redegit Claudius, eo ipso tempore quo scripsit Mela. Hoc docent Melæ verba in hanc sententiam manifesta: *Britannia qualis sit, qualesque progeneret, mox certiora et magis explorata dicentur. Quippe tamdiu clausam aperit ecce principum maximus, nec indomitarum modo ante se, verum ignotarum quoque gentium victor, propriarum rerum fidem ut bello affectavit, ita triumpho declaraturus, portat* [1]. Ex illis verbis constat, jam in ipsa expeditione fuisse Claudium, cum scriberet Mela, qui tamen anno sequenti 44 rediit atque triumphavit. Hic tamen ipse Mela [2] Olynthum ita memorat, quasi tum quoque nondum fuisset excisa. Frustra ergo ex hoc exemplo Scylacis ætatem colligit Gronovius. Mihi certe suspicio est, urbem saltem illam a juniore aliquo principe fuisse restauratam, nec Philippi ætate antiquiores fuisse omnes eorum quos habemus hodieque

[1] Mel. l. III, c. 6, §. 4, Tzschuck. — [2] Mel. l. II, c. 2, §. 9.

numos. Potidæam præterea habet idem Mela, et quidem ita, quasi jam tum Potidææ receptum fuisset etiam nomen. *Ibi*[1] (inquit) *est Potidæa.* Et tamen nomen ejus in *Cassandriam* mutatum esse docet non junior modo Plinius, verumetiam antiquiores Mela, Strabo[2], atque Diodorus; certe ab ipsius, ut videtur, temporibus Cassandri. Successorum enim neminem scio, qui Cassandri nomine urbem fuerit appellaturus. De Olyntho autem ita loquitur, ut Mela, Strabonis etiam (quem solum hoc in loco habemus) epitomator: Ὅτι τῆς Ὀλύνθου ἐπίνειόν ἐστιν Μηκύβερνα ἐν τῷ Τορωναίῳ κόλπῳ. Ὅτι πλησίον Ὀλύνθου χωρίον ἐστὶν κοῖλον καλούμενον Κανθαρώλεθρον. Locum posteriorem ex opere Περὶ θαυμασ. Ἀκουσμ. desumsit fortasse Strabo. Sed et illum auctorem excidio sub Philippo juniorem fuisse probavimus. Et de Olyntho ita loquitur etiam Plinius[3]; itaque restauratam fuisse verisimillimum est. Quod si hoc, in tanto veterum silentio, minus credibile censuerit Gronovius; hic etiam exemplum habebimus, ut veterum, quos excerpserant, tempora cum suis juniores confuderint. Male ergo ex hac urbium olim dirutarum mentione Scylacis ætatem colligit Gronovius, cum etiam illum antiquiorum operum excerptoribus accensendum esse jam ostenderimus. *Brundisium* Gronovius ipse in Scylace deprehendit sub nomine Βορεοντίνων, et *Pellam* satis gloriose nominatam, cum dicat Scylax in illa fuisse *Regiam*. Non erant ergo urbes illæ inter argumenta, quæ antiquitati Sylacis faverent, qualis credebatur, accensendæ.

[1] Mel. l. II, c. 2, §. 11. — [2] Strab. l. VII, fin. Epitom. — [3] Plin. *Nat. Hist.* IV, 11; XI, 28; XVIII, 30. Imo ante *Scymnus Chius*.

§. XVI. Hodiernus periplus satis apte respondet primi auctoris consilio, convenitque cum persona ac ætate Scylacis Polybiani.

Hoc autem excepto, quod periplorum singulorum mores varios sapiat, e quibus periplum maris Mediterranei universalem compegit ipse Scylax; non video sane quin unius fili opus, quale ab auctore prodiit, hodieque habeamus; imo quale verisimile est ab ipso proditurum fuisse Scylace. Jam vidimus illum stadiorum numerum in dies convertisse, et noctes etiam ad dies redegisse, ut diurnis navigationibus Europæ, Asiæ Libyæque paraplos designaret. Nec est quod dubitemus quin, si non obstarent mendæ et lacunæ, summæ particulares universalibus fuissent responsuræ. Pollicetur præterea titulus ipse gentes, et regiones, et portus, et fluvios, et spatia navigationum, quæ certe videmus observari accuratissime, dum constat textus integer, et sibi consentaneus. Pollicetur idem titulus insulas septem habitatas, prout quæque adjacebat continenti; et sane a partibus continentis adversus ad insulas transitus facit, pro methodi ratione promissa. Addit titulus, καὶ αἱ νῆσοι αἱ ἑπτὰ αἱ οἰκούμεναι. Vix est cur Æolidas, quæ ipsæ septenario numero censebantur, eum in animo habuisse suspicemur. Alium ego potius septenarium cogitasse crediderim insularum in mari, de quo agebat ille, Mediterraneo, maximarum. Illum memorat auctor de Mirabilibus Auscultationibus [1]; earumque nomina recensent Diodorus [2] atque Strabo [3]; nempe Siciliam, Sardiniam, Cyprum, Cretam, Eubœam, Corsicam, Lesbum; et quidem ex Timæo Strabo. Itaque jam usque a Timæo receptus est numerus ille insularum maximarum septenarius; imo ante Timæum, si quidem recte opus

[1] *De Mir. Auscult.* pag. 1157. — [2] Diod. lib. v, cap. 17, Wessel. — [3] Strab. l. XIV, p. 654 (p. 967, A.), et Eustath. *in Dionysium*, v. 568.

de Mirabilibus Auscultationibus Theophrasto asseruerimus. Et sane catalogum insularum maximarum exhibet noster in operis fine Scylax. Ibi primum locum obtinent ipsæ illæ, quas modo recensuimus, septem insulæ. Numerat autem, fateor, Scylax XX. Num ergo alias, quæ septem primis subjiciuntur, insulas a manu recentiori fuisse suspicabimur? Quod scilicet alienæ videri possint a scriptoris consilio primario : quod, quale fuerit, e titulo didicimus. Non puto; imo titulum ipsum potius mutilum fuisse arbitror. Sic enim hodie conceptus est, quasi, præter septem, alias nullas insulas agnovisset οἰκυμένας. Atqui hoc nemo veterum, quod sciam, observavit; nemo certe, qui intra trium, quos volunt, Scylacum ætates vixerit; nemo a primorum etiam historicorum geographorumque ætate. Sic ergo fortasse titulus supplendus est, ut cum operis contextu et fine conveniat : καὶ αἱ νῆσοι αἱ ἑπτὰ [αἱ μέγισαι, καὶ λοιπαὶ] αἱ οἰκυμέναι. Addit præterea in fine diaphragmata quædam, quibus mos esset ut e Græcia trajiceretur in Asiam. Eo autem nomine lineolas intellexit in tabulis sui temporis geographicis, quibus maris trajecti plagæ, quasi sepimentis quibusdam, dirimebantur. Tales enim lineolas habemus, quibus itinera designantur, in tabulis veterum, quæ hodie exstant, omnium antiquissimis, nempe Peutingerianis ; etiam in itineribus pedestribus. Erant autem tabulæ istiusmodi Scylaci coævæ omnium antiquissimo. Sub illo enim Dario, qui illum misit Scylacem, tabulas geographicas ab Aristagora Milesio Cleomeni Lacedæmoniorum regi missas, auctor est Herodotus [1]. Imo ab Anaximandro Thaletis discipulo, ipso quoque Milesio, excogitatas testatur Laërtius [2]. Duo autem habet istiusmodi diaphragmata, et plane talia qualia erant a Scylace exspectanda. Aliud est ab

[1] Her. l. V, c. 49. — [2] Laërt. l. II, n.° 2; Agathemer. l, 1; Strab. l. I, p. 7,

Euripo Chalcidis ad Mycalem, cujus tamen per medias, quas recenset, insulas minus recta erat navigatio; aliud, a Tænaro fortasse promontorio, ὀρθὸν κατ' εὐθύ, per Cytheram certe, et Carpathum, et Rhodum, in continentem Asiæ minoris. Sed miror non vidisse interpretes, pro *Ægina* (quæ hic media ponitur inter Cytheram atque Cretam) reponendam esse *Ægila*. Mediam enim inter Peloponnesum et Cretam Αἰγιάλειαν insulam refert Stephanus[1]; mediam item inter Cytheram, oppidumque Cretæ Phalasarna *Ægliam* Plinius[2]: non aliam utique ab Αἰγιλίης Herodoti[3], et *Epla* Ptolemæi[4]: Ægliam certe apud Plinium e mss. fide restituit Harduinus. Hoc autem obiter. Quis autem hic non videt itinera maritima a Græciæ plaga septentrionali (quam amne Peneo concluserat Scylax) et meridionali designari a Scylace! Sic nempe fuerat ubique de Græcis urbibus inprimis sollicitus. Quis item non videt utrobique diaphragmatum lineas ad partes Asiæ minoris deduci meridionales! Plane ut Scylacem decuit, cujus patriam insulam Caryandam Caribus accensitam ipse testatur. Et quidem Mycalen olim Cariæ fuisse constat. Aliter se res habebat, cum scriberet Scylax; Mycalen enim Lydiæ ipse attributam esse docet. Hic etiam notam habemus seculi Polybio coævi. Post victum enim Antiochum, anno Varr. 566, Caria Rhodiis Romanorum bello in Antiochum sociis concessa usque ad Mæandrum[5]. Tum ergo Cariæ finis factus est Mæander, unde Cariam censet etiam Scylax. Postea (cum ancipites essent in bello cum Perseo) Rhodiis adempta est Caria[6], suique juris pronunciata: iisdem nempe limitibus, quibus antea Rhodiis fuerat attributa. Nempe

[1] Steph. voc. Αἰγιλία. — [2] Plin. *Nat. Hist.* IV, 12. — [3] Herodot. l. VI, 107. — [4] Ptolem. III, 6. — [5] Polyb. legat. XXV; Liv. l. XXXVIII, 39. — [6] Polyb. leg. XCIII; Liv. l. XLV, c. 25.

anno Varron. 587. Inde intelligimus cur per Rhodum posterius ductum fuerit diaphragma; quod scilicet Rhodiis, cum ille inciperetur navigationis cursus, Caria ipsa paruerit. Patet ergo unius esse fili hunc periplum universum; nec alteri auctori melius convenire quam Scylaci; et ne quidem seculo alteri aptius respondere, quam quod nos Scylaci tribuendum esse probavimus. Recentioris certe post Christum Scylacis, aut interpolatoris, nulla prorsus apparent, quæ credebant magni Vossii, indicia. Imo ex quo hic titulus operi præfixus legebatur, ægre admodum vel esse poterant.

§. XVII. Qualis fuerit Scylacis periodus. Tam periodum, quam periplum, videtur scripsisse juvenis.

Collegit autem, ut videtur, Scylax noster hunc periplum antea quam Itinerario pedestri manum admoveret. Si aliter fuisset, profecto aliquid de eo monuisset, cum urbes saltem in nonnullis peripli partibus recenset mediterraneas: nempe ut inde lector accuratiora hauriret, cum etiam mediterranea obiret ex professo, quam hic cum obiter tantummodo aliudque agens loca mediterranea perstringeret. Pro peripli autem exemplo verisimillimum est illam confectam esse γῆς περίοδον. Nempe, ut e variis variorumque navigatorum paraplis unum confecit maris Mediterranei periplum, ita e variis ὁδοιπόρων itinerariis invicem commissis unum conflaverit trium continentum, qua saltem mari Mediterraneo appropinquabant, περίοδον, et spatia locorum vel stadiis, vel diurnis itineribus distinxerit. Suspicor autem locorum non aliorum, quam qui a mari non longe abessent, in illa periodo factam esse mentionem. Cur ita suspicor, facit ipse Scylax. Πλοῦν enim et ὁδὸν ita invicem distinguit, ut πλοῦ nomine navigationis maritimæ spatium intellexerit inter urbes in ora sitas

maritima; ὁδοῦ autem, spatium inter easdem qua ex una in aliam transitus erat itinere pedestri. Ita e Buthoë in Epidamnum ΠΛΟΥ͂Σ (inquit[1]) ἐστὶν ἡμέρας καὶ νυκτὸς, ὉΔΟΣ δὲ τριῶν ἡμερῶν. Rursus ex Epidamno in Apolloniam ὉΔΟΣ ἡμερῶν δύο[2]. In eandem sententiam: Παράπλους εὐθὺς ἀπὸ Ἴστρου ἐπὶ Κριοῦ μέτωπον, τριῶν ἡμερῶν καὶ τριῶν νυκτῶν. ὁ δὲ παρὰ γῆν διπλάσιος· ἔστι γὰρ κόλπος[3]. Ita periodus fuisset maris interioris circuitus per ὁδοὺς, seu (ut e postremo loco constat) παρὰ γῆν. Et usus erat, ut ita de brevissimis constaret itinerum compendiis; et vere Περίοδος fuisset, si oræ præsertim terrestris intervalla in hoc alio ejus opere docuisset Scylax, sicut in periplo (quem habemus) oræ spatia docuit, præcipue maritimæ. Fieri autem potest, ut hæc et alia quædam, in quibus locórum mediterraneorum spatia legimus, e periodo, quæ periit, in periplum emanarint: seu id Scylacis ipsius opera, seu recentioris manu, contigerit. Potuit tamen causa fuisse cur periodus interciderit, si multa inde fuissent in periplum translata. Estque sane illa primaria vocis periodi significatio, ut nuspiam a rei ambitæ limitibus discesserit, dum ad primum motus exordium rediretur. Atque ita ab *hodæporicis* distingui solebant *periodi*: quod scilicet etiam recta itinera hodœporicorum nomine intelligenda venirent; περίοδοι autem et περιηγήσεις non aliæ appellarentur, quam quæ fuissent in circuitu. Tandem eo deventum, ut itineraria omnia periodi appellarentur, si saltem ad idem redirent, unde exorsa fuerant, initium, utcunque in medio a limitibus deflexissent. Ita civitatum *periodeutæ*, tam ecclesiastici quam civiles, loca suæ ditionis omnia, media pariter ac finitima, obibant. Ita sancti Petri aliorumque apostolorum periodos plerunque itinerariorum nomine latini reddunt interpretes, quasi nihil singulare

[1] Scyl. p. 9, Huds. — [2] Scyl. p. 10. — [3] Scyl. p. 29, 30.

habentes præ aliis itinerariis. Hæc vocis significatio, num Scylacis ætate fuerit recepta, nescimus. Spectant autem ad limites loca Scylacis a Strabone advocata. Saltem gentium regionumque maritimarum limites atque intervalla Scylacem in periodo designasse verisimillimum est, etiam qua continenti obversabantur. Nam et in periplo urbes sæpe recenset etiam mediterraneas; intervalla autem vix fere alibi præterquam in ora maritima. Sed diu periit, ut opinor, terrestre illud itinerarium. Neminem certe veterum observavi, qui inde testimonia advocarit post Strabonem. Scripsit præterea, ut existimo, utrumque itinerarium, antea quam refutaret Polybium. Est enim sane juvenilis admodum hic omnis labor colligendi potius quam judicandi. Nullus plane hic occurrit scriptorum delectus, quo operam suam lectori commendaret. Nulli hic observantur geographorum errores, nulla mendacia peregrinantium (quæ tamen frequentissima fuisse in sui quoque seculi geographia docuit Polybius), nullæ vel auctorum non dedita opera fallentium saltem discrepantiæ. Tam longe abest, ut studium argumenti, in quo versabatur, excolendi vel venditarit. Ne quidem eam curam adhibuit, ut eandem methodum ubique observaret, et quæ deerant in uno auctore, ea ex alio earundem regionum descriptore suppleret. Judicium nondum adultum aut maturum illa produnt, ni fallor, omnia. Aliter se rem habuisse verisimillimum est, cum scriptorem judicii subactissimi Polybium redargueret.

§. XVIII. Quæ habet Scylax de ora Africæ externa, non ex Hannone videtur accepisse, sed potius a Polybio [1].

Jam superiori dissertatione ostendimus, quæ habet Scylax de ora Africæ vixdum satis explorata, ea ipsum

[1] Contrarium contendit Ukertus in *Geogr. der Gr.* t. I, part. II, p. 296.

non ex Hannone didicisse; idque confirmare puto Scylacis nostri verba illa in peripli fine: Λέγουσι δέ τινες τούτους τοὺς Αἰθίοπας παρήκειν συνεχῶς οἰκοῦντας ἐντεῦθεν εἰς Αἴγυπτον, καὶ εἶναι ταύτην θάλατταν συνεχῆ· ἀκτὴν δὲ εἶναι τὴν Λιβύην. De eo autem dubitare non potuit, si quid de Hannonis periplo rescivisset, quem nos, pro veterum sententia, Africam ad mare Erythræum usque circumnavigasse jam ostendimus. Dubia saltem fuerit oportet pseudo-Hannonis fides apud illum qui ita scripserit, nec talis certe ut in communibus cum Hannone locis Hannonis fidem fuerit secuturus; imo ne quidem cum Hannone convenit. Ait Hanno a Carthagine ad Columnas, atque a Columnis ad Cernen, navigationes respondere; non ita Scylax. A Columnis enim ad Cernen dies numerat XII; a Carthagine autem ad Columnas dies tantummodo VII, noctesque VII. Noctium autem a diebus distinctarum calculus est quidem apud Scylacem frequentissimus, qui tamen nuspiam occurrit in Hannone. Ultra hanc (quæ a Columnis dierum XII navigatione distabat) Cernen negat navigari potuisse Scylax. Inde dies ad minimum XXVI se ultra pertigisse profitetur Hanno. Polybianæ Cerne, quam in extrema Mauritania contra montem Atlantem statuit Plinius [1], conveniunt potius nostri Scylacis illa quæ diximus, quam Hannoniana. Sic enim fuerit extremus Africæ versus occidentem limes, cum tamen ad eam aliquot dierum navigationes in orientem narret hodiernus Hanno. Convenit porro in eo quoque cum Polybio [2] Scylax, quod dubium eousque fuisse significarit, num peninsula esset Africa, an cum alia aliqua meridionali continente juncta. Sed quod addit, quæ ultra Cernen insulam sita essent, ea non fuisse propter maris brevia, et cœnum, et algam, navigabilia; ea potius fabulatorum

[1] Plin. *Nat. Hist.* VI, c. 31. — [2] Polyb. l. III, c. 38.

indolem fortasse sapiunt (ut jam observavit cl. Vossius), quam Polybii, scriptoris tam a fide quam judicio laudatissimi. Sed fieri potest, ut quæ ignorantiæ suæ celandæ causa obtendere solebant fabulatores, ea hic revera locum habuerint, obstiterintque quo minus ulterius Polybius in navigatione procederet. Algam certe in hac ora Africæ memorant etiam juniores, terrendis, in tanta rei nauticæ imperitia, navigatoribus satis opportunam. Et cœnum similiter et æstus et pelagos in ora Hispaniæ, ultra Columnas idem narrat fuisse Scylax[1]. Non tamen propterea oram illam ignoravisse putandus est, in qua tot memorat Carthaginiensium emporia: imo ad promontorium usque Sacrum, cujus meminit Scylax, oram illam Hispaniæ habebat exploratam. Sed in ea ora Hispaniæ omnia fuisse, quæ observavit Scylax, docet Strabo[2], qui eo seculo vixit quo omnia illa erant compertissima. Nec sane quisquam veterum est (quod quidem sciam) a quo hæc extra fretum Herculeum adeo accurata mutuari possit Scylax, præterquam a Polybio. Proximum ante illum, qui memoria recentissima rem geographicam excoluerit, Eratosthenem fuisse docet Strabo[3]. Hunc fuisse ait τελευταῖον πραγματευσάμενον περὶ τῆς γεωγραφίας, quem tamen de Iberia admodum imperitum convictumque a Polybio fuisse testatur[4]. Nec oras hasce navigavit Timosthenes, quem tanti fecit Eratosthenes, ut opus illius integrum in suos usus converterit, teste Marciano Heracleota[5]. Etiam situs locorum, et διαστήματα, quibus invicem distarent, pollicebatur, Strabone teste, Polybius[6]; plane pro consilio Scylacis, qui etiam ipse in ora maritima διαστήματα ubique designaverat. Sunt autem illa, fateor, plerumque stadiorum,

[1] Scylax, p. 1. — [2] Strab. l. III, p. 142, 143. — [3] *Ib.* l. II, p. 104. — [4] *Ib.* l. II, p. 93, 104, 107. — [5] P. 64, Huds. — [6] Apud Strab. l. X, p. 465.

non diurnorum nocturnorumque itinerum, pro methodo Scylacis. Sed qualia fuerint in oris ab ipso Polybio navigatis, non constat. Ibi consentaneum est, dies atque noctes, quas ille navigationi insumserit, fuisse numeratas. Poterat enim Polybius ipse, quod fecit Scylax, alienarum navigationum stadia in dies noctesque, aut vicissim dies et noctes in stadia, facili admodum supputatione convertere. Terminum præterea Asiæ Scylax in Tanai fluvio ponit: hoc etiam debuit fortasse Polybio. Erat enim certe sententia illa non veterum, sed juniorum. Veteres enim a Phaside Colchorum fluvio Asiam censebant. Agathemerus[1]: *Ἀσίας δὲ καὶ Εὐρώπης οἱ μὲν* ἈΡΧΑΪ́ΟΙ *(λέγουσι) Φᾶσιν ποταμὸν καὶ τὸν ἕως Κασπίας ἰσθμὸν, τὸν ἀπὸ Σάρβω· οἱ δὲ ὕστερον* ΝΕΩΤΕΡΟΙ *Μαιῶτιν λίμνην καὶ Τάναϊν ποταμόν.* Vel hinc obiter intelligimus, non adeo antiquum, quam vulgo creditur, fuisse Scylacem. Ita autem sensit certe Polybius[2]; et fortasse primus eorum, qui geographiæ excolendæ duces haberi solebant. Ætas enim ejus talis est, quæ, si junior censeatur, ita tamen prope accesserit ad eam quæ pro antiqua haberi solebat seculo Agathemeri, ut merito inter junioris ætatis primordia accenseri posset. Alexandri M. ætatem antiquam censuit anonymus, qui Scylacem nostrum propterea *ἀρχαιότατον* pronunciavit, quod illum antiquiorem Alexandro fuisse crediderit; et propinquos Alexandro, sed tamen juniores illo, antiquitatis, quam genti suæ asserit, testes advocat Josephus[3], ipse nihilominus senior Agathemero. Et de Tanai Asiæ limite eandem, quam Polybius, sententiam sequitur Scymnus Chius[4], Polybio ipsi non admodum ætate dispar, et juniores deinceps plerique omnes. Phaside Asiam terminabant, ut vere observavit Agathemerus, antiquiores Polybio

[1] Agathemer. lib. I, cap. I, p. 3, Huds. — [2] Polyb. lib. III, cap. 37. — [3] Joseph. l. I, *contr. Apion.* — [4] Fragm. v. 135, p. 51, Huds.

Æschylus[1] et Herodotus, et qui medium, inter maria Euxinum Caspiumque, isthmum pro Asiæ termino habebant. Meminit quidem utriusque termini Herodotus[2]. Id ergo vult Agathemerus: ita apud recentiores receptam viguisse sententiam de termino Asiæ Tanai, ut deinceps raro admodum lectorem de alia veterum sententia monuerint, quasi sola illa fuisset, nec ullæ unquam ea de re viguissent veterum discordiæ; loquiturque, pro illo recentiorum more, non Polybius modo, sed noster quoque Scylax. Quod si vere hæc e Polybio desumserit Scylax, ne quidem Carthaginis mentio et Corinthi ad Scylacis ætatem designandam faciet, sed auctoris potius illius quem in illa peripli sui parte Scylax ipse fuerit imitatus. Utcunque tamen ne Polybio multo junior esse possit, obstat qui eum antiquum censuit Strabo: obstat, quod tot loca antiquioribus ipso Polybio nominibus appellarit. Exempla jam supra dedimus: nunc aliud damus. Urbem in montis Atho cacumine Acrothon[3] memorat Scylax. Hujus loco inter alias Uranopolim successisse docet Plinius[4]. Hanc ab Alexarcho Cassandri fratre conditam ex Heraclide Lembo testatur Athenæus[5]. Obstat quod recentioris Polybio nominis locum nullum habet. Fieri vix potest ut tot olim seculis antiquata nomina collegerit Scylax, nec ullum unquam recentiorum nominum vestigium servarit, si tam nuperus ipse fuerit quam volebat Vossius. Prorsus credibile non est, ut, tot recentioribus accuratioribusque paraplis neglectis, ex antiquissimis tantummodo, tamque seculo suo, quo vixit ipse, remotis, sua omnia acceperit.

[1] Æschyl. *Prometh. solut.* ap. Arrian, peripl. p. 19, Huds. (Sed aliter Æschylus in *Prometh. vincto*, v. 733-735.) — [2] Herodot. l. IV, c. 45. — [3] Scyl. p. 26, Huds. — [4] Plin. *Nat. Hist.* IV, 10. — [5] Athen. l. III, c. 10.

EDITORIS DISSERTATIO

DE SCYLACIS ÆTATE, ET EJUS PERIPLI AUCTORITATE.

§. I. Id primum ex Herodoto[1] et ex Aristotele[2] discimus, Scylacem inclitum fuisse quemdam Caryandensem, sed qui per Orientalem oceanum navigasse, nec vero Mediterranei maris litora circumivisse refertur. Similia narrant Harpocration, Philostrates, Joannes Tzetzes[3]. Primus meminit Strabo[4] Scylacis cujusdam, Troada, Mediterraneo mari adjacentem, describentis, et locum hujus Peripli refert, quem in superstite libro omnino reperire est[5]. Equidem fateor locum quemdam Scylacis

[1] IV, 44. — [2] *Politic.* VII, 14. — [3] Vid. *Testimonia veterum in Scylac.* — [4] Lib. XIII, p. 583 (p. 873, C). — [5] Male Vossius in Præfatione credidit discrepare laudatum a Strabone Scylacis sui locum de Troadis terminis, ab isto peripli nostri loco. Vossii hæc verba sunt : « Hunc periplum » Scylacis esse ἐπιτομὴν et compendium majoris operis, nullus du- » bito. Multa enim hic leguntur, quæ plane sunt contra sententiam » Scylacis, in quibus epitomator erràverit. Hoc inde patet, quod cum » Scylax, teste Strabone (XII, p. 583), initium Troadis fecerit Lam- » psacum, hic a Dardano eam ordiatur. » Hunc ultimorum verborum errorem deprehendit Jacobus Gronovius in Dedicatione *(a)*, et eadem a Strabone et Scylace referri merito contendit. Gronovio adsentitur doctissimus *Coray (b)*. Etenim solet noster, quum locutione ἀπὸ πόλεως, vel ἐντεῦθεν.... utitur, hanc civitatem, vel hunc locum, in sequenti regione non includere, sed initium tantummodo post hunc locum relictum, sumere. Sic, apud Manios : ἀπὸ δὲ Νεστῶν ἐστὶν ὁ Νάρων ποταμός. Post Corinthum : ἐντεῦθεν ἤδη ἄρχεται ἡ Πελοπόννησος. Scilicet hic Corinthus ultra Peloponnesum recedit. Ulterius hæc : ἀπὸ δὲ τῆς Κορινθίων χώρας Μέγαρα πόλις ἐστί. Similis est Strabonis dicendi modus ; ἀπὸ Ἀβύδου ἄρχεται, id est, *relicta Abydo* incipit Troas. Apud utrumque igitur geographum, *Dardanus* prima Troadis urbs est, prætermissa Abydo Phrygiæ urbe.

(a) Supr. p. 158, 159. — *(b) Traduction française de Strabon*, ad loc. cit.

a Strabone [1] laudari, de Phrygibus et Mysis juxta Ascanium lacum incolentibus, quem in nostro Periplo minime reperias [2]. Sed inde concludendum potius deletos fuisse quosdam Peripli locos, quam diversum illum esse ab eo quem manu Strabo tractavit. Quum enim irrepserint interpolationes multæ, tum lacunas contra subesse consentaneum est; et plurimæ aperte insunt. Imo nimia paucitas est manuscriptorum, quam ut a Peripli prima recensione alienum putemus, si quid apud veteres auctores illi tributum, hodie in textu nostro non legatur. Ut ut sit, in his Strabonis verbis certe reperimus aliquid ad veterem Asiæ minoris et Thraciæ geographiam pertinentis, a Scylace φρῶτον exprimi. Sic *veterrimus* ille geographus, vel de Ponti Euxini et Europæ litoribus [3], declaratur.

§. II. Ad alia testimonia jam non transeo. Adessent quidem mihi Strabo [4], Marcianus, Stephanus, Festus Avienus [5], doctissimi veteris geographiæ indagatores, qui Scylacem unum cum celebratione prædicant, quod sit omnino παλαιὸς συγγραφεύς, παλαιὸς λογογράφος: imo illi nusquam duos exstitisse Scylaces distinguunt, dum simul omnes Herodoteum Indiæ exploratorem ignorasse non potuerint. Sed erunt qui, Dodwellum [6] et cl. *Niebuhr* [7] secuti, dicent veteres auctores in unum tres confudisse

[1] Lib. XII, pag. 566 (p. 849, A). — [2] Mihi in mentem venerat potuisse Strabonem non Scylacis ipsissima verba reddere, sed sententiam tantummodo; quasi voluisset ille tantum exprimere, Scylacem huc pertingentes Phryges Mysosque collocasse, ferme ubi *Ascanius* lacus est. Sic contigui lacus hoc nomen ex ingenio et ex natura locorum sumsisset Strabo. Sed alia ab his me averterunt, tum præcipue τὸ φήσας, quod de exscriptis vere verbis usurpari videtur. — [3] Strabonis nempe in loco, ubi auctor adfertur Scylax, agitur de gentibus e Thracia Europæa oriundis et Asiam incolentibus. — [4] Lib. XIV, p. 658 (p. 972, B). — [5] Conf. infr. *Testimon. veter.* — [6] *Dissert. in Scylac.* §. II. — [7] *Abhandl. der Königl. Akad. von Berlin*, 1804-1811; *Historisch. philolog. klasse*, p. 86.

Scylaces, et trium scripta uni tribuisse : quod equidem accidisse fateor, imo et in Suida prorsus agnosco, sed ita, ut recentiora diversorum scripta eidem auctori veterrimo prave tribuantur. Verum ad antiquitatem Scylacis nostri hæc nihil faciunt. Quum autem veterum testimonia erroris arguant doctissimi viri, quumque fere omnia de Scylace testimonia recentiora sint, quam ut Peripli nostri summam antiquitatem per se probent, nunc ex visceribus libri sententiæ nostræ rationes ducamus et componamus necesse est.

§. III. Sed primum, quum secunda dialecto attica hic Periplus constet, liquet Scylacem, si libri auctor ipse habendus est, non propria lingua, dorica scilicet, usum fuisse, imo vix Thucydidi coævum haberi posse; nam antea, attica dialecto, nondum constituta, uti minime potuisset, et ionicam potius linguam pariter ac Herodotus adhibuisset. Verumenimvero vix ego crediderim scribere potuisse Scylacem attica dialecto; nempe Homeri quidem dialectum imitati sunt Epici recentiores, utpote summi vatis carminibus consecratam : sed nihil tale jubet res geographica, nec illud, nisi multo serius, fieri potuisset, quum attica dialectus ob clarissimos scriptores suos invaluerit. Sed ita recentem non esse hanc nostram geographiam, spero, probabitur. Quid igitur? habemusne geographiam Scylacis, ab alio quam a Scylace profectam? Ita sentire quid judicio repugnat? Si enim in superstite Periplo, non sparsim, sed ex rerum summa, et ex permultis indiciis, argumenta antiquitatis surgunt; si antiquam geographiam tota libri compages redolet, illud ab auctore recentiori manare nullo modo potest. Recentis enim geographiæ hoc potius proprium est, veteres descriptiones ad præsentem rerum statum reducere, quam hodierna tollere, ut prisca

effingantur. Ait Dodwellus[1] nonnullos excerptores, sæpe antiquiora quam pro sua ætate nomina urbium recensere, et non sui, sed aliorum geographorum vetustatem mutuatam proferre. At longe diversa ne confundantur cavendum est. Credo equidem excerptores, antiquas urbes deletas, aut antiquam locorum celebritatem memorare; imo sæpius hæc verba repetit Plinius in titulis: *Hoc libro continentur situs, gentes, oppida, portus, qui sunt aut fuerunt.* Eadem non dicit, sed agit Stephanus, et hoc multum prodest. Sed oblivione obliteratos, post mutationes factas, regionum terminos nullus geographus restituere curat, dum ipsos sui temporis prætermittit. Interdum antiquos cum recentioribus limites, chronologiæ gratia, contulit Strabo; at illud copiosi geographi, nec vero periplum arcte scribentis, munus. Quid autem, ut infra videbimus, veterum Chalybum terminos, quid Arcadiæ et Molossorum regionis partem usque ad mare porrectam, quid Chaonios et Thesprotios ceu urbibus carentes referre excogitavisset auctor, Polybii, ut Dodwellus autumat, vel Philippi, ut cl. Ukertus[2] vult, coævus? Illud insuper considerandum, quod, si Periplus noster litorum a Græcia remotorum tantummodo statum antiquum retulisset, illud mediocre testimonium esset, quum potuerint recentiores geographi antiquos tantum terminos ob locorum ignorantiam describere: sed Græcia vetus fere omnino mihi datur, cujus adspectum non ultra tempora quædam definita mansisse compertum est; hæc, quamquam simul contraria aliquot surgant, animo obversentur necesse est.

§. IV. Hujus modi liber, iisdem fere semper ac jejunis scribendi formis constans, locum ionismis aut

[1] *Dissert. de Scylacis ætate*, §. XIV, init. — [2] In *Geogr. der Griechen und Römer*, tom. I, part. II, pag. 286.

dorismis vix dabat, qui facillime inter exscribendum in dies deleti sunt; imo atticum quemdam virum conjicio, Demostheni coævum, Scylacis viri celeberrimi Periplum suis dedisse, sæpius in suam dialectum vertendo, et additamentis perpaucis amplificasse. Ad illud ita cogitandum non parum valet locus ipsius Peripli (§. XLI, p. 260), de Corinthiaco isthmo hicce : Ἔστι δ' ἀπὸ θαλάσσης ἡ ὁδὸς πρὸς τὴν ἐπὶ ἡμῶν θάλασσαν, διὰ τοῦ ἰσθμοῦ στάδιοι τετταράκοντα. *Est a mari* (Crissæo) *ad nostrum mare, per isthmum 40 stadia.* Quid aliud est hoc mare ἐπὶ ἡμῶν, nisi *Saronicus sinus*, qui Piræum adluit? Scio equidem sæpissime Græcos mare mediterraneum ἡμετέραν θάλασσαν dicere, de quo cf. Tzschuckium ad Melam [1]: sed ibi nullo modo intelligi potest totum mare mediterraneum, neque scripsisset ex longinquo Scylax aliquid hujusmodi. Talibus igitur verbis proditur atticus calamus. Ad id nunc transeo, ut vetustatis argumenta in Periplo nostro ostendam.

§. V. Ego primum nollem Peripli antiquitatem male fulciri sequentibus Scylacis verbis ad Ambraciam : Ἐντεῦθεν ἄρχεται ἡ Ἑλλὰς συνεχὴς εἶναι μέχρι Πηνειοῦ ποταμοῦ; ex quibus concludit doctissimus vir *de Sainte-Croix* [2] referendos esse tales terminos ad ætatem Herodoto antiquiorem. Laudat vir egregius clarissimum Palmerium [3], de eodem Scylacis loco disserentem : « Herodotus, post Scylacem antiquissimus eorum, qui » exstant, eam adpellationem Ἑλλάδος magis extendit, » et cum Thessalia videtur comprehendisse Epirum, aut » saltem Thesprotiam Epiri potiorem partem, quum de » oraculo Dodonæo Thesprotiæ ait [4] : Τὸ γὰρ δὴ μαντήϊον » τοῦτο νενόμισται ἀρχαιότατον τῶν ἐν Ἕλλησι χρηστηρίων εἶναι ». Sed equidem arbitror neque Palmerium, neque cl. *de*

[1] Not. exeg. ad lib. 1, c. 1, §. 4, p. 45. — [2] *Mém. de l'Acad.* t. XLII, pag. 352. — [3] *Descript. Græc. antiq.* lib. 1, c. 3. — [4] II, 52.

Sainte-Croix, vim vocis συνεχὴς intellexisse, de qua vide not. 152. Nihil aliud ait Scylax, nisi hucusque se per hellenicas civitates transiisse, sed nunc adire Græciam συνεχῆ, *haud interruptam.*

§. VI. Sed meliora adsunt apud nostrum antiquitatis argumenta. Chaonios et Thesprotios totius litoris incolas a Cerauniis montibus usque ad Ambraciam, κατὰ κώμας *per vicos* habitare, et urbibus carere apud Scylacem legimus. Quod, ut recte vidit Palmerius[1], non nisi de priscis incolis jure dici potest, quum *Posidium*, Herodoto[2] urbem jam memoratam, *Onchismum*, *Buthrotum*, *Ephyram* (postea dictam Cichyrum), *Buchœtium*, *Elatriam Pandosiamque*[3] in his litoribus reperiamus, quæ Chaones, Thesprotii atque Cassopi tenebant. Quos populos semi-barbaros Thucydides[4] vocat, sed jam non amplius κατὰ κώμας incolentes refert.

§. VII. Quod ad remota tempora pertinere liquet, videmus Scylacis Chaoniam satis sese extendere meridiem versus, ut contrariam sibi Corcyræ insulæ partem habeat[5], recentiore vero ætate totam insulam a Thesprotiis ad septentrionem exæquari. Scymnus enim, ut Palmerius intellexit[6], Thesprotiæ totam Corcyram tribuit : Κόρκυρα νῆσος δ᾽ ἐστὶ κατὰ Θεσπρωτίαν[7].

Nulla in Periplo reperitur Epirus regio : habet noster *Thesprotiam*, *Cassopiam*, *Molottiam*, *Ambraciam*, atque deinde adjicit μετὰ δὲ Ἀμβρακίαν Ἀκαρνανία. Recentioribus tantum expresse distinguitur *Epirus*, inter quos Livius, cujus verba sunt[8] : *Acarnania.... inter Ætoliam atque Epirum posita.* Nullius Epiri meminit Herodotus, sed Thucydides tantum societatis cujusdam gentium epiroticarum. Sic ille : ... ἅμα

[1] *Græc. antiq.* lib. II, c. 2, p. 234. — [2] Lib. III, c. 91. — [3] Strab. lib. VII, p. 324. — [4] Lib. II, c. 68 et 80. — [5] Cf. §. XXIX, p. 253. — [6] *Græc. antiq.* p. 354. — [7] *Orb. descr.* v, 445. — [8] Lib. XXXIII, c. 17.

λέγοντες, ὅτι . . . πᾶν τὸ Ἠπειρωτικὸν Λακεδαιμονίοις ξύμμαχον καθεστήξει [1]. A Thucydide petendum hujus adpellationis initium. Homerus quidem Ἤπειρον quamdam laudat :

> Οἵ τε Ζάκυνθον ἔχον, ἠδ' οἳ Σάμον ἀμφενέμοντο,
> Οἵ τ' Ἤπειρον ἔχον, ἠδ' ἀντιπέραι' ἐνέμοντο . . . . [2].

Sed hic non eadem regio intelligenda est, quæ posthac *Epirus* dicta. Respondet Homerica *Epirus* Acarnaniæ litoribus. Nempe tacet poeta de Acarnania, et, in citato loco, de insulis fere tantum res agitur; at tandem transit ille *ad continentem, atque ad obpositas partes.* Porro quid Zacyntho et Cephaleniæ obpositum jacet, nisi nuper dicta Acarnania? Illud idem de Homeri verbis ait Strabo [3] : Ἤπειρον μὲν οὖν καὶ τὰ ἀντιπέραν τῶν νήσων βούλεται λέγειν, ἅμα τῇ Λευκάδι καὶ τὴν ἄλλην Ἀκαρνανίαν συμπεριλαβεῖν βουλόμενος. Sed male geographus sequentia adjicit : . . . . Τάχα τῆς Ἠπειρώτιδος τοπαλαιὸν μέχρι δεῦρο διατεινούσης, καὶ ὀνόματι κοινῷ Ἠπείρου λεγομένης, *forte quia Epirotica regio antiquitus eo usque pertingeret, communique vocabulo Epirus diceretur.* Hic etiam, ex perpetua consuetudine, in id præceps delabitur Strabo, ut quidquid geographicæ rei ipse cognosceret, illud Homero quoque olim cognitum esse velit. At minime Homerus hac voce Ἠπείρῳ eam cogitavit regionem, cui postea Pyrrhus rex imperavit. Ait quidem Strabo paullo infra [4], Epirum numquam Acarnaniæ nomine dictam fuisse; sed dignoscere etiam debuisset, nondum exstitisse alteram regionem proprie vocatam *Epirum*, ad septentrionem Ambracii sinus, dum Acarnania Homero adpellaretur Ἤπειρος. Homerus Acarnanas in navium Catalogo adnumeravit, sed non nominavit; inde orta Strabonis Ephorique discrepantia,

[1] Thuc. III, c. 102, fin. — [2] Homer. *Il.* II, v. 634, 635. — [3] Lib. X, p. 453 (695, C). — [4] Lib. X, p. 461, fin. (p. 709, B).

quorum prior contendit Acarnanas in Catalogo adnumerari [1], posterior silentio prætermitti [2]. Sic abest in veterrimis scriptoribus *Epirus* regio ; abest et in Scylace, quod non leve antiquitatis indicium. *Cf. not. 130.*

§. VIII. Accedit quod Molossos litorales solus, ut vidit Palmerius [3], faciat Scylax his verbis : Μετὰ δὲ Κασσωπίαν Μολοσσοί εἰσιν ἔθνος. . . . . καθήκουσι δὲ κατὰ μικρὸν ἐνταῦθα ἐπὶ τὴν θάλατταν· εἰς μεσογείαν δὲ πολλή. Id est : *Post Cassopiam Molossorum gens est. . . . . pertingunt autem huc aliquantulum ad mare ; sed multum in mediterranea regione (extenduntur).* Inde Palmerius, quem rarius deserit judicium, concludit tamen denegandam esse Scylaci suam auctoritatem, quia ab aliis geographis discrepat. Sed potius erat concludendum, ad alia tempora spectare hunc geographiæ statum, cujus a ceteris discrepantia antiquitas ipsa est.

§. IX. Eadem concludenda ex Arcadiis usque ad mare pertingentibus ; quod remotæ ætatis esse fere nemo non adsentitur. De gentibus quæ vicissim hujus litoris imperium tenuere, multa intricata refert Strabo [4]. Ait ille [5] Triphyliam sic adpellatam fuisse ex tribus gentibus, quibus hæc regio variis temporibus aucta fuit et constabat. Epeos primum, postea Minyas, tandem Eleos huc deducit, et adjicit ipse pro Minyis Arcadios a nonnullis auctoribus, in Triphyliam translatos fuisse, in media ætate inter Epeorum Eleorumque inclitam potentiam. Ulterius Strabo [6] Ephori sententiam sic refert : *Ætolum pepulit ex Elide Epeorum et Pisatarum rex Salmoneus ; imperium recuperavit vir ex Ætoli genere Oxylus, quem Heraclidæ in Peloponnesum reduces sua in Elide redintegrarunt. Unius momenti regnum*

[1] Cf. Strab. x, p. 461, fin. (p. 709, A). — [2] Ap. Strab. loc. cit. infra. — [3] *Græc. antiq.* pag. 322. — [4] Lib. VIII, pass. — [5] Pag. 337. — [6] Pag. 357, 358.

usurpavit Argivus vir Phidon, quem Elei, auxilio Spartanorum freti, pepulerunt; inde orta potentia Eleorum in Elide et in Triphylia usque ad Messeniæ terminos. Quid inde colligendum? 1.° In heroicis temporibus, Epeos Elidem et Triphyliam occupasse; 2.° ætate Heraclidarum in Peloponnesum redeuntium, anno 1190 ante Christum, suam Epeis potentiam ereptam fuisse, et Ætolos in Elide regnasse, mixtis secum Epeis et Pisatis (sed incertum, quid tum de Triphyliæ imperio fuerit); 3.° desinente tertio messeniaco bello, anno 456, Eleos regnum totius regionis obtinuisse, et totum litus usque ad Messeniam veluti absorbuisse, nec amplius fuisse vel nomen Triphyliæ, Πισατῶν δὲ καὶ Τριφυλίων, καὶ Καυκώνων μηδ' ὄνομα λελεῖφθαι[1]. Quibus ex omnibus elucet, ab anno 1190 usque ad annum 456, certos et diuturnos domitores non fuisse Triphyliæ, quæ Arcadiæ, Elidis Pisatarumve legibus parere vicissim potuit, et paruit. Hoc notandum, quod Minyarum gens, quæ ex Lemno insula et Bœotia in Triphyliam post trojana tempora devenit[2], non unam Triphyliæ imperasse dicitur, quum id ipsum Strabo confiteatur: Οἱ δ' ἀντὶ τῶν Μινυῶν, Ἀρκάδας φασὶν ἀμφισβητήσαντας τῆς χώρας πολλάκις[3]. Quod imperium non Arcadibus quoque tribuisset Strabo, nisi istiusmodi fama valde percrebuisset. Sequentia adjicit Strabo: Ἀφ' οὗ Ἀρκαδικὸς Πύλος ἐκλήθη ὁ αὐτὸς καὶ Τριφυλιακός. Hæc ditionem Triphyliæ sub Arcadiæ imperio testantur: sed quo tempore, non liquet; at certe ante annum 456, quod satis est ut Arcadia Scylacis Herodoto antiquior agnoscatur, et inde novum antiquitatis argumentum huic periplo jure vindicari possit. Nam si modo aliquot saltem annos decurrisse credamus ex illo Scylacis geographiæ statu, ad tertium messeniacum bellum, mox

[1] Strab. pag. 355 (p. 545, B). — [2] Strab. p. 347 (p. 534, A). — [3] Pag. 337 (p. 519, C).

O*

erit ut annum 490 ant. Christ. attingamus, ubi fere fuit Herodoti ortus morsque Darii majoris. Quæ ad Herodoteam ætatem nos aperte reducunt; et opus, quod de suo antiquitatis fastigio deturbari plurimi volunt, inconcussum retinent et tuentur.

Ingeniose cum cl. *Niebuhr*[1] compagem struit Ukertus[2], qua respicit Lepreon, urbs Arcadiæ addicta, ad tempus Lacedæmoniorum ab Epaminonda prostratorum. Nempe scribit[3] Thucydides fuisse tempora, quum Lepreon Arcadiæ pareret (incertum usquequo); sed, orto bello[4], Lepreatas ad Eleos confugisse, quibus paruerunt usque ad Thucydidis ætatem, si parvum intervallum excipias quo Lepreatæ, Lacedæmoniorum auxilio freti, ab Eleorum imperio defecerunt[5]. Iterum, florente Aristophane[6], Lepreon Eleis paruit, et vocatur illa apud Comicum *Lepreon Elea*[7]. Et tandem post victorias Epaminondæ, dum resurgerent tum Messenia, tum Arcadia, sese rursus Arcadiæ adnexit Lepreon. Sic enim innuit Xenophon[8], quum scribit Arcades auxilium Lepreatis dedisse adversus Eleos, ὅτι (Lepreatæ) Ἀρκάδες ἔφασαν εἶναι. Inde concludunt cll. *Niebuhr Ukertusque* Scylacem geographiam hujus temporis exprimere, quod e pugna leuctrica usque ad Philippum elapsum est, et sic paullo ante Philippum, suum periplum scripsisse. At quum multa alia prosint ad vindicandam majorem Periplo antiquitatem, ad alia transeamus argumenta, quæ, si non levia habentur, rationes erunt, cur hæc Scylacis *Lepreon*, Arcadiæ subjecta, ad tempora respiciat Eleorum dominatione superiora.

§. X. Messenen urbem (non mendose, meo

[1] In *Abhandl. der historisch-philolog. Klasse der Akad. von Berlin*, 1804-1811, p. 91. — [2] In *Geogr. der Griech. und Röm.* t. I, part. II, p. 292. — [3] Lib. V, c. 31. — [4] Hoc bellum, ni fallor, est Scylace posterius. — [5] Conf. Xenoph. *Hellenic.* VII, 1, §. 26. — [6] Ann. 418. — [7] *Av.* v. 149. — [8] Loc. cit.

judicio[1]) præbet noster, quæ in litore occidentali Messeniæ jacet, sat procul a loco ubi Messene altera fuit, ab Epaminonda restituta anno 370 ante Christum. Messene urbs, quam antiquissimam meo periculo[2] adpellaverim, hic distinguitur et non mediocri intervallo separatur ab Ithomo monte, quem tunc temporis non veluti arcem Messenes urbis, sed oppidulum esse per se ipsum Scylax exprimit. Sic antiquissima urbs Messene, et antiquissimus ideo geographus ille, qui Messenes prioris, silentibus postea aliis, meminit, declarantur[3].

§. XI. Voluit Gronovius[4] nihil aliud significari voce τεῖχος Θῆβαι, præter oppidulum, quod antiquissimam geographiam testaretur, nondum aucta urbe thebana. Egregius vir Dodwellus[5] vocem τεῖχος libentius credit non ad urbem ipsam, sed ad portum referendam esse; ideo quod fere semper Scylax τείχη sua in locis statuerit maritimis, et cum *portubus* junxerit atque *navalibus*. Et ista rectius quam Gronovii verba. Imo dixerim *omnino semper* apud Scylacem τεῖχος pro maritimo munimento usurpari. Vide *Bœotiæ* partem occidentalem Scylacis, *Corinthiam*, *Megaram*, *Atticam*, *Thraciam* passim, ubi semper τεῖχος pro maritimis munimentis usurpatur. Vide inprimis hunc locum *Atticæ*: Σούνιον ἀκρωτήριον καὶ τεῖχος, καὶ λιμένες δύο. Ῥαμνοῦς τεῖχος. ΕΙΣΙ ΚΑΙ ΑΛΛΟΙ ΛΙΜΕΝΕΣ ΕΝ ΤΗ ΑΤΤΙΚΗ ΠΟΛΛΟΙ. Ex sensu vocis

[1] *Vide* not. 207. — [2] Cf. Dodwell. *Dissert. ad Scylac.* §. IX. — [3] Immerito igitur, ni fallor, inde concludunt vv. cll. Bougainvillius in *Mém. de l'Acad.* (tom. XXVIII, pag. 266); et Ukertus (in *Geogr. der Gr. und Röm.* part. II, pag. 293), Scylacem scripsisse suum periplum in XX annorum intervallo (ab ann. 369 ad 349 ant. Chr.). Nempe metam antiquitatis apud nostrum videre sibi videbantur in eo, quod conditam ab Epaminonda urbem Messenen sequi deberet Scylax, ut eam laudaret. Sed res respicit ad urbem Messenen Epaminondæ superiorem. Ceterum conf. adnot. nostr. ad Messen. — [4] Supr. p. 158; de quo errant et Fabricius in *Bibl. gr.* lib. IV, c. 2, t. IV, p. 607, Harles., et *Niebuhr*, loc. cit. p. 88. — [5] In *Dissert. de Scyl. Peripl.* §. XIV, p. 190.

τεῖχος bene intellecto, concludit Dodwellus omitti in Scylace urbem Thebas, quæ nullum per octingentos annos excidium passa est, teste Diodoro, antequam ab Alexandro Magno deleta fuerit; ergo aut antiquum ultra modum esse Scylacem, aut excidio urbis longe posteriorem. *Medio ergo tempore*, ait ille, *inter olymp.* CXI, 2 [334 ant. Chr.], *et olymp.* CXVI, 2 [174 ant. Chr.], *vixerit oportet, non quidem Scylax ipse, sed auctor ille saltem, cujus fidem Scylax, hac peripli sui parte, secutus est.* Ego contra longe diversa ex hoc Scylacis loco consequi censeo, et sic totum interpungo : Αὐλὶς ἱερὸν, Εὔριπος τεῖχος, Ἀνθηδὼν τεῖχος· Θῆβαι, Θεσπιαὶ, Ὀρχομενὸς ἐν μεσογαίᾳ· εἰσὶ δὲ καὶ ἄλλαι πόλεις. Sunt enim maritima loca Aulis, Euripus, Anthedon, ex omnibus auctoribus; contra sunt mediterraneæ urbes, πόλεις, nec vero τείχη, Thebæ, Thespiæ, Orchomenus. Sic sua celeberrima urbs thebana veteri geographiæ superest. Sed hæc omnia minime ad Peripli ætatem spectant, nisi quod eum Alexandro antiquiorem efficiant; quod jamdudum apertum [1].

§. XII. Erunt qui mecum geographiam antiquam libenter prorsus agnoscent, si urbem Scylax in monte quodam collocaverit, ubi omnes postea montem tantummodo laudaverunt. Illud autem ipsum reperitur in capite Ἀμβρακία. *Vide not.* 153.

Limodorienses laudat noster [2], juxta montem Œtam et mare habitantes : de qua parvula ibi gente siluerunt ceteri geographi [3], ut scribit ipse Palmerius [4]; sed inde non concludendum erat mendosum esse hunc Scylacis locum, at potius, ob viri antiquitatem, in illius geographia reperiri.

[1] Conf. Ukertum, loc. cit. pag. 290. — [2] §. 63, p. 274. — [3] Limodorienses Didymus etiam collocat ad montem Œtam. Cf. Hesych. voc. Λιμοδωρ. — [4] Ad Scylac. loc. cit.

§. XIII. Florente Crœso, anno 556 circiter ante Chr., sese regio Chalybum extendebat usque ad regiones quæ ultra fluvium Halym jacent meridiem versus; quam latitudinem regionis testatur Pomponius his verbis [1]: . . . . *Paphlagoniam finit Armene. Chalybes proximi clarissimas habent Amison et Sinopen* . . . . Similia refert scholiastes ad Dionysium [2]; et testatur illud præcipue, quod Crœsus sub imperium hanc tantum redegerit Asiæ minoris partem, quæ intra Halym flumen includitur, Chalybes tamen et ipsos domuerit [3]. Vastam enimvero latamque fuisse antiquitus his in litoribus Chalybum dominationem docet Apollonius [4], qui illis Mysiam ipsam, aut saltem Mysiæ partem adscribit, his verbis :

> Αὔτως δ' αὖ Πολύφημον ἐπὶ προχοῇσι Κίοιο
> Πέπρωται Μυσοῖσι περικλεὲς ἄστυ καμόντα,
> Μοῖραν ἀναπλήσειν Χαλύβων ἐν ἀπείρονι γαίῃ.

Sic Polyphemo, ad ostia Cii fluminis fatale erat, postquam Mysis inclitam urbem molitus fuerit, fungi fato in Chalybum immensa regione. Ad hæc scholiastes de Cio amne : Προχοῇσι Κίοιο· ποταμὸς Μυσίας, ἀφ' οὗ ἡ Κίος ὁμωνύμως τῷ ποταμῷ. Apud Scylacem contra videmus Chalybes parvam regionem circa Jasonium promontorium incolere, intra Assyriam et Tibarenos. Scilicet ille rerum status ad res Crœso recentiores adtinet. Etenim Cyaxares prior, postquam Persarum regionem a Phraorte domitam [5], et alteras partes Asiæ paterno Mediæ regno adjecisset, fluvium Halym dominatione tetigit [6]. Non potuere tunc temporis Chalybes suum nomen, quasi dominatores, vicinis utrimque gentibus tradere, dum ipsi Medorum imperio parerent. Videmus ergo Cappadociam (dictam quoque Syriam [7] vel Leucosyriam), suam

[1] Lib. 1, cap. 19, §. 9, Tzschuck. — [2] v. 767. — [3] Herodot. lib. 1, c. 28. — [4] *Argonaut.* lib. 1, v. 1321. — [5] Herodot. l. 1, c. 102. — [6] Herodot. I, 72. — [7] *Ibid.*

extensionem recuperare, nomenque dare regioni, quam adluit *Pontus Euxinus* ad orientem *Halyos* amnis, et quæ inter Paphlagones et Chalybes extenditur. Herodotea enim ætate, Halys, antequam in mare delaberetur, intra Syros Cappadociæ et Paphlagones interfluebat[1]: Ὁ Ἅλυς ποταμὸς.... ῥέων ἄνω πρὸς βορέην ἄνεμον, ἔνθεν μὲν Συρίους Καππαδόκας ἀπέργει, ἐξ εὐωνύμου δὲ Παφλαγόνας[2]. Ergo illud *Assyria* erat. Inde liquet hanc Scylaceæ geographiæ partem ad tempora spectare quæ ex Crœso ad Herodotum effluxere. Nam post Herodotum, et Xenophontis ætate, mutati sunt omnino harum regionum termini, quum: 1.° Chalybes non amplius sint occidentem versus a Tibarenis, sed ad orientem inter Tibarenos et Mosynœcos, quibus subditi erant[3]: unde colligendum esse censeo, translatos fuisse a Mosynœcis victoribus Chalybes ab antiqua sua patria, ad orientales montes ubi similem σιδηρείαν usque tunc exercebant[4]; 2.° quum Paphlagoniam tunc a Jasonio fere promontorio oriri, et Assyriam hic non amplius esse, liqueat ex initio sexti libri Anabaseωs; ubi refertur Græcos, qui castra tenebant circa urbem Cotyoram, suum victum comparasse quosdam ex foro, quosdam prædationem in Paphlagonia exercendo. Atqui non potuissent ex Cotyora usque Tibarenorum urbem in Paphlagoniam prædatum ire, nisi proxima fuisset Cotyoræ Paphlagonia: et illud notatu dignum

[1] Herodot. loc. cit. — [2] Eadem reperias ap. Strabonem (lib. XII, p. 546), et ejus epitomatorem (ap. Huds. t. II, pag. 155). — [3] *Vide* seriem locorum geographicam ap. Xenophont. *Anabas.* V, p. 354, D, et pass. antea et postea. Ceterum eumdem ordinem secutus est Strabo (XII, 548), qui ex occidente in orientem *Tibarenos*, *Chaldæos*, *Sannos* seu *Macrones*, in mediterraneis supra Trapezuntis litora collocavit. — [4] Xenoph. (*Exp. Cyr.* lib. V, p. 354, E) hæc scribit: Οὗτοι (Χάλυβες) ὀλίγοι ἦσαν καὶ ὑπήκοοι τῶν Μοσυνοίκων, καὶ ὁ βίος ἦν τοῖς πλείστοις αὐτῶν ἀπὸ σιδηρείας.

quod Xenophon Colchos multo latius occidentem versus producat, quam Scylax. In Expeditione Cyri, Cerazus etiam in Colchide jacet[1]. Quantum mutati limites! Clarius inde patet illam Scylacis geographiæ partem auctoris esse, qui Darii Hystaspis coævus esse potuit, et certe Herodoto paullo antiquior haberi debet.

§. XIV. Alterum, nec repudiandum antiquitatis argumentum adferam, quod vicinos *Bechirorum Ecechiries* solus nominaverit Scylax[2]. De ista gente hæc jam scripsit Jacob. Gronovius (*Dedicat. in Scylac.* supr. p. 159): *sane etiam ab ista novitate tuentur eum* (Scylacem) Ἐκεχειριεῖς *ad Pontem Euxinum, indubitata vetustatis nota.*

§. XV. Quum taceat Scylax de Byzantiorum urbe clarissima, hæc scribit doctissimus *de Sainte-Croix*[3], ut silentii hujus rationem adferat, et inde scriptoris ætatem quasi integram servare valeat: *Les Mégariens fondèrent d'abord la ville de Sélymbria*[4], *et dans la suite celle de Byzance*[5] *sur les côtes du Bosphore de Thrace, où peut-être la première de ces colonies donna naissance à la seconde. Byzance devint en peu de temps assez puissante pour mériter l'attention des Ioniens et des Perses*[6]. *La flotte phénicienne, qui étoit au service de ces derniers, obligea les Byzantins d'abandonner leur ville, et de se retirer sur les côtes occidentales du Pont-Euxin, où ils bâtirent la ville de Mésembria*[7], *dans la première année de la* LXXI.*e olympiade [496 ans av. J. C.]. Scylax, décrivant avec son exactitude ordinaire les contrées maritimes de la Thrace, fait mention de Sélymbria et de Mésembria, et ne dit rien de Byzance : il écrivit donc son périple après la destruction de cette ville, ou plutôt, après l'émigration de ses habitans et la fondation de Mésembria.*

[1] Pag. 349, D. — [2] Cf. §. 82, not. 476. — [3] *Mém. de l'Acad.* t. XLII, pag. 357. — [4] Pausan. *Phoc.* cap. 4. — [5] Scymn. Chius, v. 714, 715. — [6] Herodot. lib. III, c. 193. — [7] Herodot. lib. VI, c. 33.

Byzance rentra au pouvoir des Grecs après la bataille de Platée[1]; Pausanias en chassa les Perses la quatrième année de la LXXV.e olympiade[2] [477 ans avant J. C.]. Dans la nomenclature que Scylax nous donne des colonies grecques du Bosphore, nous ne trouvons point Byzance, parce que cette ville n'étoit plus, au temps de cet écrivain, qu'un simple poste occupé par les Perses. Elle ne fut rétablie qu'en l'année 477 avant J. C., douze ans après la mort de Darius, qui est fixée par la chronique de Paros, sous l'archontat d'Aristide, la quatrième année de la LXXII.e olympiade [489 ans avant J. C.], et non pas la quatrième année de la LXXIII.e olympiade [485 ans avant J. C.], comme l'a cru le P. Pétau.

Inde nihil miror quod Scylax totam Bosphori longitudinem, quasi nuper belli legibus damnatam, silentio prætermiserit, et tantum ἀνάπλουν laudaverit; quod ego non de urbe intelligo, sed de itinere pedestri secundum litoris crepidinem facto, ut naves versus Pontum traherentur[3].

Aliter judicant cll. viri *Niebuhr*[4] et *Ukertus*[5] de Byzantiorum urbe in Scylace præterita; nempe illud esse tantummodo librariorum lapsum[6].

§. XVI. Superiorem Alexandro M. tantum, sed certe superiorem esse periplum hunc nostrum demonstrat civitas Tyrus, in insula apud Scylacem sita, et quæ exstitit usque ad Alexandrum[7], dum contra, post obsessionem a Macedonibus factam, hæc insula continenti, interjecta mole, adnexa fuerit[8]. Quod jam

[1] Thucyd. lib. I, c. 94. — [2] *Vide* Dodwell. *Annal. Thucyd.* p. 56, 57. — [3] Conf. ad loc. not. 415. — [4] Loc. cit. p. 98. — [5] Loc. cit. p. 294. — [6] Sic Ukertus: *Dass Byzantz nicht vorkommt, ist wohl nur Fehler der Abschreiber, und man darf daraus nicht folgern, was Sainte-Croix will.* — [7] Arrian. *de Exp. Alex.* lib. II, pag. 44, C, ed. Stephan. — [8] Diodor. XVII, c. 40, fin. tom. II, pag. 190 ed. Wesseling.; et *ibid.* c. 43, pag. 192, 193; Arrian. loc. cit. pag. 44, 46, D.

deprehenderunt cll. *Bougainvillius* [1], *Mannertus* [2] et *Niebuhr* [3].

§. XVII. Latii describit noster hunc statum, qui remotis tantummodo temporibus convenit. Scribit ille pertingere *Tyrrheniam* usque ad urbem *Romam*, et paullo ulterius : Τυῤῥηνίας ἔχονται Λατῖνοι μέχρι τοῦ Κιρκαίου. Sic initium Latii tantum Roma est, et in hac regione omnino confunditur ; nec romanæ ditioni hic tractus parere videtur. Quamdiu enim Roma regibus subdita fuerit, nempe usque ad annum 507 ant. Chr., cujus fere ætatis hæc est geographia, paucissimis urbibus, imo et nullis stabiliter Roma imperitabat. Scribit Livius [4] Prænesten, urbem Latii, descivisse a Latinis ad Romanos (anno 497 ant. Chr.), et paullo post videntur Latini tunc primum a Romanis subigi [5] : et exinde romanum imperium ferunt Latini, quum auxilium a Romanis poscant adversus Æquos [6], anno 492 ant. Chr., et anno tantum 374 seditionem moveant post *diutinam pacem*, ut ait ipse Livius [7]. Si periplus noster, florente jam romana potentia, scriptus fuisset, non tam pauca de illorum regione adumbrasset auctor, at saltem præcipuas aliquot urbes numerasset. Hæc igitur nostri verba respiciunt ad veterrimam ætatem. *Cf. not. 26.*

§. XVIII. Contendit Dodwellus [8] emporia Carthaginiensium in Hispania recentiora illis temporibus esse, quibus scripsisse Scylacem ferunt, et idcirco integram hanc partem, ubi de Iberia agitur, opus Scylacis non habendum esse. Egregie istius modi argumenta refellit cl. *de Sainte-Croix* [9], Diodoro teste [10] fretus, ex quo

[1] Loc. cit. pag. 266. — [2] *Geogr. der Griech. und Röm.* t. I, p. 70, ed. 1788. — [3] Loc. cit. p. 90. — [4] Lib. II, c. 19. — [5] *Ibid.* c. 19, 20 et 22. — [6] *Ibid.* cap. 30. — [7] Lib. VI, cap. 33. — [8] §. VI. — [9] *Mém. de l'Acad.* tom. XLII, pag. 369. — [10] Lib. III, cap. 20.

clarius intelligitur Carthaginienses remotis ex temporibus Siciliæ et Hispaniæ litora tenuisse. Xerxe scilicet suadente, Carthaginienses, ut Græcos Magnæ Græciæ, id est, Italiæ, incolas aggrederentur, dum Xerxes ipse ceteros Græcos domare pararet, copias ex Liguria, Italia, Gallia et *Iberia* collegerunt; quod non fieri potuisset, nisi jamdudum cognitum et calcatum fuisset Iberiæ litus. Imo, anno 160 post Carthaginem conditam, id est, anno 720 ant. Chr., in insulam *Ebusam* colonos misere Carthaginienses; et inde concludi licet, vel antea, vel tunc temporis saltem, investigatam fuisse totius Iberiæ orientalis oram, atque occupatam. Imo, si quæramus unde Scylax litoris hujus cognitionem sumserit, convertamur ad Phocæenses, qui, ut Herodotus ait [1], totam hanc occidentalem regionem jamdiu detexerant. Οἱ δὲ Φωκαιέες.... τόν τε Ἀδρίην καὶ τὴν Τυρσηνίην, καὶ τὴν Ἰβηρίην καὶ τὸν Ταρτησσὸν οὗτοί εἰσι οἱ καταδέξαντες. Quod iter Phocæensium ad annum 600um, Scylace prorsus antiquiorem, referendum est.

§. XIX. De Leucade apud Scylacem insula, de Cleostrato astrologo, de litoribus occidentalis Africæ extra Columnas jacentibus, et aliis quibusdam, vide, lector benevole, quæ disseruit doctissimus *de Sainte-Croix* [2]. Hæc omnia Dodwelli ingeniosam, sed parum cautam eruditionem redarguunt; quæ et similia non tibi referenda credidi, ne scribendi meta ultra tædii patientiam recederet.

§. XX. Contendit cl. Ukertus [3] recentiorem esse Scylacem, ex eo quod ampliorem geographiam amplexus fuerit, et plura nos doceat, quam Herodotus et Thucydides. Sed quid mirum, si vir, describendo Mediterranei maris periplo addictus, uberiores notitia-

[1] Lib. I, c. 163. — [2] Loc. cit. p. 362, 364, 371, 377, 378. — [3] Loc. cit. p. 290.

rum fontes quæsiverit, navigatores mercatoresque ubique interrogaverit et permulta didicerit, quæ discenda ne cogitaverunt quidem Herodotus Thucydidesque?

§. XXI. Scribit vir idem doctissimus minime Herodoti ætate illam geographicam fabulam percrebuisse, nempe esse Istro amni duplicem alveum, unum in Euxinum mare exeuntem, alterum in Adriaticum mare [1]. Illud vir cl. autumat in mentem geographis venisse, regnantibus tantum Philippo et Alexandro M. Etenim meminere hujus rei Aristoteles, Theopompus, Hipparchus, Strabo, &c.... At qua ratione freti, credamus hanc opinionem ab Aristotele primum manasse, et superioris ætatis geographos latuisse? Eam fabulam forsan noverat Herodotus, quam referre non curavit. Illud obiter huc iterum adferam, quod ad Scylacis hunc locum etiam adnotavi, aliquid nempe inter se commune, sed ipsis peculiare habere Scylacem et Herodotum, ut de Istro in Pontum Euxinum exeunte ambo animadvertant ejus ostium ad meridiem et Ægyptum spectare [2]. Posteriores autem geographi de hoc silent, et insulæ triangularis Peucæ meminerunt. Hæc scribendi similitudo aliquid gravitatis habet, et Scylacem ad Herodoti ætatem circiter retrofert.

§. XXII. Argumentum antiquitatis anno saltem 355° ant. Chr. superioris, exscribit Ukertus [3] ex *Mazochi* [4] et cl. *Niebuhr* [5]. Silet enim Scylax de *Brutiis*, qui in olympiad. CV, 3, gens esse cœperunt [6].

§. XXIII. Posteriorem contra anno 382° ant. Chr. Ukertus Scylacem constituit, quod in Italia *Celtarum*

[1] Cf. §. 20, pag. 246, et not. 79. — [2] Equidem fateor me hanc sententiam in Scylace, emendatione tantum facta, dignoscere; sed illud dulcissima omnium emendatio adfert, et idem jam suspicatus erat Holstenius. Conf. infr. not. 80. — [3] Loc. cit. pag. 294. — [4] *Tabb. Heracl.* p. 101. — [5] Loc. cit. p. 94. — [6] Conf. Wesseling. ad Diodor. lib. XII, c. 22; et XVI, c. 15.

meminit *in expeditione quadam relictorum.* Atqui meminere Polybius [1], Diodorus [2] Gallorum in Italiam invadentium, et hanc Celtarum expeditionem statuit Dionysius Halicarn. in olymp. XCVIII, 2, id est, in anno 382 ant. Chr. Scripsisset igitur Scylax suam geographiam paullo postea. Sed non semel Galli aut Celtæ invaderunt in litora maris Adriatici, ut Dionysius nos docet [3], imo et ipse Diodorus [4]. Ex longinquo igitur proficiscitur forsan hæc Celtarum circa Venetos habitatio [5]. Cf. etiam not. 61. et 310 ad Scylac.; et insuper considerandum ex cl. *Mazochi* (Tabb. Heracl. pag. 57), deesse in textu nostro Italiæ nomen, quasi tunc vix usitatum, dum reperiatur in Herodoto (III, 136), et Thucydide (VI, 2). Ceterum, si hujus peripli antiquitatem incerto, vel infirmo forsan tibicine quodam fulcire mihi acciderit, hujus antiquitatis unum tantummodo alterumve argumentum detrahendum erit; sed argumentationis summa nihilo secius constabit: illud vel maximum erit, si unum aut alterum novitatis interpolatum indicium deprehendas, quod sequentibus hisce adjicietur.

§. XXIV. Sed quum suam antiquitatem Scylax, sive ex veterum testimoniis, sive ex ipsa geographia si bene nobis perpendatur, vindicare merito possit, tum in eo elucet interdum recentior geographia.

Apprime sensit Isaacus Vossius, in præfatione ad hunc periplum, non potuisse Herodoto coævum Scylacem, longos Piræi muros in suo Periplo memorare. Munimentum Piræi (id est ὁ περίβολος), quod a longis muris secernimus, exstructum fuit a Themistocle anno 477, post navalem Salaminis pugnam [6]. Longos

[1] Lib. II, cap. 17 et 18. — [2] Lib. XIV, cap. 113, ed. Wesseling. — [3] *Antiq. rom.* tom. I, pag. 419, Francof. — [4] Loc. cit. paullo ulter. — [5] Conf. *de Sainte-Croix*, in *Mém. de l'Ac.* t. XLII, p. 370. — [6] Cf. Dodwell. *Annal. Thucyd.* ap. Beck. *Thuc.* t. II, p. 621, 638.

autem muros, τὰ μακρὰ τείχη, ædificare Athenienses primo belli peloponnesiaci anno cœperunt, 431° ante Chr. Hæc enim intelligi jubet Thucydides ex initio capitis 107, lib. I : et minime contra longis muris adludit his verbis : Ἔπεισε δὲ καὶ τοῦ Πειραιῶς τὰ λοιπὰ ὁ Θεμιστοκλῆς οἰκοδομεῖν.....[1], ut male voluit vir doctiss. *de Sainte-Croix*[2]. Sic intelligendus Plutarchus in Vita Periclis[3]. Nullo modo fieri potuit Scylacem sat diu (43 annis) Dario superstitem fuisse, ut longos Piræi muros cognoverit. Imo ægre crediderim hanc dicendi formam τὰ σκέλη a Scylace Herodoteo usurpatam fuisse, dum ea, neque Thucydides, neque Xenophon utantur, sed Aristophanes[4] primus de *Nisæa*, Megarensium portu, et nuperi posthac Plutarchus[5], Strabo[6] et Polyænus[7]. Verumenimvero videntur hæc σκέλη apud Comicum habenda pro populari tantum et metaphorica adpellatione, necdum in serio scribendi genere fuisse adhibita.

§. XXV. Laudatur etiam in Periplo, ut vidit idem Vossius, Amphipolis, quæ prius Ἐννέα ὁδοὶ vocabatur[8], secundumque illud nomen tum recepit, quum Agnon Niciæ filius, expulsis Edoniis, coloniam Atheniensium illuc adduxisset, uno et sexagesimo anno post Milesium Aristagoram Darii iras fugientem[9]. Scylax ea non tetigit quæ circa bellum peloponnesiacum sunt. Conjicit doctissimus *de Sainte-Croix*[10] insertum fuisse illud nomen in Scylacis geographia a posteriore quodam librario; imo equidem credo a semi-

[1] Lib. I, cap. 93. — [2] Cf. *Mém. de l'Acad.* t. XLII, pag. 359, 360. — [3] Pag. 160, A., edit. Francof. — [4] Lysistrat. v. 1172. — [5] Plutarch. in *Cim.* t. I, p. 487, B. Ruald. — [6] De Nisæa, Megarensium portu, lib. IX, pag. 392, et de ipso Piræo, lib. IX, pag. 395 (pag. 606. B). — [7] *Stratag.* lib. I, c. 40, §. 3, p. 29, ed. Coray. — [8] Vid. *Harpocrat.* voc. Ἀμφίπολ. — [9] Thucyd. lib. I, cap. 100; lib. IV, cap. 102; cf. *de Sainte-Croix*, *Mém. de l'Acad.* t. XLII, p. 361. — [10] Loc. cit.

doctis inter recentiores geographis plura illata fuisse: suum igitur Scylaci non denegandum est opus, sed deneganda incolumitas.

§. XXVI. Ex urbibus Thronio et Crenide, quæ solent Locridis pars esse, et quas Scylax in Phocide posuit, Palmerius[1] Periplum non ita antiquum esse concludit, utpote Diodoro[2] fretus, ex cujus verbis colligitur Thronium urbem Locris ereptam fuisse a Phocensibus, anno 353 ante Christum. Contendit cl. *de Sainte-Croix*[3] auctorem Peripli sua documenta de Thronio non mutuatum fuisse ex Æschine[4], quòd vult Palmerius, et minime ob tale argumentum recentiorem habendum esse librum; sed posse hanc Thronii expugnationem ad antiquiora tempora removeri. Sic ille: *Ce n'étoit point la première fois que ce peuple eût fait de pareilles entreprises contre les Doriens, parmi lesquels les habitans de la Locride étoient comptés*[5]. Ut ut sit, interpolationem potius ibi viderem, quam recentioris Peripli totius argumentum.

Illud etiam alienam manum prodere mihi videtur, quod in §. 109, pag. 314, quædam de parva Syrti habeamus, quæ Herodoto, hæc loca diligentius exploranti, ignota fuere. *Cf. not. 712.*

§. XXVII. Reperitur quoque in hoc periplo civitas Θουρία, cujus nomen nuper insertum fuisse opinor, quamvis ter repetatur. Primum enim (p. 240): Λευκανοὶ Σαυνιτῶν ἔχονται μέχρι Θουρίας. Cf. paullo infra, et tandem p. 242, ubi hæc: . . . καὶ Τυρία (rescrib. Θουρία) πόλις. Testatur autem Strabo[6] socium fuisse Herodotum coloniæ ad condendam Thuriam deducendæ. Minime

[1] *Græc. antiq.* pag. 566, 567; conf. Ukertum, loc. cit. pag. 294. — [2] Lib. XVI, cap. 33. — [3] *Mém. de l'Acad.* tom. XLII, pag. 366. — [4] *De fals. Legat. orat.* pag. 286, tom. I. — [5] Cf. Thuc. I, cap 107. — [6] Lib. XIV, pag. 656 (p. 970, A).

ergo potuit Scylax noster surgentem urbem videre et memorare. *Cf. not. 59.*

§. XXVIII. Ego nunc, quod Jacobus Gronovius[1] aliis quibusdam exprobravit, persuadere nolim, hunc Periplum Græcorum posteriorum cujusvis esse, potius quam Scylacis; neque omnino contra, integritatem operis extra suspicionem esse omnino adfirmare velim: sed pretiosum egregiumque remotæ antiquitatis monumentum a temerariis et inconsultis dubitationibus servari cupio. Et hoc ipsum, ni fallor, eo certius adsequi dabitur, quo magis aliena additamenta secreverimus.

Suum prorsus periplum Scylax non ipse, sed ex aliis singularium partium inter se commissis periplis, confecit; sic scribit Dodwellus[2]. Equidem non diffiteor ex omnibus locis lucem et documenta virum sumsisse : sed hæc nihil de illius ætate statuunt. Junior erit mihi Scylax, si aliorum antiquitatem, illius novitatem separatim demonstraveris : sed quid dicam de ista argumentandi ratione, si, ex eo quod Scylacem propius ad nos descendere velis, eum epitomatorem veterum esse proprio jure contendas? Adsunt veterum testimonia, adest geographiæ ipsius, ut ita dicam, chronologia; ex duplici hoc testimonio satis superque fiduciæ licentia datur, ut vetustatem suam vetustis monumentis, quamvis non integris, non denegandam esse contendamus.

§. XXIX. Antiquas videre mihi videor ædes, in quibus omnino elucet veteris architecturæ labor, sed quas recentis laboris summam esse quispiam voluerit, ideo quod partem earum aliquam recentior artifex ad recentiorum ædium similitudinem restaurando effinxerit. At certe antiquam molem superadditum ex parte figmentum non obtegit, imo non delet.

[1] *Supr.* p. 157, lin. 30, 31. — [2] §. XIII.

Ergo recentiori manu quadam exscriptum et pauxillum contrectatum Scylacis Periplum habemus, sed Scylacis, quem initio quinti ant. Chr. seculi, atque Darii majoris ante obitum vixisse et suum periplum scripsisse, valde nobis compertum est.

En accipe, lector, ex cl. Ukerto[1] varias variorum opiniones de Peripli nostri ætate. Nempe visum est *Lucæ Holstenio*[2], *Fabricio*[3], *Hagero*[4], *de Sainte-Croix*[5], *Bayero*[6] aliisque, hunc eumdem illum esse peripli auctorem, qui Herodoto laudatur. Censet *Mazochi*[7], Scylacem fuisse Herodoto coævum, sed paullo serius sua scripsisse. Si *G. J. Vossio*, *Isaaco Vossio*[8], *Dodwello*[9] et *Wassio*[10] crediderimus, fuerit Scylax Polybio coævus. Statuit *Mannertus*[11], nostrum floruisse ad initium belli Peloponnesiaci; *Bougainvillius*[12], ab anno 370 ad 360 ante Chr.; *Cluverius*[13] et *Voss*[14] illum judicant Timæo juniorem; et ultimus *Niebuhr*[15], cui adsentitur *Ukertus*[16] ipse, conjicit Scylacem suum Periplum scripsisse sub dimidiam partem primam regnantis in Macedonia Philippi; atqui regnum obtinuit Philippus anno 360° ante Christum.

[1] In *Geograph. der Griech. und Röm.* tom. I, part. II, pag. 285, 286. — [2] Bredowii *Epistol. Parisiens.* p. 13. — [3] *Biblioth. græc.* IV, p. 106. — [4] *Geogr. Büchersaal,* part. I, p. 560. — [5] *Mém. de l'Acad. des inscript.* t. XLII, p. 350; *Exam. crit. des hist. d'Alex.* p. 730, ed. II. — [6] *De situ Scythiæ* Comm. Petrop. t. III, pag. 96. — [7] *Tabb. Heracl.* pag. 101. — [8] Ad Scylac. et ad Mel. p. 594. — [9] Dissert. in Scyl. — [10] Ad Thuc. l. II, c. 97. — [11] *Geogr. der Griech. und Röm.* part. I, p. 70. — [12] *Mém. de l'Acad. des inscript.* t. XXVIII, p. 266. — [13] *Ital. Antiq.* lib. IV, c. 4, p. 1166. — [14] *Weltkunde der Alten*, p. 7. 10. — [15] *Abhandl. der Königl. Akad. von Berlin*, 1804 - 1811, Historisch-philolog. klasse, pag. 83. — [16] Loc. cit. p. 286.

SCYLACIS EDITIONES.

Ex Jo. Alb. Fabricii Bibliotheca græca *(lib. 4, c. 21, tom. IV, pag. 608. sq. ed. Harles.)*

[Codd. mssti pauci exstant. Ex codice *Palatino* edidit Scylacem Hœschelius; vide Sylburg. Catal. mss. gr. n.° 142. In bibl. Bodleiana codex esse traditur. In biblioth. Parisina sunt quidem tres codices, nr. 39, 1603 et 3054, qui continent geographica quædam et fragmenta; at incertorum auctorum : atque Sainte-Croix testatur, se in illa nullum reperisse Scylacem. In bibl. *Augustana* Vindel. *Artemidori* geogr. epit. *Scylax, Isidorus* Charac. *Dicæarch.* et Periplus Paphlag. In biblioth. Vindob. (teste Kollario in Supplem. I, ad Lambecii comment. pag. 537), cod. 84, n.° 4, est incerti auctoris schol. de duodecim ventis, et fragmentum s. excerptum hydrographicum navigationis per pontum Euxinum a Bosporo Thracio usque ad Bosporum Cimmerium, vid. supra in notit. codd. Dionysii Periegetæ. In biblioth. quadam incerta, cujus catalog. dedit Lamius in Deliciis eruditorum, Florent. 1743, in-8.°, pag. 8, cod. 3, bis præbet *Agath.* geographiam. *Harl.*]

Primus græce edidit Scylacem David Hœschelius una cum Marciano Heracleota, Artemidoro Ephesio, Dicæarcho Messenio et Isidoro Characeno: Augustæ Vindel. 1600, in-8.° (1), additis brevibus notis sive castigationibus. Edidit autem ex codice Palatino, in quo hunc reperit titulum : Σκύλακος τοῦ Καρυανδέος περίπλους τῆς οἰκουμένης Εὐρώπης καὶ Ἀσίας καὶ Λιβύης, καὶ ὅσα καὶ ὁποῖα ἔθνη ἕκαστα, ἑξῆς καὶ χῶραι, καὶ λιμένες, καὶ ποταμοὶ, καὶ ὅσα μήκη τῶν πλῶν, καὶ αἱ νῆσοι αἱ ἑπτὰ αἱ οἰκούμεναι καθότι ἑκάστη κεῖται τῆς ἠπείρου. Postea lucem vidit græce et latine cum tralatione et notis eruditis atque castigationibus *Isaaci Vossii*, tum vix unum et viginti (2) nati annos, Amstel. 1639, in-4.°,

(1) In biblioth. Leidensi est exemplar, cui quædam adscripsit Isaacus Vossius. Vide catalog. illius bibl. pag. 162, n.° 133; etiam catalog. libr. *mss.* Angliæ, &c., inter codd. Vossianos, pag. 70, n.° 2721. *Harles.*

(2) Natus Isaacus Vossius, Lugduni Batavorum, 1618, fatis concessit Londini 1691.

subjuncto Anonymi periplo Mæotidis Paludis et Ponti Euxini, quem a Salmasio acceperat (1), cui etiam librum dicavit (2). *Ita enim par erat,* inquit, *ut primitiæ juventæ nostræ primo, si pateris, virorum cederent.* Loca quædam Scylacis ab eo tempore illustravit, ne Phil. Cluverium, Meursium, Bochartum, Holstenium, Salmasium aliosque paucos, qui hoc obiter in scriptis suis fecerunt, jam memorem, *Jacobus Palmerius* Grentesmenilius in Exercitationibus ad optimos auctores græcos, Lugd. Batav. 1648, in-4.°, pag. 268 - 282, et sparsim in Græcia antiqua. De hoc Isaacus Vossius ad Catullum p. 257. *Multus est in hoc Scylacis loco vir doctus Jacobus Palmerius, ubi excutit observatiunculas, quas pueri olim edidimus, sed ut hoc, ita quoque ceteris in locis feliciorem instituere potuisset censuram.* Ab eo tempore *Jacobus Gronovius* edidit geographica antiqua Lugd. Batav. 1697, in-4.°, in quibus Scylax, Vossii, Palmerii et Gronovii ipsius notis illustratus et emendatus, præmittitur Anonymi Periplo, Agathemeri Hypotyposi geographiæ et Expositioni mundi, a Jacobo Gothofredo editæ.

Inscriptio hæc est :

Geographica antiqua, h. e. *Scylacis periplus maris mediterranei. Anonymi* Periplus Mæotidis et Ponti Euxini. *Agathemeri* Hypotyposis geographiæ. Omnia græco-latina. *Anonymi* expositio totius mundi, latina. Cum notis Is. Vossii, J. Palmerii, S. Tennulii et emendationibus *Jacobi Gronovii.* Lugduni Bat. 1697, in-4.° Hujus editionis quædam exemplaria, in fine aucta, novam acceperunt in fronte inscriptionem, ut mox videbimus. *Hudsoni* enim cura paullo post lucem viderunt sæpius jam memorati.

Geographiæ veteris scriptores ; cum interpretatione latina, dissertationibus et annotationibus, vol. I ; Oxoniæ, 1698, in-8.°

In his *Scylacis* Periplus, græce cum versione Isaaci Vossii latina, locum obtinuit secundum. Textui subjectæ sunt variæ lectiones et conjecturæ, maximam partem e Vossii et Gronovii editionibus sumtæ. Notæ Palmerii, Berkelii, Vossii, Gronovii, cum paucis Hudsoni, adjectæ sunt in calce p. 7-62.

At Gronovius ægre tulit, quum istos auctores tam repente recusos suasque notas, integras quidem ad summam, sed pro

(1) Vid. Casauboniana, pag. 2 et 200. *Heum.*

(2) In bibl. Leidens. (catalog. pag. 201, n.° 602), est exemplar cum Is. Voss. not. msstis. *Harles.*

subitu tamen truncatas, mutatas, etiam (ut conquestus est) alienis verbis adulteratas, cerneret: nec Dodwelli rationes de ætate Scylacis, suis crebro oppositas, probare potuit. Quare exemplaribus editionis suæ, a librario nondum venditis, operi novum titulum præfigere jussit, et adjecit acerbam quidem, at doctam disquisitionem, in qua editionem Oxoniensem Hudsonique consilium graviter culpavit, præcipue Dodwelli de Scylacis ætate sententiam argumentaque late persequutus acriter impugnavit. Singulas autem Dodwellianæ dissertationis paragraphos recudi fecit, iisque examen et responsiones sæpe virulentas subjecit. Huic disputationi, quæ 60 paginis constat, præmisit inscriptionem: *Jacobi Gronovii animadversio in recentem ab Oxonio Scylacis editionem et dissertationis de Scylacis ætate examen. Accedit excerptum Ephori ex typographia christiana servatum in bibliotheca Medicea et ab eodem descriptum.* Inde mutato tantum et a. 1700, signato folio, altera inscriptio enata est:

Geographica antiqua.......... et emend. Jacobi Gronovii. Cujus accedit anim. in Oxon. edit. et examen dissertationis de ætate Scylacis cum fragmento Ephori. Lugduni Batav. ap. Jordanum Luchtmans, 1700, in-4.°

Excepta illa animadversione, editiones annis 1697 et 1700, non diversæ sunt nec repetitæ, sed una eademque. Hudson autem Gronovii obtrectationibus modeste et paucis respondit in præfat. ad II volumen. Quoniam vero Gronovius *Ephori* fragmentum suo examini subjecerat, id forsan commovit Hudsonum, ut illud, quamquam bis promiserat, collectione sua excluderet.

Ad Scylacem illustrandum et emendandum pertinent *Theoph. Sigefr. Bayeri* comm. de situ Scythiæ sub ætatem Herodoti, tom. I Commentar. Petropolit. pag. 404 sqq. et *Bocchi Slothouwer*, I. V. D. et Rectoris Doccumani, tirocinium criticum in veteres auctores, præsertim Orpheum, *Scylacem* et Apollonium. Leoward. 1792, med. 8. Conf. Ephemer. litter. Gottingens. anno 1792, n.° 192, pag. 1923 sqq.

TESTIMONIA VETERUM
DE SCYLACE.

HERODOTUS, *Melpomene*, lib. IV, cap. 44.

Τῆς δὲ Ἀσίης τὰ πολλὰ ὑπὸ Δαρείου ἐξευρέθη· ὃς βουλόμενος Ἰνδὸν ποταμὸν, ὃς κροκοδείλους δεύτερος οὗτος ποταμῶν πάντων παρέχεται, τοῦτον τὸν ποταμὸν εἰδέναι τῇ ἐς θάλασσαν ἐκδιδοῖ, πέμπει πλοίοισι ἄλλους τε τοῖσι ἐπίστευε τὴν ἀληθηίην ἐρέειν, καὶ δὴ καὶ Σκύλακα ἄνδρα Καρυανδέα. Οἱ δὲ, ὁρμηθέντες ἐκ Κασπατύρου τε πόλιος καὶ τῆς Πακτυϊκῆς γῆς, ἔπλεον κατὰ ποταμὸν πρὸς ἠῶ τε καὶ ἡλίου ἀνατολὰς ἐς θάλασσαν· διὰ θαλάσσης δὲ πρὸς ἑσπέρην πλέοντες, τριηκοστῷ μηνὶ ἀπικνέονται ἐς τοῦτον τὸν χῶρον, ὅθεν ὁ Αἰγυπτίων βασιλεὺς τοὺς Φοίνικας, τοὺς πρότερον εἶπα, ἀπέστειλε περιπλώειν Λιβύην.

ARISTOTELES, *Polit.* VII, cap. 14, tom. II, pag. 442 B, Lutet. 1619.

Ἐπεὶ δὲ τοῦτ' οὐ ῥᾴδιον λαβεῖν, οὐδέ ἐστιν, ὥσπερ ἐν Ἰνδοῖς φησὶ Σκύλαξ, εἶναι τοὺς βασιλέας τοσοῦτον διαφέροντας τῶν ἀρχομένων, φανερὸν ὅτι διὰ πολλὰς αἰτίας ἀναγκαῖον πάντας ὁμοίως κοινωνεῖν τοῦ κατὰ μέρος ἄρχειν καὶ ἄρχεσθαι.

STRABO, lib. XII, pag. 566 (pag. 849 A, ed. Amstel. 1707).

Ὅτι δ' ἦν κατοικία Μυσῶν ἡ Βιθυνία, πρῶτον μαρτυρήσει Σκύλαξ ὁ Καρυανδεὺς, φήσας περιοικεῖν τὴν Ἀσκανίαν λίμνην Φρύγας καὶ Μυσούς.

Ibid. lib. XIII, pag. 583 (pag. 873 C).

Σκύλαξ δὲ ὁ Καρυανδεὺς ἀπὸ Ἀβύδου ἄρχεται (τὴν Τρῳάδα).

Ibid. lib. XIV, pag. 658 (pag. 972 B).

Εἶτ' εὐθὺς ἡ Μύνδος, λιμένα ἔχουσα· καὶ μετὰ ταύτην Βαργυλία, καὶ αὕτη πόλις· ἐν δὲ τῷ μεταξὺ Καρύανδα λίμνη (rescribe λιμὴν cum Berkel.), καὶ νῆσος ὁμώνυμος ταύτῃ, ἣν ᾤκουν Καρυανδεῖς. Ἐντεῦθεν δ' ἦν καὶ Σκύλαξ ὁ παλαιὸς συγγραφεύς.

HARPOCRATION, pag. 174, ed. Gronov. Lugd. Bat. 1696 (voc. Ὑπὸ γῆς οἰκοῦντες).

Ὑπὸ γῆς οἰκοῦντες, λέγοι ἂν τοὺς ὑπὸ Σκύλακος ἐν τῷ Περίπλῳ λεγομένους Τρωγλοδύτας, καὶ τοὺς ὑπὸ Ἡσιόδου ἐν τρίτῳ καταλόγου Κατουδαίους ὀνομαζομένους. Ἀντιφῶν ἐν τῷ περὶ ὁμονοίας.

MARCIANUS HERACLEOTA *in Epitome Artemidori et Menippi*, pag. 63, Huds.

Οἱ μὲν μερῶν τινῶν, οἱ δὲ τῆς ἐντὸς πάσης θαλάσσης, οἱ δὲ τῆς ἐκτὸς περίπλουν ἀναγράψαντες· οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ Σκύλαξ ὁ Καρυανδεὺς, καὶ Βοτθαῖος. Οὗτοι δὲ ἑκάτεροι διὰ τῶν ἡμερησίων ἤχων (rescrib. Voss. ἡμερονυκτίων), οὐ διὰ τῶν σταδίων τὰ διαστήματα τῆς θαλάσσης ἐδήλωσαν.

PHILOSTRATUS *in Vita Apollonii Tyanei*, lib. III, cap. 14.

Σκιάποδας δὲ ἀνθρώπους, ἢ Μακροκεφάλους, ἢ ὁπόσα Σκύλακος συγγραφαὶ περὶ τούτων ᾄδουσιν, οὔτε ἄλλοσέ ποι βιοτεύειν τῆς γῆς, οὔτε μὴν ἐν Ἰνδοῖς.

In voce Καρύανδα *apud* STEPHANUM.

Καρύανδα, πόλις καὶ λίμνη (legit Berkel. λιμὴν) ὁμώνυμος, πλησίον Μύνδου, καὶ Κῶ· Ἑκαταῖος Καρύανδαν αὐτήν φησι. τὸ ἐθνικὸν Καρυανδεύς, ὡς Ἀλαβανδεύς. ἐντεῦθεν ἦν Σκύλαξ ὁ παλαιὸς λογογράφος.

Scholiastes ad lib. I *Apollonii Argonauticῶn*, v. 1177.

Κίος πόλις Μυσίας, ἀπὸ Κίου τοῦ ἀφηγησαμένου τῆς Μιλησίων ἀποικίας, ὡς ἱστορεῖ Ἀριστοτέλης ἐν Κιανῶν πολιτείᾳ. Κατῴκησαν δὲ αὐτὴν πρῶτον Μυσοὶ, ἔπειτα Κᾶρες, τρίτον Μιλήσιοι· καὶ ποταμὸς δέ ἐστιν οὕτως ὀνομαζόμενος τὴν Μυσίαν περιῤῥέων, οὗ μνημονεύει Σκύλαξ ὁ Καρυανδεύς. περιῤῥέει δὲ καὶ τὴν πόλιν ὁ ποταμὸς οὗτος.

Ibid. ad lib. IV *Apollonii*, v. 1215.

Τοὺς Νεσταίους Σκύλαξ φησὶν ἔθνος Ἰλλυρικόν. ἀπὸ τούτων περίπλους ἐστὶν εἰς τὸν κόλπον Μάνιον. Sic legendum.

CONSTANTINUS PORPHYROGENETA *in Themate Armeniaco.*

Οὔτε γὰρ Στράβων ὁ Γεωγράφος τῆς τοιαύτης ὀνομασίας ἐμνήσθη, καίτοι Καππαδόκης ὢν τὸ γένος, ἐξ Ἀμασείας τῆς πόλεως, οὔτε Μένιππος, ὁ τοὺς σταδιασμοὺς τῆς ὅλης οἰκουμένης ἀπογραψάμενος, οὔτε μὴν Σκύλαξ ὁ Καρυανδηνὸς, οὔτε ἄλλος τις τῶν ἱστορίας γεγραφότων.

JOANNES TZETZES, chiliade VII, 144.

Καρυανδέως Σκύλακος ὑπάρχει τι βιβλίον
Περὶ τὴν Ἰνδικὴν, γράφον ἀνθρώπους πεφυκέναι,
Οὕσπερ φασὶ Σκιάποδας, καί γε τοὺς Ὠτολίκνους;
Ὧν οἱ Σκιάποδες πλατεῖς ἔχουσιν ἄγαν πόδας,

Καιρῷ τῆς μεσημβρίας δὲ πρὸς γῆν καταπεσόντες,
Τοὺς πόδας ἀνατείναντες, σκιὰν αὑτοῖς ποιοῦσι·
Μεγάλα δ' οἱ Ὠτόλικνοι τὰ ὦτα κεκτημένοι,
Ὁμοίως σκέπουσιν αὐτοὺς πρόσω τῶν σκιαδίων,
Ὁ Σκύλαξ οὗτος γράφει δὲ καὶ ἕτερα μυρία
Περί γε Μονοφθάλμων τε, καὶ τῶν Ἐνοτικτόντων,
Καὶ Ἐκτραπέλων, ἄλλων τε μυρίων θεαμάτων.
Ταῦτά φησι δ' ὡς ἀληθῆ, μηδὲ τῶν ἐψευσμένων.
Ἐγὼ τῇ ἀπειρίᾳ δὲ ταῦτα ψευδῆ νομίζω.

RUFUS FESTUS AVIENUS *in Ora maritima*, v. 40-46.

. . . . Multa rerum junximus
Ex plurimorum sumta commentariis.
Hecatæus istic quippe erit Milesius,
Hellanicusque Lesbius, Philéas quoque
Atheniensis, Caryandæus Scylax,
Pausimachus ille, prisca quem genuit Samos;
Quin et Damastes nobili natus Sige. &c. *Sic lege.*

Idem *alibi*, v. 370-374.

Sed ad Columnas quicquid interfunditur
Undæ æstuantis, stadia septem vix ait
Damastes esse. Caryandæus Scylax
Tantum patere, quantus æstus Bosporo est.

ΑΔΗΛΟΥ.

Σκύλαξ ὁ Καρυανδεὺς ἀρχαιότατος μέν ἐστιν ἀνήρ· τῶν δὲ μερῶν τῆς καθ' ἡμᾶς οἰκουμένης, καὶ τῆς ἔνδον Ἡρακλείων στηλῶν θαλάσσης πέρα, τῶν πολλῶν ἀγνοουμένων, περίπλους τῆς οἰκουμένης ἀναγράψαι προείλετο. Τὰ μὲν γὰρ τῆς ἑώας Ἀλέξανδρος ὁ Μακεδὼν δῆλα τοῖς ἀνθρώποις πάντα κατέστησε· τὰ δὲ τῶν ἑσπερίων ἐθνῶν, ἡ Ῥωμαίων ἀνδρεία πολέμῳ τούτων κρατήσασα. Τῆς μὲν οὖν ἀκριβοῦς γνώσεως τῶν τόπων ἁπάντων διὰ τὰς εἰρημένας αἰτίας οὐκ ἴσχυσεν ἐφικέσθαι. Μέρη δὲ πλεῖστα καλῶς καὶ ἀκολούθως περιέπλευσεν, ὥσπερ τὸν Ἰόνιον ἤτοι

Ἀδρίαν κόλπον· καὶ τὴν Πελοπόννησον πᾶσαν, μετὰ τῶν ἐνοικούντων ἐθνῶν· ἔτι μὲν ἕτερα μέρη τῆς θαλάσσης, καὶ τῶν προσοικούντων αὐτῇ, σαφῶς παραςήσας. Δοκεῖ δέ πως καὶ αὐτὸς τῆς ἀγνοίας τῶν πλείςων τόπων τὴν βραχυλογίαν, ὥσπερ ἀπολογίαν τινὰ, πεποιῆσθαι, δι' ὀλίγων σφόδρα χωρίων τὰ πλεῖςα τοὺς ἐντυγχάνοντας ἢ ἅμα ζητεῖν τινὶ εἰδέναι βουλόμενος. Τῆς δὲ ἀρχαιότητος τοῦ ἀνδρὸς γνώρισμα, τὸ μήτε Ἀλέξανδρον εἰδέναι τῶν Μακεδόνων βασιλέα, μήτε τὸν ὀλίγον ἔμπροσθεν ἐκείνου τοῦ χρόνου· ὥςε οὐκ ἄν τις ἁμάρτοι θαύματος ἄξιον ἡγούμενος τὸν ἄνδρα τῶν πλείςων ἐφικέσθαι δυνηθέντα. Αἴλιος Διονύσιος ἐν τῷ περὶ Ἀλεξανδρείας βιβλίῳ πρώτῳ φησὶν, ὅτι Δαρείῳ προσπεφώνησε Σκύλαξ τὸ φρόντισμα.

SUIDAS.

Σκύλαξ Καρυανδεύς· πόλις δέ ἐςι τῆς Καρίας πλησίον Ἁλικαρνασσοῦ τὰ Καρύανδα· μαθηματικὸς καὶ μουσικός· ἔγραψε περίπλουν τῶν ἐκτὸς (leg. Palmerius (1) ἐντὸς) Ἡρακλέος ςηλῶν· τὰ κατὰ τὸν Ἡρακλείδην τὸν Μυλασσῶν βασιλέα· γῆς περίοδον· ἀντιγραφὴν πρὸς τὴν Πολυβίου ἱςορίαν.

(1) *Græc. Antiq.* pag. 11. Est forsan ἐκτὸς vera lectio : potuit enim Scylax ideo præcipue celebrari, quod externi maris litora depinxisset hucusque fere ignota. Sic pars totius operis minima maximam laudem obtinuerit.

Is. Vossii hæc est latina interpretatio, quam pluribus locis editor emendavit. Sis præmonitus, lector, hæc [ ] interpolationis notam esse.

ΣΚΥΛΑΚΟΣ
ΤΟΥ ΚΑΡΥΑΝΔΕΟΣ
ΠΕΡΙΠΛΟΥΣ
ΤΗΣ ΘΑΛΑΣΣΗΣ ΤΗΣ ΟΙΚΟΥΜΕΝΗΣ ΕΥΡΩΠΗΣ, ΚΑΙ ΑΣΙΑΣ, ΚΑΙ ΛΙΒΥΗΣ·

Καὶ ὅσα καὶ ὁποῖα ἔθνη ἕκαστα, ἑξῆς καὶ χῶραι, καὶ λιμένες, καὶ ποταμοὶ, καὶ ὅσα μήκη τῶν πλῶν, καὶ αἱ νῆσοι αἱ ἑπτὰ αἱ οἰκούμεναι, καθότι ἑκάστη κεῖται τῆς ἠπείρου.

ΕΥΡΩΠΗ.

α΄. Ἄρξομαι δὲ ἀπὸ Ἡρακλείων στηλῶν τῶν ἐν τῇ Εὐρώπῃ[4], μέχρι Ἡρακλείων στηλῶν τῶν ἐν τῇ

Pag. 1 Huds.

SCYLACIS
CARYANDENSIS
PERIPLUS
MARIS (SECUNDUM) INHABITATÆ EUROPÆ, ASIÆ ET LIBYÆ (LITORA);

Item quot et quales gentes quæque; et sese excipientes regiones, et portus, et fluvii, et quantæ navigationum longitudines; item septem habitatæ insulæ, prout quæque adjacet continenti.

EUROPA.

1. Incipiam autem ab Herculeis Columnis, quæ sunt in Europa, usque ad Herculeas Columnas, quæ in Libya

Λιβύη, καὶ μέχρι Αἰθιόπων τῶν μεγάλων. Εἰσὶ δὲ ἀλλήλων καταντικρὺ αἱ Ἡρακλεῖαι στῆλαι, καὶ ἀπέχουσιν ἀλλήλων πλοῦν ἡμέρας[5]. Ἀπὸ Ἡρακλείων στηλῶν τῶν ἐν τῇ Εὐρώπῃ[6] ἐμπόρια πολλὰ Καρχηδονίων, καὶ πηλὸς[7], καὶ πλημμυρίδες, καὶ τενάγη[8].

ΙΒΗΡΕΣ.

β'. Τῆς Εὐρώπης εἰσὶ πρῶτοι[9] Ἴβηρες, Ἰβηρίας ἔθνος, καὶ ποταμὸς Ἴβηρ· [καὶ νῆσοι ἐνταῦθα ἔπεισι δύο, αἷς ὄνομα Γάδειρα[10]. τούτων ἡ ἑτέρα πόλιν ἔχει ἀπέχουσαν ἡμέρας πλοῦν[11] ἀπὸ Ἡρακλείων στηλῶν]…. Εἶτα ἐμπόριον[12], πόλιν ἑλληνίδα, ᾗ ὄνομα Ἐμπόριον[13]…. εἰσὶ δὲ οὗτοι Μασσαλιωτῶν ἄποικοι. παράπλους τῆς Ἰβηρίας ζ' ἡμερῶν καὶ ζ' νυκτῶν[14].

sunt, et usque ad Æthiopas magnos. Sunt vero invicem ex adverso Herculeæ Columnæ, distantque inter se diei itinere. Extra Herculis Columnas, quæ sunt in Europa, multa sunt Carthaginiensium emporia, et cœnum, et æstus, et lutosa loca.

IBERI.

2. Europæ primi sunt Iberi, Iberiæ gens, fluviusque Iberus : [et insulæ ibi adjacent binæ, quibus nomen Gades. Harum una urbem habet, quæ diei itinere ab Herculeis Columnis abest]…… Postea emporium, urbem græcam, cui nomen Emporium……. Sunt autem hi Massiliensium coloni. Præternavigatio Iberiæ est VII dierum et VII noctium.

ΛΙΓΥΕΣ ΚΑΙ ΙΒΗΡΕΣ.

γʹ. Ἀπὸ δὲ Ἰβήρων ἔχονται Λίγυες, καὶ Ἴβηρες μιγάδες, μέχρι ποταμοῦ Ῥοδανοῦ[15]. παράπλους Λιγύων ἀπὸ[16] Ἐμπορίου μέχρι Ῥοδανοῦ ποταμοῦ δύο ἡμερῶν καὶ μιᾶς νυκτός.

Pag. 2 Huds.

ΛΙΓΥΕΣ.

δʹ. Ἀπὸ Ῥοδανοῦ ποταμοῦ ἔχονται Λίγυες μέχρι Ἀλπίου[17]. ἐν ταύτῃ τῇ χώρᾳ πόλις ἐστὶν ἑλληνὶς Μασσαλία καὶ λιμήν.... ἄποικοι αὗται[18] Μασσαλίας εἰσίν. παράπλους δ' ἐστὶ ταύτης ἀπὸ Ῥοδανοῦ ποταμοῦ μέχρι Ἀλπίου ἡμερῶν δʹ καὶ νυκτῶν δʹ. Ἀπὸ δὲ Ἡρακλείων στηλῶν μέχρι Ἀλπίου ἡ χώρα πᾶσα αὕτη εὐλίμενος[19].

LIGURES ET IBERI.

3. Iberos sequuntur Ligures, et Iberi mixti, usque Rhodanum fluvium. Præternavigatio Ligurum ab Emporio usque Rhodanum fluvium, duorum dierum et unius noctis.

LIGURES.

4. Post Rhodanum fluvium sunt Ligures, usque ad Albium. In ista regione urbs est græca Massilia cum portu.... Massiliensium hæ sunt coloniæ. Præternavigatio autem hujus (regionis) a Rhodano fluvio usque ad Albium est dierum IV et noctium IV. Ab Herculeis Columnis usque ad Albium, omnis hic tractus portus habet commodos.

ΤΥΡΡΗΝΟΙ.

ε'. Ἀπὸ δ' Ἀλπίου Τυῤῥηνοὶ[20] ἔθνος μέχρι Ῥώμης πόλεως.... παράπλους ἡμερῶν δ' καὶ νυκτῶν δ'.

ΚΥΡΝΟΣ.

ϛ'. Κατὰ δὲ Τυῤῥηνίαν κεῖται νῆσος Κύρνος[21]. Ἔστι δὲ ἀπὸ Τυῤῥηνίας ὁ πλοῦς εἰς Κύρνον ἡμέρας καὶ ἡμίσεως[22]. καὶ νῆσος ἐν μέσῳ τῷ πλῷ τούτῳ οἰκουμένη, ᾗ ὄνομα Αἰθαλία, καὶ ἄλλαι πολλαὶ ἔρημοι νῆσοι.

ΣΑΡΔΩ.

ζ'. Ἀπὸ δὲ Κύρνου νήσου εἰς Σαρδὼ νῆσον πλοῦς ἡμέρας τρίτον μέρος[23]. καὶ νῆσος ἐρήμη ἐν τῷ

Pag. 3 Huds.

TYRRHENI.

5. Post Albium Tyrrhenorum est gens, usque ad urbem Romam. Tyrrhenorum autem præternavigatio dierum IV et noctium IV.

CYRNUS (Corsica).

6. In conspectu Tyrrheniæ sita est insula Cyrnus. Navigatio vero a Tyrrhenia in Cyrnum est diei (unius) ac dimidiæ. Et insula (alia) in medio hujus navigationis habitata, cui nomen Æthalia (Ilva); aliæque complures desertæ insulæ.

SARDO (Sardinia).

7. A Corsica insula in Sardiniam insulam est tertiæ diei partis navigatio. Et in medio deserta insula est.

μεταξύ[24]. Ἀπὸ Σαρδοῦς δὲ εἰς Λιβύην, πλοῦς ἡμέρας καὶ νυκτός[25]. Εἰς δὲ Σικελίαν ἀπὸ Σαρδοῦς πλοῦς ἡμερῶν δύο καὶ νυκτός. Ἐπάνειμι δὲ πάλιν ἐπὶ τὴν ἤπειρον, ὅθεν εἰς τὴν Κύρνον ἐξετραπόμην.

ΛΑΤΙΝΟΙ.

η'. Τυῤῥηνίας ἔχονται Λατῖνοι μέχρι τοῦ Κιρκαίου[26]. καὶ τὸ τοῦ Ἐλπήνορος μνῆμά[27] ἐστι Λατίνων. Λατίνων παράπλους ἡμέρας καὶ νυκτός.

ΟΛΣΟΙ.

θ'. Λατίνων δὲ ἔχονται Ὀλσοί[28]. Ὀλσῶν δὲ παράπλους ἡμέρας μιᾶς.

ΚΑΜΠΑΝΟΙ.

ι'. Ὀλσῶν δὲ ἔχονται Καμπανοί. καὶ εἰσὶ πόλεις

A Sardinia vero in Libyam diei noctisque est navigatio. In Siciliam vero a Sardinia iter duorum dierum noctisque. Sed redeo ad continentem, unde ad Corsicam digressus eram.

LATINI.

8. Tyrrheniam sequuntur Latini usque ad Circæum (promontorium). Etiam Elpenoris tumulus est Latinorum. Præternavigatio autem Latinorum, diei noctisque.

VOLSCI.

9. Latinos sequuntur Volsci. Volscorum vero præternavigatio diei unius.

CAMPANI.

10. Post Volscos sunt Campani : et hæ græcæ urbes

ἑλληνίδες αὗται ἐν τῇ Καμπανίᾳ, Κύμη, Νεάπολις. Κατὰ ταῦτα ἐστὶ Πιθηκοῦσα νῆσος καὶ πόλις ἑλληνίς. παράπλους δὲ τῆς Καμπανίας ἐστὶν ἡμέρας μιᾶς.

ΣΑΥΝΙΤΑΙ.

ια'. Καμπανῶν δὲ ἔχονται Σαυνῖται· καὶ παράπλους ἐστὶ Σαυνιτῶν ἡμέρας ἥμισυ.

ΛΕΥΚΑΝΟΙ.

ιβ'. Λευκανοὶ Σαυνιτῶν ἔχονται μέχρι Θουρίας[29]. Ὁ πλοῦς δέ ἐστι παρὰ Λευκανίαν ἡμερῶν ϛ' καὶ νυκτῶν ϛ'. Ἡ δὲ Λευκανία ἐστὶν ἀκτή[30]. ἐν αὐτῇ[31] πόλεις εἰσὶν ἑλληνίδες[32] αἵδε· Ποσειδωνία[33], καὶ Ἐλαὰ Θουρίων ἀποικία[34], Πανδοσία[35], Πλαταιεῖς[36], Τερίνα[37], Ἱππώνιον, Μέδαμα[38], Ῥήγιον ἀκρωτήριον καὶ πόλις.

Pag. 4 Huds.

Ἐλαὰ fors. Λάος. — Πλαταιεῖς fors. Κλαμπετία.

sunt in Campania, Cyme et Neapolis. Quarum in conspectu est Pithecusa insula cum urbe græca. Præternavigatio vero Campaniæ est diei unius.

SAMNITES.

11. Campanis contigui sunt Samnites. Samnitum vero præternavigatio est diei dimidiati.

LUCANI.

12. Samnites sequuntur Lucani usque ad Thuriam. Præternavigatio vero Lucaniæ est dierum VI et noctium VI. Est autem Lucania peninsula. In ea sunt hæ urbes græcæ, Posidonia, et Laüs Thuriorum colonia, Pandosia, Clampetia, Terina, Hipponium, Medama, Rhegium promontorium et urbs.

ΣΙΚΕΛΙΑ.

ιγ'. Κατὰ δὲ Ῥήγιόν ἐστι Σικελία[39] νῆσος ἀπὸ τῆς Εὐρώπης[40] ἀπέχουσα στάδια ιβ'[41], ἐς Πελωριάδα ἀπὸ Ῥηγίου. Ἐν δὲ Σικελίᾳ ἔθνη βάρβαρα τάδε[42] ἐστίν· Ἔλυμοι[43], Σικανοὶ, Σικελοὶ[44], Φοίνικες[45], Τρῶες[46]. Οὗτοι μὲν βάρβαροι· οἰκοῦσι δὲ καὶ Ἕλληνες. Ἀκρωτήριον δὲ Σικελίας Πελωριάς. Πόλεις δέ εἰσιν ἀπὸ Πελωριάδος ἑλληνίδες αἵδε· Μεσσήνη καὶ λιμὴν, Ταυρομένιον, Νάξος, Κατάνη, Λεοντῖνοι. εἰς τοὺς Λεοντίνους δὲ κατὰ Τηρίαν[47] ποταμὸν ἀνάπλους κ' σταδίων[48]. Σύμαιθος ποταμὸς[49], καὶ πόλις Μεγαρὶς, καὶ λιμὴν Ξιφώνειος[50]. Ἐχομένη δὲ πόλις Μεγαρίς[51] ἐστι Συράκουσαι, καὶ λιμένες ἐν αὐτῇ δύο· τούτων ὁ ἕτερος ἐντὸς τείχους, ὁ δ' ἄλλος ἔξω[52]. Μετὰ δὲ ταύτην πόλις

πόλις Μεγαρίς ἐστι leg. Μεγαρίδος πόλις ἐστί.

SICILIA.

13. In conspectu Rhegii est Sicilia insula, duodecim ab Europa stadiis divisa, a Rhegio nimirum in Pelorum (promontorium). In Sicilia autem gentes barbaræ sunt hæ: Elymi, Sicani, Siculi, Phœnices, Trojani. Hi quidem barbari; habitant vero et Græci. Promontorium Siciliæ est Pelorus. A Peloro urbes græcanicæ hæ sunt: Messana cum portu, Tauromenium, Naxus, Catana, Leontini. Ad Leontinos vero per Teriam flumen sursum navigando XX stadia. Symæthus amnis, et urbs Megaris, et portus Xiphonius. Megaridem autem sequitur urbs Syracusæ, cum duobus portubus: horum unus intra murum, alter vero extra. Post hanc

Ἕλωρον, καὶ Πάχυνος ἀκρωτήριον. ἀπὸ Παχύνου δὲ πόλεις ἑλληνίδες αἵδε· Καμάρινα, Γέλα, Ἀκράγας, Σελινοῦς, Λιλύβαιον ἀκρωτήριον. Ἀπὸ δὲ Λιλυβαίου πόλις ἐστὶν ἑλληνὶς Ἱμέρα. [Ἔστι δὲ ἡ Σικελία τρίγωνος[53]. τὸ δὲ κῶλον ἕκαστον αὐτῆς ἐστὶ μάλιστα στάδια αφ'[54]. Κατὰ πέραν[55] πόλιν Λιπάρα νῆσός ἐστι·] καὶ πόλις ἑλληνὶς Μύλαι[56], καὶ λιμήν. ἔστι δὲ ἀπὸ Μυλῶν ἐπὶ Λιπάραν νῆσον πλοῦς ἡμέρας ἥμισυ. Ἐπάνειμι δὲ πάλιν ἐπὶ τὴν ἤπειρον, ὅθεν ἐξετραπόμην. ἀπὸ γὰρ Ῥηγίου πόλεις εἰσὶν αἵδε· Λοκροὶ, Καυλωνία, Κρότων, Λακίνιον[57] ἱερὸν Ἥρας, καὶ νῆσος Καλυψοῦς[58], ἐν ᾗ Ὀδυσσεὺς ᾤκει παρὰ Καλυψοῖ, καὶ ποταμὸς Κράθις, καὶ Σύβαρις (καὶ Θουρία)[59] πόλις. οὗτοι ἐν τῇ Λευκανίᾳ Ἕλληνες.

Pag. 5 Huds.

σπάδια μφ'. Voss. βφ. fors. αφ'. — Κατὰ πέραν fors. περάτην.

vero urbs Helorum et Pachynus promontorium. Post Pachynum autem sunt hæ urbes græcæ : Camarina, Gela, Agrigentum, Selinus, Lilybæum promontorium. Post Lilybæum est urbs græca Himera. [Est autem Sicilia triangularis ; ac quodque ejus latus est stadiorum circiter 1500. Circa ultimam urbem Lipara insula est ;] et urbs græca Mylæ cum portu. A Mylis in Liparam insulam diei dimidiati est navigatio. Sed redeo rursum ad continentem, unde diverteram. Post Rhegium urbes hæ : Locri, Caulonia, Croton, Lacinium fanum Junonis, et Calypsus insula, in qua Ulysses habitabat apud Calypso ; et fluvius Crathis, Sybarisque (dicta et Thuria) urbs. Hi in Lucania Græci.

ΙΑΠΥΓΕΣ.

ιδ'. Μετὰ δὲ τὴν Λευκανίαν, Ἰάπυγές εἰσιν[60] ἔθνος μέχρι Δρίονος[61] ὄρους τοῦ ἐν τῷ κόλπῳ τῷ Ἀδρίᾳ· παράπλους παρὰ τὴν Ἰαπυγίαν ϛ' ἡμερῶν, καὶ ϛ' νυκτῶν. Ἐν δὲ τῇ Ἰαπυγίᾳ οἰκοῦσιν Ἕλληνες, καὶ πόλεις εἰσὶν αἵδε· Ἡράκλειον, Μεταπόντιον, Τάρας, καὶ λιμὴν Ὑδροῦς ἐπὶ τῷ τοῦ Ἀδρίου, ἢ τῷ τοῦ Ἰονίου κόλπου[62] στόματι.

ΔΑΥΝΙΤΑΙ.

ιε'. Μετὰ δὲ Ἰάπυγας ἀπὸ Δρίονος[63] Δαυνῖται ἔθνος ἐστίν. ἐν δὲ τούτῳ τῷ ἔθνει γλῶσσαι, ἤτοι στόματα τάδε· Λατέρνιοι, Ὀπικοί, Κραμόνες, Βορεοντῖνοι[64], Πευκετιεῖς, διήκοντες[65] ἀπὸ τοῦ Τυῤῥηνικοῦ[66] πελάγους εἰς τὸν Ἀδρίαν. Παρά-

Βορεοντῖνοι fors. Φρεντανοί.

IAPYGES.

14. Post Lucaniam est Iapygum gens, usque ad Drionem montem, qui est in sinu Adriatico. Prænavigatio Iapygiæ est dierum VI et noctium VI. In Iapygia vero habitant Græci, urbesque in ea sunt hæ: Heraclea, Metapontum, Tarentum, et Hydruntum portus in ipso Adriatici sive Ionii sinus ore.

DAUNITÆ.

15. Post Iapyges et Drionem montem, Daunitarum gens est. In hac gente linguæ sive ora hæc sunt: Laternii, Osci, Cramones, Ferentani, Peucetiique, qui pertingunt a Tyrrheno mari Adriam usque. Præter-

πλους τῆς Δαυνίτιδος χώρας ἡμερῶν δύο καὶ νυκτῶν.

ΟΜΒΡΙΚΟΙ.

Pag. 6 Huds.

ις'. Μετὰ δὲ Δαυνίτας ἔθνος ἐστὶν Ὀμβρικοί· καὶ πόλις ἐν αὐτῷ Ἀγκών ἐστι. τοῦτο δὲ τὸ ἔθνος τιμᾷ Διομήδην[67], εὐεργετηθὲν ὑπ' αὐτοῦ· καὶ ἱερὸν[68] ἐστιν αὐτοῦ. παράπλους δὲ τῆς Ὀμβρικῆς ἐστὶν ἡμερῶν δύο καὶ νυκτός.

ΤΥΡΡΗΝΟΙ.

ιζ'. Μετὰ δὲ τὸ Ὀμβρικὸν[69] Τυῤῥηνοί. διήκουσι[70] δὲ καὶ οὗτοι ἀπὸ τοῦ Τυῤῥηνικοῦ πελάγους ἔξωθεν εἰς τὸν Ἀδρίαν διήκοντες· καὶ πόλις ἐν αὐτῇ[71] ἑλληνὶς, καὶ ποταμός· καὶ ἀνάπλους εἰς τὴν πόλιν κατὰ ποταμὸν ὡς κ' σταδίων. Καὶ Τυῤῥηνία

ἐν αὐτῇ, leg. ἐν αὐτοῖς.

navigatio vero regionis Dauniorum est dierum noctiumque duarum.

UMBRI.

16. Post Daunitas est Umbrorum gens: et in ea est Ancon urbs. Hæc gens Diomedem colit, a quo beneficiis affecta fuit, et ejus (ibi) est fanum. Præternavigatio autem Umbriæ est duorum dierum et (unius) noctis.

TYRRHENI.

17. Umbros Tyrrheni sequuntur: pertinent autem et hi ab mari exteriore Tyrrheno Hadriam usque pertingentes; urbsque apud illos est græca, cum amne: et navigatio sursum ad hanc urbem juxta fluvium, est

ἐστὶν διήκουσα ἀπὸ τῆς ἔξωθεν θαλάττης ἕως εἰς τὸν Ἀδρίαν κόλπον[72]· ἀπὸ πόλεων.... πόλεως[73]· καὶ ἔστιν ὁδὸς ἡμερῶν τριῶν.

ΚΕΛΤΟΙ.

ιη΄. Μετὰ δὲ Τυῤῥηνούς εἰσι Κελτοὶ ἔθνος, ἀπολειφθέντες[74] τῆς στρατείας, ἐπὶ στενῶν[75] μέχρι Ἀδρίου· ἐνταῦθα δέ ἐστιν ὁ μυχὸς[76] τοῦ Ἀδρίου κόλπου.

ΕΝΕΤΟΙ.

ιθ΄. Μετὰ δὲ Κελτοὺς Ἐνετοί εἰσιν ἔθνος, καὶ ποταμὸς Ἠριδανὸς[77] ἐν αὐτοῖς. Ἐντεῦθεν δὲ παράπλους ἐστὶν ἐπ᾽ αὐτῆς ἀπὸ Σπίνης[78] πόλεως ἡμέρας μιᾶς.

ἐπ᾽ αὐτῆς ἀπὸ Πίσης, fors. ἀπὸ τῆς Σπίνης.

stadiorum xx. Extendit vero sese Tyrrhenia ab mari extero usque ad sinum Adriaticum, ab urbe Pisa usque Spinam urbem; quod est trium dierum iter.

CELTÆ.

18. Post Tyrrhenos est Celtarum gens, qui relicti sunt in expeditione; (pertingunt) angusta ex parte usque Adriam. Et istic est sinus Adriatici recessus intimus.

VENETI.

19. Post Celtas Venetorum est natio, et fluvius Eridanus in iis. Unde præternavigatio ab urbe Spina est diei unius.

ΙΣΤΡΟΙ.

κʹ. Μετὰ δὲ Ἐνετούς εἰσιν ἔθνος Ἴστροι, καὶ ποταμὸς Ἴστρος[79]. οὗτος ὁ ποταμὸς καὶ εἰς τὸν Πόντον ἐκβάλλει ἐνδιασκοπεύων ὡς[80] εἰς Αἴγυπτον. παράπλους δὲ τῆς Ἰστριανῶν χώρας ἡμέρας καὶ νυκτός.

Pag. 7 Huds.

ΛΙΒΥΡΝΟΙ.

καʹ. Μετὰ δὲ Ἴστρους Λιβυρνοί[81] εἰσιν ἔθνος. ἐν δὲ τούτῳ τῷ ἔθνει πόλεις εἰσὶ παρὰ θάλατταν αἵδε[82]· Ἴδασσα, Ἀττιενίτης, Δυύρτα, Ἁλουψοί[83], Ὀλσοὶ, Πεδῆται[84], Ἡμίονοι. οὗτοι γυναικοκρατοῦνται. καὶ εἰσὶν αἱ γυναῖκες ἀνδρῶν ἐλευθέρων· μίσγονται δὲ τοῖς ἑαυτῶν δούλοις, καὶ τοῖς πλησιοχώροις ἀνδράσι. Κατὰ ταύτην τὴν χώραν[85]

ISTRI.

20. Post Venetos sunt Istri et fluvius Ister. Hic fluvius etiam in Pontum Euxinum delabitur, spectans fere Ægyptum versus. Præternavigatio autem Istrianorum regionis est diei noctisque.

LIBURNI.

21. Post Istros Liburnorum gens est. Ea in gente maritimæ civitates sunt hæ : *Idassa*, *Attienites*, *Dyyrta*, *Halupsi*, Volsci, *Pedetæ*, *Hemioni*. Hi muliebri imperio subjecti sunt. Liberorumque sunt virorum uxores : coëunt autem cum suis servis, vicinarumque regionum viris. Huic regioni hæ adjacent insulæ, quarum possum

αἵδε νῆσοί εἰσιν, ὧν ἔχω εἰπεῖν τὰ ὀνόματα· εἰσὶ δὲ καὶ ἄλλαι ἀνώνυμοι πολλαί. Ἴστρις νῆσος[86], σταδίων τι', πλάτος δὲ ρκ'· Κλείτρει Λιτρεία[87]; Μεντορίδες[88]. αὗται δὲ αἱ νῆσοί εἰσι μεγάλαι· Καταρβάτης[89] ποταμός. Παράπλους τῆς Λιβυρνίδος χώρας ἡμερῶν δύο.

ΙΛΛΥΡΙΟΙ.

κβ'. Μετὰ δὲ Λιβυρνούς εἰσιν Ἰλλύριοι ἔθνος, καὶ παροικοῦσιν οἱ Ἰλλύριοι παρὰ θάλατταν μέχρι Χαονίας[90] τῆς κατὰ Κέρκυραν, τὴν Ἀλκινόου νῆσον. καὶ πόλις ἐστὶν ἑλληνὶς ἐνταῦθα, ᾗ ὄνομα Ἡράκλεια, καὶ λιμήν. Εἰσὶ δὲ καὶ οἱ Λωτοφάγοι καλούμενοι, βάρβαροι οἵδε· Ἱεραστάμναι, Βουλινοί[91], Ὕλλοι. [Βουλινῶν λινοτέρμονες Ὕλλοι]. οὗτοι δέ φασιν Ὕλλον τὸν Ἡρακλέους αὐτοὺ κατοικῆσαι·

Pag. 8 Huds.

λινοτέρμονες leg. ἀγχιτ., vel ἀντιτέρμονες.

recensere nomina : sunt vero et aliæ complures ibi sine nomine. *Istris* insula stadiorum 310, latitudine 120. *[Clitri] Litria*, Mentorides, hæ sunt magnæ insulæ; (inde) Catarbates fluvius. Præternavigatio Liburnorum regionis est dierum duorum.

ILLYRII.

22. Liburnos sequitur Illyriorum gens, habitantque Illyrii secundum mare usque Chaoniam, quæ est ex adverso Corcyræ, Alcinoï insulæ. Estque ibi urbs græca, cui nomen Heraclea, cum portu. Est et Lotophagorum dicta (gens), eaque barbara; Hierastamnæ, Bulini, Hylli. [Bulinorum vicini sunt Hylli.] Dicunt

εἰσὶ δὲ βάρβαροι[92]. κατοικοῦσι δὲ χερρόνησον[93] ὀλίγῳ ἐλάσσω τῆς Πελοποννήσου [ἀπὸ δὲ χερρονήσου] παραςόνιον ὀρθὸν[94], ταύτην παροικοῦσι Βουλινοὶ δ᾽ εἰσὶν ἔθνος Ἰλλυρικόν. παράπλους δέ ἐςι τῆς Βουλινῶν χώρας ἡμέρας μακρᾶς ἐπὶ Νέστον ποταμόν[95].

ΝΕΣΤΑΙΟΙ[96].

κγ΄. Ἀπὸ δὲ Νέςου πλοῦς ἐςὶ κολπώδης. Καλεῖται δὲ Μάνιος ἅπας οὗτος ὁ κόλπος. παράπλους δὲ ἐςὶν ἡμέρας μιᾶς. Εἰσὶ δὲ ἐν τούτῳ τῷ τόπῳ[97] νῆσοι, Προτερὰς, Κράτειαι, Ὀλύντα[98]. αὗται δὲ ἀπ᾽ ἀλλήλων ἀπέχουσι ςάδια β΄, ἢ ὀλίγῳ πλέον, κατὰ Φάρον καὶ Ἴσσαν[99]. ἐνταῦθα γὰρ ἐςὶ νέος Φάρος, νῆσος ἑλληνὶς, καὶ Ἴσσα νῆσος· καὶ πόλεις

παραςόνιον ὀρθὸν, ταύτην. fors. παρὰ τὸν ὄχθον, ταύτην.

vero hi, Hyllum, Herculis filium, illic habitasse. Sunt autem barbari. Incolunt peninsulam paullo minorem Peloponneso. [A peninsula vero] secundum litus incolunt juxta illam Bulini. Bulini vero sunt gens Illyriorum. Præternavigatio regionis Bulinorum ad flumen Nestum est longæ diei.

NESTÆI.

23. A Nesto autem (amne) navigatio est sinuosa. Vocatur Manius universus hic sinus. Præternavigatio vero ejus est diei unius. Hoc in sinu hæ sunt insulæ: Proteras, Cratiæ, Olynta. Hæ stadiis duobus a se invicem distant, sive paullo plus, prope Pharum et Issam. Istic enim est nova Pharus, insula græca, et Issa insula;

ἐλληνίδες[100] αὗται. Πρὶν ἐπὶ τὸν Νάρωνα ποταμὸν παραπλεῦσαι, ἡ πολλὴ χώρα ἀνήκει[101] σφόδρα εἰς θάλασσαν. Καὶ νῆσος τῆς παραλίας χώρας ἐγγὺς, ᾗ ὄνομα Μελίτη[102]. καὶ ἑτέρα νῆσος ἐγγὺς ταύτης, ᾗ ὄνομα Κέρκυρα ἡ μέλαινα· καὶ ἐρρέχει[103] περὶ τὸ ἀκρωτήριον νῆσος αὕτη τῆς παραλίας χώρας σφόδρα, τῷ δὲ ἑτέρῳ ἀκρωτηρίῳ καθήκει ἐπὶ τὸν Νάρωνα ποταμόν. Ἀπὸ δὲ τῆς Μελίτης ἀπέχει στάδια κ΄. τῆς δὲ παραλίας χώρας ἀπέχει στάδια η΄.

ΜΑΝΙΟΙ.

κδ΄. Ἀπὸ δὲ Νεσταίων[104] ἐστὶν ὁ Νάρων ποταμός· ὁ δὲ εἴσπλους εἰς τὸν Νάρωνά[105] ἐστιν οὐ στενός. εἰσπλεῖ δὲ εἰς αὐτὸν καὶ τριήρεις[106], καὶ πλοῖα εἰς

Pag. 9 Huds.

ἐρρέχει fors. ἐκπρέχει vel ἀπέχει.

et hæ quidem Græcorum civitates. Antequam vero ad Naronem fluvium perveniatur, magna admodum regionis hujus pars in mare prominet. Et insula maritimæ huic regioni propinqua est, cui nomen Melita. Vicina huic est et alia insula, cui nomen Corcyra nigra. Et plurimum recedit (uno) promontorio hæc insula ab maritima regione; altero vero promontorio spectat versus Naronem fluvium. A Melita abest (Corcyra) stadiis 20; a maritima regione, stadiis 8.

MANII.

24. Post Nestæos est Naro fluvius. Navigatio autem (sinus Manii) usque ad Naronem non est angusta. Nempe ad eum perveniunt vel triremes, navigia autem

τὸ ἄνω ἐμπόρειον, ἀπέχον ἀπὸ θαλάσσης σλάδια π΄. Οὗτοι δὲ εἰσιν Ἰλλυριοὶ[107] ἔθνος Μανιοί. Λίμνη δὲ ἐσλι τὸ εἴσω[108] τοῦ ἐμπορείου μεγάλη, καὶ ἀνήκει ἡ λίμνη εἰς Αὐταριάτας[109], ἔθνος ἰλλυρικόν. καὶ νῆσος ἐν τῇ λίμνῃ ἔνεσλι σλαδίων ρκ΄· ἡ δὲ νῆσος αὕτη ἐσλὶν εὐγέωργος σφόδρα. Ἀπὸ δὲ ταύτης τῆς λίμνης ὁ Νάρων πόλαμος ἀποῤῥεῖ. Καὶ ἀπὸ τοῦ Νάρωνος ἐπὶ τὸν Ἀρίωνα[110] πόλαμον ἡμέρας ἐσλὶ πλοῦς. ἀπὸ δὲ τοῦ Ἀρίωνος πολαμοῦ πλοῦς ἡμέρας ἥμισυ[111]· καὶ Κάδμου καὶ Ἁρμονίας[112] οἱ λίθοι εἰσὶν ἐνταῦθα, καὶ ἱερὸν, ἄπωθεν[113] τοῦ Ἀρίωνος ποταμοῦ. ἀπὸ δὲ τοῦ Ἀρίωνος πολαμοῦ εἰς Βουθόην[114] ὁ πλοῦς . . . ., καὶ τὸ ἐμπόριον.

ΕΓΧΕΛΕΙΣ.

κε΄. Ἰλλυριῶν ἔθνος εἰσὶν οἱ Ἐγχελεῖς[115], ἐχόμενοι

(parvula) ad emporium, quod, sursum situm, abest a mari stadiis 80. Manii autem hi ex Illyriorum gente sunt. Supra id emporium vastus est lacus, qui pertingit usque ad Autariatas, gentem illyricam. Et insula in hoc lacu est stadiorum 120. Cujus agri ad colendum perquam commodi sunt. Ab hoc lacu Naro fluvius profluit. A Narone ad *Arionem* fluvium diei navigatio est. Ab Arione vero fluvio, diei dimidiati navigatione facta, ibi Cadmi et Harmoniæ sunt rupes, et fanum procul ab Arione fluvio. Ab Arione autem fluvio navigatio. . . . . ad Buthoën et emporium.

ENCHELEI.

25. Illyriorum gens sunt Enchelei, qui post (amnem)

τοῦ Ῥιζοῦντος[116]. ἐκ Βουθόης δὲ εἰς Ἐπίδαμνον, πόλιν ἑλληνίδα, πλοῦς ἡμέρας καὶ νυκτὸς, ὁδὸς[117] δὲ τριῶν ἡμερῶν.

ΙΛΛΥΡΙΟΙ.

κϛʹ. Καταντίον[118] δέ ἐστιν τὸ ἰλλυρικὸν ἔθνος, ἐν ᾧ ἡ Ἐπίδαμνός ἐστι, καὶ ποταμὸς παρὰ τὴν πόλιν παραῤῥεῖ, ᾧ ὄνομα Πάλαμνος[119]. Ἐκ δὲ Ἐπιδάμνου εἰς Ἀπολλωνίαν πόλιν ἑλληνίδα ὁδὸς[120] ἡμερῶν δύο. ἡ δὲ Ἀπολλωνία ἀπὸ τῆς θαλάσσης ἀπέχει στάδια νʹ[121], καὶ ποταμὸς Αἴας[122] παραῤῥεῖ τὴν πόλιν. Ἀπὸ δὲ Ἀπολλωνίας εἰς Ἀμαντίαν ἐστὶ στάδια τκʹ. [Καὶ ὁ Αἴας ποταμὸς ἀπὸ τοῦ Πίνδου ὄρους παρὰ τὴν Ἀπολλωνίαν παραῤῥεῖ[123]]. Πρὸς Ὠρίκου[124] εἴσω μᾶλλον εἰς τὸν Ἰόνιον τῆς Ὠρικίας καθήκει εἰς θάλατταν στάδια πʹ. τῆς δὲ Ἀμαν-

Rhizonem sunt. Ex Buthoë autem in Epidamnum, urbem græcam, navigatio est diei noctisque; iter vero (pedestre) trium dierum.

ILLYRII.

26. In adverso est Illyriorum gens, in qua Epidamnus urbs; et fluvius urbem præterfluit, cui nomen Palamnus. Ex Epidamno autem in Apolloniam, urbem græcam, duorum dierum iter (pedestre). Apollonia vero abest a mari stadiis 50, et fluvius Æas urbem præterlabitur. Ab Apollonia autem ad Amantiam sunt stadia 320. [Et Æas fluvius, a Pindo monte delapsus, Apolloniam præterfluit]. Ab Orico, maxime (totius) Oriciæ in mare Ionium (sese extendente), 80 stadiis (distans fluvius

Pag. 10 Huds.

τίας στάδια ξ' [125]. Ἅπασιν ὅμοροι ἐν μεσογαίᾳ Ἀτίνταινες [126] ὑπὲρ τῆς Ὠρικίας, καὶ Χαονίας [127], μέχρι Δωδωνίας. ἐν τῇ Κάστιδι χώρᾳ εἶναι λέγεται πεδίον, ὄνομα Ἐρυθεῖα. Ἐνταῦθα ὁ Γηρυόνης [128] λέγεται ἥκειν, καὶ τοὺς βοῦς βουκολεῖν. Κατὰ [129] ταῦτα ἔστι τὰ Κεραύνια ὄρη [ἐν τῇ Ἠπείρῳ [130]], καὶ νῆσος παρὰ ταῦτά [131] ἐστι μικρὰ, ᾗ ὄνομα Σασῶν [132]. Ἐντεῦθεν εἰς Ὠρικὸν [133] πόλιν ἐστὶ παράπλους ἡμέρας τρίτον μέρος.

ΩΡΙΚΟΙ.

κζ'. Οἱ δὲ Ὠρικοὶ [134] κατοικοῦσιν τῆς Ἀμαντίας χώραν. οἱ δὲ [Ἀμαντιεῖς [135]] εἰσὶν μέχρι ἐνταῦθα Ἰλλύριοι ἀπὸ Βουλινῶν. Τὸ δὲ στόμα τοῦ Ἰονίου [136] κόλπου ἐστὶν ἀπὸ Κεραυνίων ὀρῶν μέχρι ἄκρας Ἰαπυγίας. Ἐπὶ δὲ Ὑδρόεντα πόλιν ἐν τῇ Ἰαπυγίᾳ

Huds. Κατὰ ταῦτα fors. μετά.

Æas), devenit ad mare; ab Amantia vero (distans) stadiis 60. Omnibus (his regiunculis) contermini sunt in mediterraneo tractu Atintanes, supra Oriciam et Chaoniam usque Dodoniam. In Castidis regione esse campum dicunt, cui nomen Erythia. Istuc Geryonem venisse fama est, bovesque pavisse. Inde sunt montes Ceraunii [in Epiro], et insula ibi parva est cui nomen Sason. Hinc in Oricum navigatio est tertiæ diei partis.

ORICII.

27. Oricii inhabitant Amantiæ regionem: hi sunt hucusque Illyrii ex Bulinis. Os vero Ionii sinus est a Cerauniis montibus usque Iapygiæ promontorium. Ad urbem autem Hydruntum in Iapygia a Cerauniis,

ἀπὸ τῶν Κεραυνίων στάδια τοῦ διάπλου ὡς φʹ[137]. ἔστι τὸ στόμα τοῦ κόλπου[138]. τὰ δὲ ἐντὸς ὁ Ἰόνιος. Λιμένες εἰσὶ πολλοὶ ἐν τῷ Ἀδρίᾳ· τὸ δὲ αὐτὸ[139] Ἀδρίας ἐστὶ, καὶ Ἰόνιος.

ΧΑΟΝΕΣ.

κηʹ. Μετὰ δὲ Ἰλλυρίους Χάονες. Ἡ δὲ Χαονία ἐστὶν εὐλίμενος· οἰκοῦσι δὲ κατὰ κώμας οἱ Χάονες. Παράπλους δ᾽ ἐστὶ Χαονίας ἥμισυ ἡμέρας.

ΚΟΡΚΥΡΑ.

κθʹ. Κατὰ δὲ Χαονίαν νῆσός ἐστι Κόρκυρα, καὶ πόλις ἑλληνὶς ἐν αὐτῇ[140], λιμένας ἔχουσα τρεῖς κατὰ τὴν πόλιν· τούτων ὁ εἷς κάλλιστος. Ἐπιβάλλει δὲ ἡ Κόρκυρα καὶ ἐπὶ τὴν Θεσπρωτίαν πλεῖον, ἢ ἐπὶ τὴν Χαονίαν[141]. Ἐπάνειμι δὲ πάλιν ἐπὶ τὴν ἤπειρον, ὅθεν ἐξετραπόμην.

stadia sunt transeundo circiter 500. Hoc est os sinus. Quidquid intus est, Ionium mare. Portus vero sunt in Adria multi: et idem est Adriaticus, ac Ionius sinus.

CHAONES.

28. Post Illyrios sunt Chaones. Chaonia vero habet portus commodos; et habitant Chaones vicatim. Præternavigatio Chaoniæ est diei dimidiati.

CORCYRA.

29. In conspectu Chaoniæ Corcyra insula est, et urbs græca cum tribus portubus propinquis. Ex his unus est pulcherrimus. Vergit autem Corcyra etiam magis ad Thesprotiam, quam ad Chaoniam. Sed rursus ad continentem me confero, unde digressus eram.

ΘΕΣΠΡΩΤΟΙ.

λ΄. Μετὰ δὲ Χαονίαν Θεσπρωτοί εἰσιν ἔθνος. οἰκοῦσι δὲ καὶ οὗτοι κατὰ κώμας· ἔστι δὲ καὶ αὕτη εὐλίμενος. Ἐνταῦθα ἐστι λιμὴν, ᾧ ὄνομα Ἔλαια[41]. εἰς τοῦτον τὸν λιμένα ποταμὸς ἐξίησιν Ἀχέρων, καὶ λίμνη Ἀχερουσία, ἐξ ἧς ὁ Ἀχέρων ῥεῖ ποταμός. Παράπλους δὲ τῆς Θεσπρωτίας ἥμισυ ἡμέρας.

ΚΑΣΣΩΠΟΙ.

λα΄. Μετὰ δὲ Θεσπρωτίαν Κασσωπία ἐστὶν[43] ἔθνος. οἰκοῦσι δὲ καὶ οὗτοι κατὰ κώμας. παροικοῦσι δὲ οὗτοι ἕως εἰς[44] τὸν Ἀνακτορικὸν κόλπον. Παράπλους δ' ἐστι τῆς Κασσωπῶν χώρας ἥμισυ ἡμέρας. Μικρῷ δὲ ἐλάττων ὁ Ἀνακτορικὸς κόλπος

Pag. 12 Huds.

Κασσωπία ἐστὶν fors. Κασσωποί εἰσιν.

THESPROTI.

30. Chaoniam sequuntur Thesproti. Habitant et hi vicatim; bonosque etiam portus habet hæc regio. Portus ibi est, cui nomen Elæa. In hunc Acheron, fluvius exoneratur, palusque Acherusia, unde Acheron amnis fluit. Præternavigatio Thesprotiæ est diei dimidiati.

CASSOPI.

31. Thesprotiam sequuntur Cassopi. Habitant et hi vicatim. Pertingunt vero usque ad interiorem Anactorii sinus partem. Præternavigatio Cassoporum regionis est diei dimidiati. Sinus autem Anactorius, ab

ἐστὶν ἀπὸ τοῦ στόματος[145] ἕως εἰς τὸν μυχὸν σταδίων ρκ΄. τὸ δὲ στόμα εὖρος στάδια δ΄.

MOΛOTTOI.

λβ΄. Μετὰ δὲ Κασσωπίαν Μολοττοί[146] εἰσιν ἔθνος. οἰκοῦσι δὲ οὗτοι κατὰ κώμας· καθήκουσι δὲ κατὰ μικρὸν ἐνταῦθα ἐπὶ τὴν θάλατταν, εἰς μεσογείαν δὲ πολλή. Παράπλους δ' ἐστὶ τῆς Μολοττίας χώρας στάδια μ΄.

AMBPAKIA.

λγ΄. Μετὰ δὲ Μολοττίαν[147] Ἀμβρακία[148] πόλις ἑλληνίς· ἀπέχει δὲ αὕτη ἀπὸ θαλάττης στάδια π΄[149]. Ἔστι δὲ καὶ ἐπὶ θαλάττης τεῖχος[150], καὶ λιμὴν κάλλιστος[151]. Ἐντεῦθεν ἄρχεται ἡ Ἑλλὰς συνεχὴς[152] εἶναι μέχρι Πηνειοῦ ποταμοῦ, καὶ Ὁμολίου[153]

ore usque ad intimum recessum ejus, paullo minor est stadiis 120. Os vero est stadiorum 4 latitudine.

MOLOSSI.

32. Cassopiam sequitur Molossorum gens. Habitant et illi pagatim. Pertingunt ii hoc loco, quamvis exiguo spatio, usque ad mare : maxima autem ex parte mediterranei sunt. Præternavigatio Molossiæ est stadiorum 40.

AMBRACIA.

33. Post Molossiam Ambracia est, græca civitas. Abest hæc a mari stadiis 80. Habet vero ad mare munimentum, et portum pulcherrimum. Hinc Græcia continua esse incipit, usque flumen Peneum, et

Μαγνητικῆς πόλεως, ἥ ἐστι πρὸς τὸν ποταμόν. Παράπλους δὲ τῆς Ἀμβρακίας στάδια ρκ΄.

ΑΚΑΡΝΑΝΙΑ.

λδ΄. Μετὰ δὲ Ἀμβρακίαν Ἀκαρνανία ἔθνος ἐστί. καὶ πρώτη πόλις αὐτόθι Ἄργος τὸ Ἀμφιλοχικὸν[154], καὶ Εὔριπος[155], καὶ Θύριον ἐν τῷ κόλπῳ[156], καὶ ἔξω τοῦ Ἀνακτορικοῦ κόλπου[157], Ἀνακτόριον[158], καὶ λιμὴν Ἀκτὴ[159], καὶ πόλις Λευκὰς καὶ λιμήν. αὕτη ἀνέχει[160] ἐπὶ τὸν Λευκάταν, ὅ ἐστιν ἀκρωτήριον πόρρωθεν τῇ θαλάττῃ. αὕτη ἡ πόλις τὸ πρὶν καὶ Ἐπιλευκάδιοι ὠνομάζετο. Ἀκαρνᾶνες δὲ στασιάσαντες ἔλαβον ἐκ Κορίνθου ἐποίκους χιλίους· οἱ δὲ ἔποικοι, ἀποκτείναντες τούτους, τὴν χώραν αὐτοὶ ἔχουσιν[161]. αὕτη δ' ἐστὶ νῦν νῆσος τὸν ἰσθμὸν ἀποτεταφρευμένη[162]. Μετὰ δὲ

Pag. 13 Huds.

πόρρωθεν τῇ fors. πόρρω ἐν τῇ.

Homolium Magnesiæ civitatem, quæ est ad fluvium. Præternavigatio Ambraciæ est stadiorum 120.

ACARNANIA.

34. Ambraciam Acarnaniæ regio sequitur: et prima hujus regionis est civitas Argos Amphilochicum, et Euripus, et Thyrion in sinu ipso, et extra sinum Anactorium, urbs Anactorium, et portus Acta, et urbs Leucas cum portu. Hæc surgit versus Leucatam, quod est promontorium procul per mare (sese protendens). Hæc civitas prius etiam Epileucadii adpellabatur. Acarnanes autem seditione laborantes, mille a Corinthiis colonos accepere; qui coloni, iis occisis, ipsi regionem tenent. Ea nunc insula est, isthmo per-

ταύτης πόλις Φεραί[163]. καὶ κατὰ ταῦτα νῆσός ἐστιν Ἰθάκη, καὶ πόλις καὶ λιμήν· μετὰ δὲ ταῦτα νῆσος Κεφαληνία. Ἐπάνειμι δὲ πάλιν ἐπὶ τὴν ἤπειρον, ὅθεν ἀπέλιπον. Μετὰ ταῦτα πόλις Ἀλυζεία[164], καὶ κατὰ ταύτην νῆσος Κάρνος[165]. καὶ πόλις Ἀστακὸς, καὶ λιμὴν, καὶ ποταμὸς Ἀχελῶος, καὶ Οἰνειάδαι[166] πόλις· καὶ εἰς ταύτας τὰς πόλεις[167] ἀνάπλους ἐστὶ κατὰ τὸν Ἀχελῶον. εἰσὶ δὲ καὶ ἄλλαι πόλεις Ἀκαρνάνων ἐν μεσογεία. παράπλους δὲ Ἀκαρνανίας ἐστὶν ἡμερῶν δύο[168]. Ἡ δὲ Ἀκαρνανία ἐστὶ πᾶσα εὐλίμενος· καὶ κατὰ ταῦτα νῆσοι παράκεινται πολλαὶ, ἃς ὁ Ἀχελῶος προσχωννύων ἤπειρον ποιεῖ[169]. καλοῦνται δὲ Ἐχινάδες[170] αἱ νῆσοι· εἰσὶ δὲ ἔρημοι.

Pag. 14 Huds.

fosso. Deinceps est urbs Pheræ; his obposita Ithaca insula, in qua urbs cum portu: postea insula Cephalenia. Sed rursus ad continentem redeo, unde abieram. Sequitur inde urbs Alyzia, cui obposita Carnus insula; et urbs Astacus cum portu, et fluvius Achelous, et urbs Œniadæ: ad has urbes perveniunt navigatione sursum per Acheloum. Sunt et aliæ Acarnanum civitates mediterraneæ. Prætervectio autem Acarnaniæ est dierum duorum. Omnis vero Acarnania commodos habet portus: et multæ ei insulæ adjacent, quas Achelous, dum humum aggerit, continentem reddit. Vocantur hæ insulæ Echinades, et sunt desertæ.

ΑΙΤΩΛΙΑ.

λε'. Μετὰ δὲ Ἀκαρνανίαν Αἰτωλία[171] ἐστὶν ἔθνος, καὶ πόλεις ἐν αὐτῇ εἰσὶν αἵδε· Καλυδὼν, Μυκάρνα[172], Μολυκρεία· καὶ ὁ Δελφικὸς[173] κόλπος· στόμα δὲ τοῦ κόλπου τούτου ἐστὶ στάδια ι'[174], καὶ ἐπ' αὐτοῦ ἱερὸν[175], καὶ Ναύπακτος πόλις· καὶ ἐπ' αὐτὴν[176] πόλεις εἰσὶν ἄλλαι πολλαὶ Αἰτωλοῖς ἐν μεσογείᾳ. παράπλους δ' ἐστὶ τῆς Αἰτωλίας ἡμέρας μιᾶς. Ἡ δὲ Αἰτωλία παρήκει τὴν Λοκρίδα πᾶσαν ἀπὸ μεσογείας[177] μέχρι Αἰνιάνων.

ΛΟΚΡΟΙ.

λϛ'. Μετὰ δὲ Αἰτωλοὺς Λοκροί εἰσιν ἔθνος, ἐν οἷς εἰσὶν Ὀζόλαι καλούμενοι, καὶ πόλεις αἵδε· Εὐάνθις[178], Ἄμφισσα. εἰσὶ δὲ καὶ τούτοις πόλεις ἐν μεσογείᾳ. παράπλους δ' ἐστὶ τῆς χώρας Λοκρῶν τὸ ἥμισυ ἡμέρας.

ÆTOLIA.

35. Post Acarnaniam Ætolia est regio, et in ea urbes hæ: Calydon, *Myrarna,* Molycria: et sinus Delphicus. Os hujus sinus est stadiorum 10, et in illo fanum; et Naupactus urbs; et insuper multæ aliæ Ætolorum civitates sunt in mediterraneis partibus. Prætervectio autem Ætoliæ diei unius. Ætolia vero contermina est toti Locridi per mediterraneos locos usque Ænianas.

LOCRI.

36. Ætolos sequitur Locrorum gens, in quibus sunt qui dicuntur Ozolæ; urbesque hæ: Euanthis, Amphissa. Habent et hi urbes mediterraneas. Prætervectio vero Locrorum regionis est diei dimidiati.

ΦΩΚΕΙΣ.

λζʹ. Μετὰ δὲ Λοκροὺς εἰσιν ἔθνος Φωκεῖς κατὰ τὸ Κιῤῥαῖον[179] πεδίον· καὶ τὸ ἱερὸν τοῦ Ἀπόλλωνος, καὶ Δελφοὶ πόλις, καὶ Ἀντίκυρα πόλις, οὗ βέλτιστα ἐλλεβορίζονται[180]. παράπλους δ' ἐστὶ τῆς Φωκέων χώρας ἥμισυ ἡμέρας.

ΒΟΙΩΤΟΙ.

ληʹ. Μετὰ δὲ Φωκεῖς Βοιωτοί εἰσιν ἔθνος, καὶ πόλεις αἵδε· Κορσιαὶ[181], Σίφαι[182], καὶ λιμὴν Εὔτρητος[183], καὶ τεῖχος τῶν Βοιωτῶν[184]. παράπλους δὲ τῆς Βοιωτίας ἥμισυ ἡμέρας ἔλαττον.

Pag. 15 Huds.

ΜΕΓΑΡΕΙΣ.

λθʹ. Μετὰ δὲ Βοιωτοὺς Μεγαρεῖς εἰσὶν ἔθνος, καὶ πόλεις αἵδε· Αἰγόσθενα[185], Πηγαὶ τεῖχος, Γερα-

Κορσιαὶ fors. Κρευσία.

PHOCENCES.

37. Post Locros est Phocensium gens juxta Cirræum campum; et Apollinis fanum, civitas Delphi et civitas Anticyra, ubi optime purgantur helleboro. Prætervectio Phocensium regionis est dimidiati diei.

BŒOTI.

38. Phocenses sequitur Bœotorum gens, urbesque hæ: Creusia, Siphæ, et portus Eutretus, et munimentum (navale) Bœotorum. Præternavigatio autem Bœotiæ minor est, quam diei dimidiati.

MEGARENSES.

39. Bœotos sequitur Megarensium gens; et urbes hæ:

νεια[186] ὄρος. παράπλους δὲ τῆς Μεγαρέων χώρας στάδια ρ΄.[187]

ΚΟΡΙΝΘΟΣ.

μ΄. Μετὰ δὲ Μεγαρεῖς ἡ Κόρινθος πόλις ἐστὶν, ἱερὸν . . . , Λέχαιον[188], ἰσθμός.

ΠΕΛΟΠΟΝΝΗΣΟΣ.

μα΄. Ἐντεῦθεν[189] ἤδη ἄρχεται ἡ Πελοπόννησος. Ἔστι δ' ἀπὸ θαλάσσης ἡ ὁδὸς πρὸς τὴν ἐπὶ ἡμῶν θάλασσαν[190], διὰ τοῦ ἰσθμοῦ, στάδιοι τετταράκοντα[191]· ταῦτα κολπώδη[192]. παράπλους δὲ τῆς Κορινθίων χώρας ἥμισυ ἡμέρας.

ΣΙΚΥΩΝ.

μβ΄. Μετὰ δὲ Κόρινθον Σικυὼν[193] πόλις. ταύτης[194] παράπλους σταδίων ρκ΄.

Ægosthena, Pegæ munimentum, Gerania mons. Præternavigatio Megarensium regionis est stadiorum 100.

CORINTHUS.

40. Post Megarenses est Corinthus urbs, fanum (Junonis), Lechæum, isthmus.

PELOPONNESUS.

41. Inde autem incipit Peloponnesus. A mari ad mare usque nostrum, iter est per isthmum quadraginta stadiorum, estque hæc omnis (colli) longitudo montosa. Præternavigatio regionis Corinthiorum est partis diei dimidiæ.

SICYON.

42. Post Corinthum Sicyon civitas. Hujus prætervectio stadiorum 120.

ΑΧΑΙΟΙ.

μγ΄. Μετὰ δὲ Σικυῶνα Ἀχαιοὶ ἔθνος, καὶ πόλεις εἰσὶν ἐν αὐτοῖς αἵδε· Πελλήνη[195], Αἴγειρα[196], Αἴγιον, Αἰγαὶ, Ῥύπες[197], ἐξωχερίου[198], Πάτραι, Δύμη. παράπλους δὲ τῆς Ἀχαΐας[199] χώρας στάδια ψ΄.

Pag. 16 Huds.

ΗΛΙΣ.

μδ΄. Μετὰ δὲ Ἀχαιοὺς εἰσιν[200] ἔθνος Ἦλις· καὶ πόλις[201] ἐν αὐτῇ Κυλλήνη, καὶ λιμὴν, καὶ ποταμὸς Ἀλφειός. Ἔστι δὲ καὶ ἄλλη συνοικία πόλεων Ἠλείοις[202] ἐν μεσογείᾳ. Κατὰ ταύτην τὴν χώραν ἔστι νῆσος Ζάκυνθος, ἐν ᾗ καὶ πόλις, καὶ λιμήν. παράπλους δὲ τῆς Ἠλείων χώρας ἄχει ἐπὶ τοὺς Λεπρεατῶν[203] στάδια ψ΄.

ΑΡΚΑΔΙΑ.

με΄. Μετὰ δὲ Ἦλιν Ἀρκαδία ἔθνος ἐστίν. Καθήκει

ἐξωχερίν fors. ἔξω καὶ Ῥίν. — ἄχει ἐπὶ τὺς, fors. τῆς.

ACHÆI.

43. Post Sicyonem est Achæorum gens; in qua hæ civitates: Pellene, Ægira, Ægium, Ægæ, Rhypes, et extra Rhium promontorium, Patræ, Dyme. Prætervectio Achaiæ regionis est stadiorum 700.

ELIS.

44. Post Achæos est Elis regio: urbsque in ea Cyllene cum portu, et fluvius Alpheus. Est etiam altera cohabitatio civitatum Eliensibus in mediterraneo tractu. Huic regioni est obposita Zacynthus insula, in qua civitas cum portu. Præternavigatio vero regionis Eliensium usque ad terminos Lepreatarum, est stadiorum 700.

ARCADIA.

45. Elin sequitur Arcadia. Descendit autem Arcadia

δὲ ἡ Ἀρκαδία ἐπὶ θάλατταν κατὰ Λεπρέων[204] ἐκ μεσογείας. εἰσὶ δὲ αὐτῶν πόλεις[205] αἱ μεγάλαι αἵδε· Τέγεα, Μαντίνεια, Ἡραία, Ὀρχομενὸς, Στύμφαλος. εἰσὶ δὲ καὶ ἄλλαι πόλεις. παράπλους δὲ τῆς Λεπρεατῶν χώρας[206] στάδια ρ′.

ΜΕΣΣΗΝΗ.

μς′. Μετὰ δὲ Ἀρκαδίαν ἐστὶν ἔθνος Μεσσήνη, καὶ πόλεις ἐν αὐτῇ αἵδε· πρώτη Μεσσήνη[207] (καὶ λιμὴν Κυπάρισσος[208]), ἀπέχουσα[209] ἀπὸ θαλάττης στάδια ζ′· Ἰθώμη[210] ἐν μεσογείᾳ ἀπὸ θαλάττης στάδια π′. παράπλους δὲ τῆς Μεσσηνίας χώρας στάδια τ′.

ΛΑΚΕΔΑΙΜΩΝ.

μζ′.... Λακεδαίμων[211] ἔθνος, καὶ πόλεις ἐν αὐτῇ

Λεπρέων fors. Λέπρεον.

a tractu mediterraneo ad mare per Lepreatas. Mediterraneæ vero civitates magnæ in ea sunt: Tegea, Mantinea, Heræa, Orchomenus, Stymphalus: sunt et aliæ urbes. Prætervectio Lepreatarum regionis stadiorum est 100.

MESSENIA.

46. Post Arcadiam est Messene regio, et urbes in ea hæ sunt: prima Messene, cum portu Cyparisso, distans a mari stadiis 7; Ithome in mediterraneo tractu (distans) a mari stadiis 80. Prætervectio vero Messeniæ est stadiorum 300.

LACEDÆMON.

47. Deinceps est Lacedæmon regio, et urbes in ea

εἰσὶν αἵδε. Ἀσίνη, Μεθώνη[212], Ἀχίλλειος λιμὴν[213], καὶ ἀντίπυγος[214] τούτου Ψαμαθοῦς λιμήν. Τούτων ἀμφοτέρων ἐν μέσῳ προέχον εἰς θάλασσαν ἱερὸν Ποσειδῶνος[215], Ταίναρος· καὶ Λᾶς[216] πόλις καὶ λιμήν, Γύθειον[217], ἐν ᾧ νεώριον[218] καὶ τεῖχος, καὶ ποταμὸς Εὐρώτας, καὶ Βοία[219] πόλις, καὶ Μαλέα ἄκρα. [ΚΥΘΗΡΑ[220]]· κατὰ ταύτην κεῖται Κύθηρα νῆσος, καὶ πόλις καὶ λιμήν[221]. Κατὰ δὲ ταύτην ἐστὶ Κρήτη[222] νῆσος. Μετὰ δὲ ταύτην [ἡ προειρημένη ἄκρα Μαλέα][223] Σίδη[224] πόλις καὶ λιμήν, Ἐπίδαυρος πόλις καὶ λιμήν, Πρασία[225] πόλις καὶ λιμήν, Μέθανα[226] πόλις καὶ λιμήν. εἰσὶ δὲ καὶ ἄλλαι πολλαὶ πόλεις Λακεδαιμονίων. Ἐν μεσογείᾳ δ' ἐστὶ Σπάρτη, καὶ ἄλλαι πολλαί. παράπλους δὲ τῆς Λακεδαιμονίων χώρας ἡμερῶν γ'.

Μέθανα fors. Ἄνθανα.

sunt hæ : Asine, Methone, Achilleus portus, et huic obversum tergum habens Psamathus portus. In medio horum (portuum) est Neptuni fanum, mari imminens; Tænarus, et Las urbs cum portu, Gythium in quo est navale cum portu, et fluvius Eurotas, et Bœa urbs, et Malea promontorium. — CYTHERA. Cui vicina est Cythera insula, et urbs cum portu. Cui obposita est Creta insula. Post hoc [supra memoratum promontorium Maleam] Sida urbs et portus, Epidaurus urbs cum portu, Prasia urbs cum portu, Anthana urbs cum portu. Habent et multas alias Lacedæmonii civitates. In mediterraneo tractu est Sparta, aliæque multæ. Prætervectio regionis Lacedæmoniorum est dierum 3.

δὲ ἡ Ἀρκαδία ἐπὶ θάλατταν κατὰ Λεπρέων[204] ἐκ μεσογείας. εἰσὶ δὲ αὐτῶν πόλεις[205] αἱ μεγάλαι αἵδε· Τέγεα, Μαντίνεια, Ἡραία, Ὀρχομενὸς, Στύμφαλος. εἰσὶ δὲ καὶ ἄλλαι πόλεις. παράπλους δὲ τῆς Λεπρεατῶν χώρας[206] στάδια ρʹ.

ΜΕΣΣΗΝΗ.

μςʹ. Μετὰ δὲ Ἀρκαδίαν ἐστὶν ἔθνος Μεσσήνη, καὶ πόλεις ἐν αὐτῇ αἵδε· πρώτη Μεσσήνη[207] (καὶ λιμὴν Κυπάρισσος[208]), ἀπέχουσα[209] ἀπὸ θαλάττης στάδια ζʹ· Ἰθώμη[210] ἐν μεσογείᾳ ἀπὸ θαλάττης στάδια πʹ. παράπλους δὲ τῆς Μεσσηνίας χώρας στάδια τʹ.

ΛΑΚΕΔΑΙΜΩΝ.

μζʹ.... Λακεδαίμων[211] ἔθνος, καὶ πόλεις ἐν αὐτῇ

Λεπρέων fors. Λέπρεον.

a tractu mediterraneo ad mare per Lepreatas. Mediterraneæ vero civitates magnæ in ea sunt: Tegea, Mantinea, Heræa, Orchomenus, Stymphalus: sunt et aliæ urbes. Prætervectio Lepreatarum regionis stadiorum est 100.

MESSENIA.

46. Post Arcadiam est Messene regio, et urbes in ea hæ sunt: prima Messene, cum portu Cyparisso, distans a mari stadiis 7; Ithome in mediterraneo tractu (distans) a mari stadiis 80. Prætervectio vero Messeniæ est stadiorum 300.

LACEDÆMON.

...gio, et urbes in ea

εἰσὶν αὗται. Ἀσίνη, Μεθώνη[212], Ἀχίλλειος λιμὴν[213], καὶ ἀντίπυγος[214] τούτου Ψαμαθοῦς λιμήν. Τούτων ἀμφοτέρων ἐν μέσῳ προέχον εἰς θάλασσαν ἱερὸν Ποσειδῶνος[215], Ταίναρος. καὶ Λᾶς[216] πόλις καὶ λιμὴν, Γύθειον[217], ἐν ᾧ νεώριον[218] καὶ τεῖχος, καὶ ποταμὸς Εὐρώτας, καὶ Βοία[219] πόλις, καὶ Μαλέα ἄκρα. [ΚΥΘΗΡΑ[220]]. κατὰ ταύτην κεῖται Κύθηρα νῆσος, καὶ πόλις καὶ λιμὴν[221]. Κατὰ δὲ ταύτην ἐστὶ Κρήτη[222] νῆσος. Μετὰ δὲ ταύτην [ἡ προειρημένη ἄκρα Μαλέα][223] Σίδη[224] πόλις καὶ λιμὴν, Ἐπίδαυρος πόλις καὶ λιμὴν, Πρασία[225] πόλις καὶ λιμὴν, Μέθανα[226] πόλις καὶ λιμήν. εἰσὶ δὲ καὶ ἄλλαι πολλαὶ πόλεις Λακεδαιμονίων. Ἐν μεσογείᾳ δ' ἐστὶ Σπάρτη, καὶ ἄλλαι πολλαί. παράπλους δὲ τῆς Λακεδαιμονίων χώρας ἡμερῶν γ'.

Μέθανα fors. Ἄνθανα.

sunt hæ: Asine, Methone, Achilleus portus, et huic obversum tergum habens Psamathus portus. In medio horum (portuum) est Neptuni fanum, mari imminens; Tænarus, et Las urbs cum portu, Gythium in quo est navale cum portu, et fluvius Eurotas, et Boea urbs, et Malea promontorium. — CYTHERA. Cui vicina est Cythera insula, et urbs cum portu. Cui opposita est Creta insula. Post hoc [supra memoratum promontorium Maleam] Sida urbs et portus, Epidaurus urbs cum portu, Prasia urbs cum portu, Anthana urbs cum portu. Habent et multas alias Lacedæmonii civitates. In mediterraneo tractu est Sparta, aliæque multæ. Prætervectio regionis Lacedæmoniorum est dierum 3.

ΚΡΗΤΗ.

μη'. Κατὰ Λακεδαίμονα νῆσος κεῖται Κρήτη· ἐγγυτάτω γὰρ Λακεδαίμων κεῖται τῆς Εὐρώπης[227]. Διάπλους δὲ ἀπὸ Λακεδαίμονος, ἕως ἐπὶ τὸ ἀκρωτήριον τῆς Κρήτης, ἐφ' ᾧ ἐστὶ πόλις Φαλάσαρνα, ἡμέρας δρόμος[228]. Ἀπὸ δὲ Φαλασάρνων[229] Κριοῦ μέτωπόν ἐστιν ἀκρωτήριον. πρὸς νότον δὲ ἄνεμον πλοῦς εἰς Λιβύην[230]. [ἐπὶ Χερρονήσου δὲ τὰς ἁλιάδας[231] τῶν Κυρηναίων, πλοῦς ἡμέρας καὶ νυκτός]. Ἐστὶ δὲ ἡ Κρήτη μακρὰ στάδια βφ'[232]· στενὴ δὲ, καὶ τέταται ἀπὸ ἡλίου δυσμῶν πρὸς ἡλίου ἀνατολάς[233]. Οἰκοῦσι δὲ ἐν Κρήτῃ Ἕλληνες, οἱ μὲν ἄποικοι Λακεδαιμονίων, οἱ δὲ Ἀργείων, οἱ δὲ Ἀθηναίων, οἱ δὲ ἀπὸ τῆς Ἑλλάδος τῆς ἄλλης ὁπόθεν ἔτυχεν. Εἰσὶ δὲ τινες αὐτῶν

Pag. 18 Huds.

CRETA.

48. In conspectu Lacedæmonis Creta sita est insula. Proxima enim (inter regiones) Europæ, est Lacedæmon. Navigatio autem a Lacedæmone usque promontorium Cretæ in quo urbs Phalasarna, est iter diei. Post Phalasarnos est Criu-metopon promontorium. Ad notum vero navigatio est in Libyam. [Usque ad *litora* Chersonesi Cyrenæorum navigatio est diei noctisque.] Longitudo Cretæ est stadiorum 2500; est vero angusta, et extenditur a solis occasu in solis ortum. Inhabitant Cretam Græci; hi quidem Lacedæmoniorum coloni, illi Argivorum, isti Atheniensium, alii vero ex aliis Græciæ partibus, undecumque sors tulit. Sunt et inter eos quidam

καὶ αὐτόχθονες[234]· πόλεις πολλαὶ ἐν Κρήτῃ. ΚΡΗΤΗΣ ΘΕΣΙΣ[235], ὡς ἀκρωτέρω[236], ἔστι πρώτη πόλις πρὸς ἥλιον δυόμενον ἡ προειρημένη Φαλάσαρνα καὶ λιμὴν κλειστός, Πολύρρηνα[237], καὶ διήκει ἀπὸ βορέου πρὸς νότον[238]. Δικτυνναῖον[239] Ἀρτέμιδος ἱερὸν πρὸς βορέαν ἄνεμον τῆς χώρας Περγαμίας. πρὸς νότον δὲ Ὑρτακίνα[240]. Κυδωνία, καὶ λιμὴν κλειστός, πρὸς βορέαν[241]. ἐν μεσογείᾳ δὲ Ἔλυρος[242] πόλις. πρὸς νότον Μέλισσα[243] πόλις, καὶ λιμὴν παρὰ Κριοῦ μέτωπον. πρὸς βορέαν δὲ ἄνεμον ὄρος κάλλιστον, καὶ λιμὴν ἐν αὐτῷ Ὀλοῦς, καὶ πᾶν[244]. πρὸς βορέαν δὲ ἄνυα[245] Πτερέα χώρα. εἶτα ἡ Λαμπαία, καὶ διήκει αὕτη ἀμφοτέρωθεν, καὶ ποταμὸς Μεσάπος[246] ἐν αὐτῇ ἐστί. Μετὰ δὲ Ὀσμίδα[247], Ἐλεύθερναι πρὸς βορέαν. πρὸς νότον δὲ Συβρίτα[248], καὶ λιμήν. πρὸς νότον Φαιστός[249].

Pag. 19 Huds.

Καὶ πᾶν fors. πόλις. — ἄνυα Πτερέα, leg. ἄνεμον ἡ Ἀπτεραία.

indigenæ. Urbes in Creta sunt multæ. — CRETÆ DISPOSITIO. (A remotissima parte): prima civitas versus solem occidentem est jam dicta Phalasarna, cum portu clauso; Polyrrhena, quæ a borea versus notum. Dictynnæum Dianæ fanum utrimque pertingit versus boream regionis Pergamiæ. Ad notum vero Hyrtacina. Cydonia cum portu clauso ad boream. In mediterraneo tractu est Elyrus urbs. Ad notum autem Lissa urbs cum portu, prope Criu-metopon. Ad boream mons est pulcherrimus et in eo portus Olus, et urbs. Ad boream est Apteræa regio; deinde Lampæa, et pertingit illa ad utrumque mare, fluviusque Mesapus in ea est. Deinceps Osmida, Eleutheræ ad boream. Ad notum est Sybrita, cum portu. Ad notum Phæstus.

πρὸς βορέαν Ὄαξος [250], καὶ Κνωσσός. πρὸς δὲ νότον Γόρτυνα [251], Βαῦχος [252]. ἐν μεσογείᾳ δὲ Λύκτος, καὶ διήκει αὕτη ἀμφοτέρωθεν. Πραίσος [253] διήκει ἀμφοτέρωθεν. Γεράνος [254] ἀκρωτήριον Κρήτης πρὸς ἥλιον ἀνίσχοντα. εἰσὶ δὲ καὶ ἄλλαι πόλεις ἐν Κρήτῃ· λέγεται δὲ εἶναι ἑκατόμπολις [255].

ΚΥΚΛΑΔΕΣ ΝΗΣΟΙ.

μθ'. Κυκλάδες δὲ αὗται εἰσὶ κατὰ τὴν Λακεδαιμονίαν χώραν οἰκούμεναι· Μῆλος καὶ λιμήν· κατὰ δὲ ταύτην Κίμωλος [256], κατὰ δὲ ταύτην Ὠλίαρος [257], κατὰ δὲ ταύτην Σίκινος [258], αὕτη ἡ πόλις [259]· κατὰ δὲ ταύτην Θήρα, κατὰ δὲ ταύτην Ἀνάφη, κατὰ δὲ ταύτην Ἀστυπάλη [260]. Ἐπάνειμι δὲ πάλιν ἐπὶ τὴν ἤπειρον, ὅθεν ἐξετραπόμην.

Βαῦχος fors. Ῥαῦχος. — Γεράνος fors. Ἴτανος. — αὕτη ἡ leg. καί.

Ad boream Oaxus et Cnossus. Ad notum Gortyna, Rhauchus. In mediterraneo tractu est Lyctus, et pertingit hæc ad utrumque mare. Præsus utrimque pertingit. Itanus promontorium Cretæ ad solem orientem. Sunt et aliæ urbes in Creta : dicitur autem centum urbes habere.

CYCLADES INSULÆ.

49. In conspectu Lacedæmonis regionis Cyclades insulæ sunt, habitatæ hæ : Melus cum portu; circa eam Cimolus; circa hanc Oliarus; quam circa Sicinus, quæ et civitas; juxta hanc Thera; prope quam Anaphe; circa eam vero Astypale. Sed redeo ad continentem, unde digressus eram.

ΑΡΓΟΣ.

ν΄. Μετὰ δὲ Λακεδαίμονα πόλις ἐστὶν Ἄργος[261], καὶ ἐν αὐτῇ Ναυπλία πόλις, καὶ λιμήν. ἐν μεσογείᾳ δὲ Κλεωναι[262], καὶ Μυκῆναι, καὶ Τίρυνς. παράπλους τῆς Ἀργείας χώρας κύκλῳ (ἔστι γὰρ κόλπος ὁ Ἀργολικὸς καλούμενος) στάδια ρν΄.

ΕΠΙΔΑΥΡΟΣ.

να΄. Ἡ Ἐπίδαυρος[263] δὲ χώρα μετὰ Ἄργος· καθήκει[264] γὰρ εἰς τὸν κόλπον τοῦτον στάδια λ΄. Μετὰ δὲ τὴν Ἐπιδαυρίαν[265] χώραν Ἁλία[266] καὶ λιμήν. αὕτη ἐστὶ ἐπὶ τῷ στόματι τοῦ Ἀργολικοῦ κόλπου. περίπλους[267] ταύτης ἐστὶ σταδίων ἑκατόν.

Pag. 20 Huds.

ΕΡΜΙΩΝ.

νϐ΄. Μετὰ δὲ ταύτην Ἑρμιὼν[268] πόλις ἐστὶ, καὶ

ARGOS.

50. Post Lacedæmonem est Argos civitas, et in ea urbs Nauplia cum portu. Mediterraneæ vero, Cleonæ, Mycenæ et Tiryns. Prætervectio circum Argiæ regionem (est enim ibi sinus dictus Argolicus) stadiorum 150.

EPIDAURUS.

51. Epidaurus regio Argum excipit. Illa enim descendit ad hunc sinum (spatio) stadiorum 30. Post Epidauriam regionem Halia, cum portu. Sita hæc est in ore sinus Argolici. Prætervectio hujus est stadiorum centum.

HERMION.

52. Deinceps est Hermion civitas cum portu. Hujus

λιμήν, ταύτης δὲ περίπλους σταδίων π'. Μετὰ δὲ Ἑρμιῶνα Σκύλλαιόν[269] ἐστιν ἀκρωτήριον τοῦ κόλπου τοῦ[270] πρὸς ἰσθμόν· ἔστι δὲ τὸ Σκύλλαιον τῆς Τροιζηνίας. καταντικρὺ δὲ αὐτοῦ ἐστὶ Σούνιον ἀκρωτήριον τῆς Ἀθηναίας χώρας[271]. Κατὰ δὲ τοῦτο[272] ἐστι νῆσος Βέλβινα, καὶ πόλις. [Τοῦτου τοῦ κόλπου] ἀπὸ τούτου[273] τοῦ στόματος εἴσω εἰς τὸν ἰσθμὸν στάδια ἐστὶ ψμ'. ἔστι δὲ ὁ κόλπος οὗτος αὐτὸς κατὰ στόμα[274] εὐθύτατος.

ΤΡΟΙΖΗΝΙΑ[275].

νγ'. Μετὰ δὲ Ἑρμιῶνα Τροιζὴν[291] πόλις καὶ λιμήν[276]. παράπλους δ' ἐστὶν αὐτῆς στάδια λ'[277]. Μετὰ[278] δὲ ταῦτα νῆσός ἐστι Καλαυρία, καὶ πόλις, καὶ λιμήν. παράπλους δ' ἐστὶν αὐτῆς στάδια τ'.

præternavigatio est stadiorum 80. Post Hermionem est Scyllæum promontorium, (pars) sinus ad isthmum (pertingentis). Est vero Scyllæum in Trœzenia : ex adverso ejus est Sunium promontorium Atticæ regionis. Circa hoc (Scyllæum), est Belbina insula cum urbe. Ab isto (sinus) ore, intus usque ad isthmum, sunt stadia 740. Est vero hic sinus ab apertura minime deflexus.

TRŒZENIA.

53. Post Hermionem Trœzen civitas, cum portu : [prætervectio ejus est stadiorum 30]. Circa hæc est insula Calauria, cum urbe et portu. Prætervectio ejus (totius Trœzeniæ) est stadiorum 300.

ΑΙΓΙΝΑ.

νδ'. Κατὰ δὲ ταύτην νῆσός ἐστι καὶ πόλις Αἴγινα, καὶ λιμένες δύο. Ἐπάνειμι δὲ πάλιν ἐπὶ τὴν ἤπειρον, ὅθεν ἐξετραπόμην.

ΕΠΙΔΑΥΡΟΣ.

νε'. Μετὰ δὲ Τροιζηνίαν πόλις Ἐπίδαυρος, καὶ λιμήν. παράπλους δὲ τῆς Ἐπιδαύρου χώρας στάδια λ' [279].

Pag. 21 Huds.

ΚΟΡΙΝΘΙΑ.

νϛ'. Μετὰ δὲ Ἐπίδαυρον ἡ Κορινθίων χώρα ἐστὶ πρὸς ἠῶ [280], καὶ τεῖχος Κεγχρεῖαι [281], καὶ ἰσθμὸς, οὗ [282] ἱερὸν Ποσειδῶνος. Ἐνταῦθα ἡ Πελοπόννησος λήγει. Ἔστι δὲ καὶ ἔξω τοῦ ἰσθμοῦ χώρα Κορινθίοις· καὶ τεῖχος [283] Σιδοῦς, καὶ ἕτερον τεῖχος

ÆGINA.

54. Circa hanc (Trœzeniam) est Ægina insula cum urbe et duobus portubus. Sed redeo ad continentem, unde diverteram.

EPIDAURUS.

55. Post Trœzeniam est civitas Epidaurus cum portu. Prætemavigatio regionis Epidauri, stadiorum 30.

CORINTHIA.

56. Post Epidaurum est Corinthiorum regionis ea pars, quæ orientem spectat, et munimentum Cenchreæ, et isthmus, ubi fanum Neptuni. Hic est finis Peloponnesi. Est vero etiam extra isthmum Corinthiis territorium; et navale Sidus, et aliud navale Cremmyon.

Κρεμμύων[284]. παράπλους δὲ τῆς Κορινθίων χώρας μέχρι τῶν ὁρίων τῶν Μεγαρέων στάδια τ΄.

ΜΕΓΑΡΑ.

νζ΄. Ἀπὸ δὲ τῆς Κορινθίων χώρας Μέγαρα πόλις ἐστὶ, καὶ λιμὴν, καὶ Νισαία[285] τεῖχος. Παράπλους δὲ τῆς Μεγαρέων[286] χώρας μέχρι Ἰαπίδος[287] (ἔστι γὰρ οὗτος ὅρος τῆς Ἀθηναίων χώρας), στάδιοι ρμ΄.

ΑΤΤΙΚΗ.

νη΄. Μετὰ δὲ Μεγαρεῖς εἰσὶν Ἀθηναίων πόλεις. Καὶ πρῶτόν τῆς Ἀττικῆς Ἐλευσὶς, οὗ ἱερὸν Δήμητρος ἐστὶ, καὶ τεῖχος. [καὶ νῆσος Σαλαμίς[288]]. Κατὰ τοῦτο ἐστὶ Σαλαμὶς νῆσος, καὶ πόλις, καὶ λιμήν. Ἔπειτα ὁ Πειραιεὺς, καὶ τὰ σκέλη[289], καὶ Ἀθῆναι. ὁ δὲ Πειραιεὺς λιμένας ἔχει γ΄[290]. Ἀνάφλυ-

Præternavigatio Corinthiorum regionis usque terminos Megarensium, stadiorum est 300.

MEGARA.

57. Post Corinthiorum regionem est Megara urbs cum portu, et Nisæa munimentum. Præternavigatio Megarensium regionis, usque lapidem (est enim hic terminus Atheniensium regionis), stadiorum 140.

ATTICA.

58. Post Megarenses sunt Atheniensium civitates. Et primum Atticæ est Eleusis, ubi fanum Cereris, et navale. Circa hoc est insula Salamis, et urbs cum portu. Deinceps est Pyræus, ejusque crura, et Athenæ. Piræus vero portus habet tres. Anaphlystus

στος τεῖχος, καὶ λιμήν. Σούνιον ἀκρωτήριον, καὶ τεῖχος, καὶ λιμένες δύο. Ῥαμνοῦς τεῖχος. εἰσὶ δὲ καὶ ἄλλοι λιμένες ἐν τῇ Ἀττικῇ πολλοί. Περίπλους τῆς Ἀθηναίων χώρας στάδια αρμ΄· ἀπὸ Ἰαπίδος χώρας ἐπὶ Σούνιον στάδια μμξ΄ [291]· ἀπὸ Σουνίου μέχρι τῶν ὅρων τῶν Βοιωτίων στάδια χν΄. Κατὰ δὲ τὴν Ἀττικὴν εἰσὶ νῆσοι αἱ Κυκλάδες καλούμεναι, καὶ πόλεις αἵδε ἐν ταῖς νήσοις.

Pag. 22 Huds.

ΝΗΣΟΙ ΚΥΚΛΑΔΕΣ [292].

νθ΄. Κέως [293] (αὕτη τετράπολις)..., καὶ λιμὴν, Κορησία, Ἰουλὶς [294], Αἶραι· Ἑλένη [295], Κύθνος νῆσος, καὶ πόλις· Σέριφος νῆσος, καὶ πόλις, καὶ λιμήν· Σίφνος, Πάρος λιμένας ἔχουσα δύο, ὧν τὸν ἕνα κλειστόν [296]· Νάξος, Δῆλος, Ῥήνη, Σύρος [297], Μύκονος [298],

στάδια μμξ΄. fors. υξ΄. — Αἶραι fors. Καρθαία.

munimentum cum portu; Sunium promontorium, et munimentum, cum duobus portubus; Rhamnus munimentum. Sunt et alii complures in Attica portus. Circumnavigatio Atheniensium regionis, est stadiorum 1140; ab Iapide regione usque ad Sunium stadia...; a Sunio usque ad terminos Bœotiæ stadia 650. In conspectu autem Atticæ sunt insulæ Cyclades adpellatæ, civitatesque in iis hæ sunt.

INSULÆ CYCLADES.

59. Ceos (in qua urbes sunt quatuor, Pœeessa cum portu, Coresia, Iulis, et Carthæa). Inde Helena, Cythnus insula cum urbe; Seriphus insula cum urbe et portu; Siphnus; Paros cum duobus portubus, quorum unus clausus; Naxus, Delus, Rhene, Syrus, Myconus

(αὕτη δίπολις)· Τῆνος καὶ λιμήν· Ἄνδρος καὶ λιμήν. αὗται μὲν αἱ Κυκλάδες νῆσοι. ὑπὸ δὲ ταύτας ἕτεραι νῆσοι αἵδε πρὸς νότου·[299] Ἴος, καὶ λιμήν. (ἐν ταύτῃ Ὅμηρος τέθαπται). Ἀμοργὸς[300], αὕτη τρίπολις[301], καὶ λιμήν· Ἴκαρος, δίπολις. Μετὰ δὲ Ἄνδρον Εὔβοια νῆσος (αὕτη τετράπολις)· εἰσὶ δὲ ἐν αὐτῇ Κάρυστος, Ἐρετρία καὶ λιμήν, Χαλκὶς καὶ λιμήν, Ἑστιαία[302] καὶ λιμήν. ἡ δὲ Εὔβοια, ἀπὸ Κηναίου[303] Διὸς ἱεροῦ ἐπὶ Γεραιστὸν Ποσειδῶνος ἱερὸν, ἔχει στάδια ατν΄[304]· τὸ δὲ πλάτος στενή ἐστιν ἡ Εὔβοια. Ἐν δὲ τῷ Αἰγαίῳ[305] πελάγει εἰσὶ νῆσοι αἵδε· κατὰ Ἐρετρίαν, Σκῦρος καὶ πόλις· Ἴκος, αὕτη δίπολις· Πεπάρηθος, αὕτη τρίπολις, καὶ λιμήν· Σκίαθος, αὕτη δίπολις, καὶ λιμήν. Μετὰ ταῦτα ἐπάνειμι πάλιν ἐπὶ τὴν ἤπειρον, ὅθεν ἐξετραπόμην.

Pag. 23 Huds.

cum duabus urbibus; Tenus cum portu; Andrus cum portu. Hæ quidem sunt Cyclades insulæ. Sub his vero sunt aliæ insulæ hæ a noto (incipienti): Ios cum portu, in qua Homerus sepultus est; Amorgus, quæ tribus constat urbibus et portu; Icarus, in qua binæ urbes. Post Andrum vero est Eubœa insula, in qua urbes quatuor, quæ sunt hæ: Carystus, Eretria cum portu, Chalcis cum portu, Hestiæa cum portu. Eubœa autem, a Cenæi Jovis fano usque Geræstum Neptuni fanum, est stadiorum 1350: latitudine vero angusta est Eubœa. In Ægæo vero pelago insulæ sunt hæ: circa Eretriam Scyrus cum urbe; Icus, in qua binæ urbes; Peparethus, cui tres urbes cum portu; Sciathus, in qua binæ urbes cum portu. Sed nunc redeo ad continentem, unde abieram.

ΒΟΙΩΤΙΑ.

ξ'. Μετὰ δὲ Ἀθήνας εἰσὶ Βοιωτοὶ ἔθνος· καθήκουσι γὰρ καὶ οὗτοι ἐπὶ ταύτην τὴν θάλασσαν. Καὶ ἔστιν ἐν αὐτῇ[306] πρῶτον ἱερὸν Δήλιον, Αὐλὶς ἱερὸν, Εὔριπος τεῖχος, Ἀνθηδὼν τεῖχος· Θῆβαι, Θεσπιαί, Ὀρχομενὸς ἐν μεσογείᾳ. εἰσὶ δὲ καὶ ἄλλαι πόλεις. παράπλους δὲ τῆς Βοιωτίας χώρας, ἀπὸ Δηλίου μέχρι τῶν Λοκρῶν ὁρίων[308], σταδίων σν'.

ΛΟΚΡΟΙ.

ξα'. Μετὰ δὲ Βοιωτούς εἰσι Λοκροὶ ἔθνος. καὶ εἰσὶ κατὰ Εὔβοιαν αὐτοῖς πόλεις αἵδε· Λάρυμνα, Κῦνος[309], Ἀλόπη· εἰσὶ δὲ καὶ ἄλλαι πολλαὶ Λοκροῖς. παράπλους δὲ τῆς χώρας αὐτῶν στάδια σ'.

ἐν αὐτῇ fors. αὐτοῖς.

BŒOTIA.

60. Post Athenas sunt Bœoti : pertingunt enim et hi usque ad hoc mare. Primum apud eos est fanum Delium, Aulis fanum, Euripus munimentum, Anthedon navale, Thebæ, Thespiæ, Orchomenus in mediterraneo tractu. Sunt et aliæ urbes. Præternavigatio vero Bœotiæ regionis, a Delio usque ad Locrorum terminos, stadiorum 250.

LOCRI.

61. Post Bœotos sunt Locri. Hæque sunt eorum circa Eubœam civitates : Larymna, Cynos, (*Opus*), Alope; habent et alias multas civitates Locri. Prætervectio eorum regionis est stadiorum 200.

ΦΩΚΕΙΣ.

ξϐ′. Μετὰ δὲ Λοκροὺς εἰσὶ Φωκεῖς· διήκουσι γὰρ καὶ οὗτοι εἰς τὴν θάλασσαν ταύτην [310]. καὶ πόλεις αὐτοῖς εἰσὶν αἵδε· Θρόνιον [311], Κνημὶς [312], Ἐλάτεια, Πανοπεύς. εἰσὶ δὲ καὶ ἄλλαι πόλεις αὐτοῖς ἐν μεσογείᾳ [313]. παράπλους δέ ἐστι τῆς Φωκέων χώρας στάδια σ′.

Pag. 24 Huds.

ΜΑΛΙΕΙΣ.

ξγ′. Μετὰ δὲ Φωκεῖς εἰσὶ Μαλιεῖς [314], καὶ ὁ κόλπος ὁ Μαλιεύς. ἐν τούτῳ κόλπῳ εἰσὶ οἱ Λιμοδωριεῖς καλούμενοι οἵδε [315]· Ἔρινος [316], Βοίον [317], Κυτίνιον [318]. ἐνταῦθα Θερμοπύλαι, Τραχὶς, Οἴτη, Ἡράκλεια, Σπερχειὸς ποταμός. [ΜΑΛΙΕΙΣ [319]]. Μετὰ δὲ Μαλιεῖς [320] ἔθνος. ἔστι δὲ Μαλιεῦσιν ἡ πρώτη πόλις Λαμία, ἐσχάτη δὲ Ἐχῖνος [321]· εἰσὶ δὲ

PHOCENSES.

62. Locros sequuntur Phocenses: pertingunt enim et hi ad hoc mare. Urbes eorum sunt hæ: Thronium, Cnemis, Elatæa, Panopeus. Habent quoque alias civitates in mediterraneo tractu. Prætervectio Phocensium regionis est stadiorum 200.

MALIENSES.

63. Post Phocenses sunt Malienses, sinusque Maliacus. Ad hunc sinum sunt, qui dicuntur Limodorienses, urbesque hæ: Erineus, Bœum, Cytinium. Illic Thermopylæ, Trachis, Œta, Heraclæa, Sperchius fluvius. [MALIENSES]. Deinceps sunt Malienses. Prima Maliensium civitas est Lamia, postrema vero Echinus.

καὶ ἄλλαι πόλεις Μαλιεῦσι, μέχει οὗ[321] ὁ κόλπος ἐπιθίγῃ. Καὶ τῇ Μαλιέων[323] χώρᾳ ἐποικοῦσιν ἄνωθεν[324] ἀπὸ μεσογείας Αἰνιᾶνες[325], καὶ δι' αὐτῶν ῥεῖ ὁ Σπερχειὸς ποταμὸς ἔξω[326] τοῦ Μαλιέων κόλπου.

ΑΧΑΙΟΙ.

ξδ'. Εἰσὶ δὲ Ἀχαιοὶ[327] Φθιῶται ἔθνος· εἰσὶ δὲ ἐν τῷ Παγασητικῷ κόλπῳ ἐπ' ἀριστερᾷ εἰσπλέοντι[328], ὡς ἐπὶ τὸ ἥμισυ[329] τοῦ κόλπου. Ἀχαιῶν πόλεις αἵδε ἀλιτροπὲς[330]: Λάρισσα, Μελιταία[331], Δημήτριον, Θῆβαι[332]. εἰσὶ δὲ καὶ ἄλλαι πόλεις Ἀχαιοῖς ἐν μεσογείᾳ.

ΘΕΤΤΑΛΙΑ.

ξε'. Μετὰ δὲ Ἀχαιοὺς Θετταλία[333]· καθήκει ἐπὶ

Pag. 25 Huds.

ἔξω τῦ Μαλ. fors. εἴσω. — ἀλιτροπὲς fors. παλιντροπές.

Sunt et aliæ civitates Maliensibus, usquequo pertingit sinus. Et Maliensium regioni appropinquant ex superioribus mediterranei tractus partibus Ænianes, perque eos Sperchius amnis, exit in intimam partem Maliensium sinus.

ACHÆI.

64. Sunt Achæi gens Phthiotarum: sunt autem in sinu Pagasetico in (parte) sinistra introrsum naviganti fere usque in mediam partem hujus sinus. Hæ Achæorum civitates retrorsum eundo: Larissa, Melitæa, Demetrium, Thebæ. Habent et alias Achæi urbes in mediterraneo tractu.

THESSALIA.

65. Post Achæos Thessalia est: descendit autem ad

S*

θάλατλαν ἐκ μεσογείας κατὰ στενὸν εἰς τὸν Παγασητικὸν κόλπον στάδιοι λ'[334]. καὶ εἰσὶ Θετλαλίας πόλεις αἵδε ἐπὶ θαλάτλῃ· Ἀμφαναὶ[335], Παγασαί. ἐν δὲ μεσογεία Φεραὶ[336], Λάρισσα, Φάρσαλος, ἱερὸν Πελινναῖον[337], Σκότουσα, Κράνων[338]. εἰσὶ δὲ καὶ ἄλλαι πόλεις Θετλαλῶν ἐν μεσογεία. Ἡ δὲ Θετλαλία παρήκει ἐν μεσογεία ὑπὲρ Αἰνιάνων, καὶ Δολόπων, καὶ Μαλιέων, καὶ Ἀχαιῶν, καὶ Μαγνήτων, μέχρι Τεμπῶν. Τοῦ δὲ Παγασητικοῦ κόλπου μῆκός ἐστιν ἀπὸ στόματος εἰς τὸν μυχὸν πλοῦς προμεσημβρινός[339]. τὸ δὲ στόμα αὐτοῦ ἐστὶ στάδια ε'. Ἐν δὲ τῷ Παγασητικῷ κόλπῳ ἐστὶ νῆσος Κικύνηθος[340], καὶ πόλις.

ΜΑΓΝΗΤΕΣ.

ξϛ'. Ἔθνος δὲ Μαγνήτων παρὰ θάλατλαν,

mare a tractu mediterraneo angusta ex parte usque sinum Pagaseticum (spatio) stadiorum 30. Civitates autem Thessaliæ ad mare sunt hæ: Amphanæ, Pagasæ. Mediterraneæ vero Pheræ; Larissa, Pharsalus, fanum Pelinnæum, Scotusa, Cranon. Sed et alias Thessali civitates mediterraneas habent. Thessalia vero in mediterraneo tractu extenditur supra Æenianes, et Dolopes, et Malienses, et Achæos et Magnetas, usque Tempe. Sinus autem Pagasetici longitudo, ab ore usque ad intimum recessum, est navigationis antemeridianæ. Os ejus patet stadiis 5. In sinu vero Pagasetico est insula Cicynethus cum urbe.

MAGNETES.

66. Magnetum autem gens ad mare habitat, urbesque

καὶ πόλεις αἵδε· Ἰωλκὸς[341], Μοθώνη[342], Κορακαὶ, Σπάλαθρα, Ὀλιζὼν καὶ[343] λιμήν. Ἔξω δὲ τοῦ κόλπου Παγασητικοῦ, Μελίβοια, Ῥιζοῦς, Εὐρυμεναὶ[344], [Μύραι[345]]. ἐν μεσογείᾳ δὲ ἐποικοῦσιν[346] ἔθνος Περραιβοὶ, Ἕλληνες[347]. Μέχρι ἐνταῦθά ἐστιν ἀπὸ Ἀμβρακίας συνεχὴς ἡ Ἑλλάς. ἐπιεικῶς δὲ καὶ ἐπὶ θάλατταν πᾶσα[348] Ἑλλάδι ὅμοιόν ἐστι.

ΜΑΚΕΔΟΝΙΑ.

ξζ'. Ἀπὸ δὲ Πηνειοῦ[349] ποταμοῦ Μακεδόνες εἰσὶν ἔθνος, καὶ κόλπος Θερμαῖος. Πρώτη πόλις Μακεδονίας Ἡράκλειον· Δίον, Πύδνα[350] πόλις ἑλληνὶς, Μεθώνη πόλις ἑλληνὶς, καὶ Ἀλιάκμων ποταμὸς, Ἄλωρος[351] πόλις, καὶ ποταμὸς Λυδίας[352], Πολάγιλις[353], καὶ βασίλειον[354] ἐν αὐτῇ, καὶ ἀνάπλους εἰς αὐτὴν ἀνὰ τὸν Λυδίαν· Ἄξιος ποταμὸς, Ἐχέδω-

Pag. 26 Huds.

πᾶσα Ἑλλάδι ὅμοιον fors. πᾶσαν. — Πολάγιλις fors. πόλις Αἰγαί.

in ea sunt hæ : Iolcus, Methone, Coracæ, Spalathra, Olizon cum portu. Extra sinum Pagaseticum : Meliboea, Rhizus, Eurymenæ, [Myræ]. In mediterraneo tractu Perrhæbi habitant, natio græca. Et hactenus ab Ambracia non interrupta est Græcia. Sed juxta totum mare, Græciæ sat similia (litora) sunt.

MACEDONIA.

67. Post Peneum fluvium Macedonum gens est, et sinus Thermæus. Prima Macedoniæ urbs est Heraclium; (postea) Dium, Pydna civitas græca, Methone urbs græca, et Aliacmon fluvius, Alorus urbs et fluvius Lydias, Ægæ urbs, et regia in ea; navigaturque in eam per Lydiam : Axius fluvius, Echedorus fluvius, Therma

ρος[355] ποταμὸς, Θέρμη πόλις, Αἴνεια[356] ἑλληνὶς, Παλλήνη ἄκρα μακρὰ εἰς τὸ πέλαγος ἀνατείνουσα, καὶ πόλεις αἵδε ἐν τῇ Παλλήνῃ ἑλληνίδες· Ποτίδαια ἐν τῷ μέσῳ τὸν ἰσθμὸν ἐμφράττουσα, Μένδη, Ἄφυτις[357], Θράμβος[358], Σκιώνη, Καναστραῖον[359] τῆς Παλλήνης ἱερὸν ἀκρωτήριον. Ἔξω δὲ τοῦ ἰσθμοῦ πόλεις αἵδε· Ὄλυνθος ἑλληνὶς, Μηκύβερνα ἑλληνὶς, Σερμυλία[360] ἑλληνὶς, καὶ κόλπος Σερμυλικὸς[361], Τορώνη πόλις ἑλληνὶς καὶ λιμὴν[362], Δῖον[363] ἑλληνὶς, Θύσος[364] ἑλληνὶς, Κλεωναὶ[365] ἑλληνὶς, Ἄθως ὄρος, Ἀκρόθωοι[366] ἑλληνὶς, Χαραδρίαι[367] ἑλληνὶς, Ὀλόφυξος ἑλληνὶς, Ἄκανθος ἑλληνὶς[368], Ἄλαπτα[369] ἑλληνὶς, Ἀρέθουσα ἑλληνὶς, Βόλβη[370] λίμνη, Ἀπολλωνία ἑλληνίς. εἰσὶ δὲ καὶ ἄλλαι Μακεδονίας ἐν μεσογείᾳ πολλαί.

Pag. 27 Huds.

" Ἄλαπτα fors. Ἄκτα πόλις.

urbs; Ænea civitas græca, Pallene promontorium longe in mare prominens. Et hæ urbes græcæ sunt in Pallene: Potidæa isthmum in medio obstruens, Mende, Aphytis, Thrambus, Scione, Canastræum sacrum Pallenes promontorium. Extra isthmum sunt urbes hæ : Olynthus urbs græca, Mecyberna urbs græca, Sermylia urbs græca, et sinus Sermylicus; Torone urbs græca cum portu, Dium urbs græca, Thysus urbs græca, Cleonæ urbs græca, Athos mons, Acrothoi urbs græca, Charadriæ urbs græca, Holophyxus urbs græca, Acanthus urbs græca, Acta urbs græca, Arethusa urbs græca, Bolbe lacus, Apollonia urbs græca. Sunt et aliæ multæ Macedoniæ urbes mediterraneæ. [Est vero regio

ἐστὶ δὲ κολπώδης [371]. Παράπλους δὲ περὶ τοὺς κόλπους δύο ἡμερῶν. Μετὰ δὲ Μακεδονίαν Στρυμὼν [372] ποταμός· οὗτος ὁρίζει [373] Μακεδονίαν, καὶ Θράκην.

ΘΡΑΚΗ.

ξη'. Διήκει δὲ ἡ Θράκη ἀπὸ Στρυμῶνος ποταμοῦ μέχρι Ἴστρου ποταμοῦ τοῦ ἐν τῷ Εὐξείνῳ [374] Πόντῳ. Εἰσὶ δὲ ἐν Θράκῃ πόλεις ἑλληνίδες αἵδε· Ἀμφίπολις [375], Φάγρης [376], Γαληψός, Οἰσύμη [377], καὶ ἄλλα ἐμπόρια, Σάγιον [378]. Κατὰ ταῦτα ἐστι Θάσος [379] νῆσος καὶ πόλις, καὶ λιμένες δύο· τούτων ὁ εἷς κλειστός. Ἐπάνειμι δὲ πάλιν [380] . . . . , ὅθεν ἐξετραπόμην. Νεάπολις [381] κατὰ ταύτην, Δάτον [382] πόλις ἑλληνὶς, ἣν ᾤκισεν Καλλίστρατος Ἀθηναῖος, καὶ ποταμὸς Νέστος [383], Ἄβδηρα [384] πό-

Σάγιον fors. Σαίων.

sinuosa]. Prætervectio (sequendo) sinuum litora, est dierum duorum. Post Macedoniam Strymon fluvius : hic Macedoniam et Thraciam disterminat.

THRACIA.

68. Extenditur Thracia a Strymone fluvio ad Istrum fluvium, qui est in Ponte Euxino. In Thracia vero urbes græcæ hæ sunt : Amphipolis, Phagres, Galepsus, Œsyma, aliaque emporia, Saion. Circa hæc est Thasus insula, cum urbe et duo portubus, quorum unus est clausus. Sed redeo ad continentem, unde digressus eram. Circa hanc Neapolis, Datum urbs græca, quam condidit Callistratus Atheniensis, et fluvius Nestus,

λις, Κύδητος[385] ποταμός. Αἱ δὲ πόλεις[386], Δίκαια καὶ Μαρωνεία. Κατὰ ταῦτα ἐν τῇ ἠπείρῳ ἐμπόρεια [Δρῦς, Ζώνη[387]. Σαμοθράκη[388] κατὰ.... καὶ λιμὴν· ποταμὸς [Δουρίσκος] Ἕβρος[389], καὶ ἐπ' αὐτοῦ τεῖχος, Αἶνος πόλις καὶ λιμὴν, τείχη Αἰνίων[390] ἐν τῇ Θράκῃ, Μέλας κόλπος, Μέλας ποταμὸς, Δερὶς[391] ἐμπόρειον, Κώβρυς[392] ἐμπόρειον Καρδιανῶν[393], καὶ ἄλλος Κύπασις[394]. [Ἴμβρος καὶ Λῆμνος[395]]. Κατὰ τὸν Μέλανα κόλπον Ἴμβρος ἐστὶ νῆσος καὶ πόλις, καὶ Λῆμνος[396] νῆσος καὶ λιμήν. Ἐπάνειμι πάλιν ἐπὶ τὴν ἤπειρον, ὅθεν ἐξετραπόμην. [Χερρόνησος][397]. Μετὰ δὲ τὸν Μέλανα κόλπον ἐστὶν ἡ Θρακία Χερρόνησος· καὶ πόλεις ἐν αὐτῇ αἵδε· Καρδία, Ἴδη, Παιὼν, Ἀλωπεκόννησος, Ἄραπλος, Ἐλαιοῦς[398], Ἄβυδος[399], Σηστός· ἐπὶ τοῦ στόματος[400] τῆς Προποντίδος

Pag. 28 Huds.

Παιὼν fors. Ἠϊών. — Ἄβυδος fors. Μάδυτος.

Abdera urbs, Cudetus fluvius: [urbes vero] Dicæa, et Maronea. Vicina his in continenti sunt emporia Drys, Zone. Prope hæc est Samothrace insula..... cum portu, fluvius Hebrus, et ad eum munimentum [Doriscus]; Ænus urbs cum portu, muri Æniorum in Thracia, Melas sinus, Melas fluvius, Deris emporium, Cobrys emporium Cardianorum, et alterum Cypasis. [Imbrus et Lemnus.] Circa Melanem sinum, Imbrus est insula cum urbe, et Lemnus insula cum portu. Sed rursum ad continentem redeo, unde abieram. [Chersonesus]. Post sinum Melanem est Chersonesus Thracica: urbesque in ea sunt Cardia, Ide, Eion, Alopeconnesus, Araplus,

ἐστὶ στάδια ϛʹ. Ἐντὸς δὲ Αἰγὸς ποταμοῦ[401] Κρήσσα, Κρηθωτὴ[402], Πακτύη. μέχρις ἐνταῦθα ἡ Θρακία Χερρόνησος[403]. Ἐκ Πακτύης δὲ εἰς Καρδίαν διὰ τοῦ αὐχένος πεζῇ[404] στάδια μʹ[405], ἐκ θαλάττης εἰς θάλατταν· καὶ πόλις ἐν τῷ μέσῳ, ᾗ ὄνομα Ἀγορά[406]. Χερρονήσου μῆκος ἐκ Καρδίας εἰς Ἐλαιοῦντα[407] (ταύτῃ[408] γάρ ἐστι μακροτάτη) στάδια υʹ. Μετὰ δὲ τὸν[409] Χερρόνησον ἐστι Θράκια τείχη τάδε· πρῶτον Λευκὴ ἀκτὴ, Τειρίστασις[410], Ἡράκλεια[411], Γάνος, Γανίαι[412], Νέον τεῖχος, Πέρινθος πόλις καὶ λιμὴν, Δαμινὸν[413] τεῖχος, Σηλυμβρία πόλις καὶ λιμήν. Ἀπὸ τούτου ἐπὶ στόματος τοῦ Πόντου[414] εἰσὶ στάδιοι φʹ. Ἀνάπλους[415] καλεῖται ὁ τόπος ἀνὰ Βόσπορον[416] μέχρι ἂν ἔλθῃς[417] ἐφ' ἱερόν. Ἀφ' ἱεροῦ δὲ, τοῦ στόματός ἐστι τοῦ Πόντου εὖρος[418] στάδια ζʹ. Εἰσὶ

Pag. 29 Huds.

Δαμινὸν fors. Κοινόν. — ἐπὶ στόματος, fors. μέχρι.

Elæus, Madytus, Sestus; ad os Propontidis sunt stadia 6. Intus (recedendo ab) Ægos flumine, Cressa, Crethote, Pactya. Huc usque est Chersonesus Thracica. A Pactya vero Cardiam pedestri itinere per collum (isthmi) sunt stadia 40, a mari ad mare. In medio est urbs adpellata Agora. Longitudo Chersonesi a Cardia Elæuntem, ibi enim maxima ejus longitudo, stadiorum est 400. Post Chersonesum Thracica oppida hæc sunt: primum Litus Album, Tiristasis, Heraclea, Ganus, Ganiæ, Novus murus, Perinthus urbs cum portu, Cœnum oppidum, Selymbria urbs cum portu. Ab hac usque ad os Ponti sunt stadia 500. Anaplus vocatur tractus hic in Bosporo, donec ad fanum deveneris. Ultra fanum latitudo

δὲ ἐν τῷ Πόντῳ πόλεις ἑλληνίδες αἵδε ἐν Θρᾴκῃ· Ἀπολλωνία, Μεσημβρία, Ὀδησσόπολις[419], Κάλλατις[420], καὶ ποταμὸς Ἴστρος. Παράπλους δὲ τῆς Θρᾴκης, ἀπὸ Στρυμόνος ποταμοῦ μέχρι Σηστοῦ[421], δύο ἡμερῶν, καὶ νυκτῶν δύο· ἀπὸ δὲ Σηστοῦ μέχρι στόματος τοῦ Πόντου, δύο ἡμερῶν, καὶ νυκτῶν δύο· ἀπὸ δὲ τοῦ στόματος μέχρι τοῦ Ἴστρου ποταμοῦ, ἡμερῶν τριῶν καὶ νυκτῶν τριῶν. ὁ σύμπας περίπλους, ἀπὸ Θρᾴκης[422] καὶ ποταμοῦ Στρυμόνος, μέχρι τοῦ Ἴστρου ποταμοῦ, ὀκτὼ ἡμερῶν καὶ ὀκτὼ νυκτῶν[423].

ΣΚΥΘΙΑ, ΤΑΥΡΟΙ.

ξθ΄. Μετὰ δὲ Θρᾴκην εἰσὶν Σκύθαι ἔθνος, καὶ πόλεις ἐν αὐτοῖς ἑλληνίδες αἵδε· Τύρισσης[424] ποταμὸς, Νεώνειον[425] πόλις, Ὀφιοῦσα πόλις. Ἐπὶ δὲ τῇ Σκυ-

oris Ponti stadiorum est 7. Ad Pontem vero urbes græcæ in Thracia hæ sunt : Apollonia , Mesembria, Odessopolis, Callatis, et Ister fluvius. Præternavigatio Thraciæ, a Strymone usque Sestum, est dierum duorum et duarum noctium : a Sesto usque os Ponti, duorum dierum et duarum noctium : ab ore Ponti vero usque Istrum fluvium , dierum trium et noctium trium. Omnis circumnavigatio ab (incipiente) Thracia, et a Strymone fluvio, usque Istrum flumen , est octo dierum et octo noctium.

SCYTHIA, TAURI.

69. Post Thraciam sunt Scythæ, urbesque in Scythia græcæ sunt hæ : Tyras flumen, Niconium urbs, Ophiusa urbs. In ora vero Scythiæ, Taurorum gens habitat

θικῆ[426] ἐποικοῦσι Ταῦροι ἔθνος ἀκρωτήριον[427] τῆς ἠπείρου· εἰς θάλατταν δὲ τὸ ἀκρωτήριόν ἐστι[428]. Ἐν δὲ τῇ Ταυρικῇ οἰκοῦσιν Ἕλληνες.... αἵδε[429]· Χερρόνησος[430] ἐμπόριον, Κριοῦ μέτωπον, ἀκρωτήριον τῆς Ταυρικῆς. Μετὰ δὲ ταῦτά εἰσι Σκύθαι πάλιν[431], πόλεις δὲ ἑλληνίδες αἵδε ἐν αὐτῇ[432]· Θευδοσία, Κύταια[433], καὶ Νύμφαια, Παντικάπαιον[434], Μυρμήκειον[435]. Παράπλους εὐθὺς, ἀπὸ Ἴστρου ἐπὶ Κριοῦ μέτωπον, τριῶν ἡμερῶν καὶ τριῶν νυκτῶν. ὁ δὲ παρὰ γῆν διπλάσιος· ἔστι γὰρ κόλπος. ἐν δὲ τῷ κόλπῳ τούτῳ νῆσός ἐστι [νῆσος δὲ ἐρήμη[436]], ᾗ ὄνομα Λευκὴ, ἱερὰ τοῦ Ἀχιλλέως[437]. Ἀπὸ δὲ Κριοῦ μετώπου πλοῦς εἰς Παντικάπαιον, ἡμέρας καὶ νυκτός· ἀπὸ δὲ Παντικαπαίου ἐπὶ τὸ στόμα[438] τῆς Μαιώτιδος λίμνης, ἐστὶ στάδια κ΄. Ἡ δὲ Μαιῶτις λίμνη λέγεται ἥμισυ εἶναι τοῦ

Pag. 30 Huds.

partem prominentem continentis : in mare autem (recta) excurrit hoc promontorium. Incolunt Tauricam (regionem) Græci, urbesque eorum sunt hæ : Chersonesus emporium, Arietis frons, promontorium Tauricæ. Deinceps rursum sunt Scythæ, urbesque græcanicæ in ea hæ : Theudosia, Cytæa, et Nymphæa, Panticapæum, Myrmecion. Navigatio recta ab Istro ad Arietis frontem est dierum trium et noctium trium. Secundum terram altera parte major : est enim sinus. Est vero in hoc sinu insula [insula vero deserta], cui nomen Leuce, sacra Achilli. Ab Arietis fronte Panticapæum, diei noctisque spatio navigatur. A Panticapæo ad os Mæotidis paludis sunt stadia viginti. Palus vero Mæotis dicitur

Πόντου[439]. Ἐν δὲ τῇ Μαιώτιδι λίμνῃ εὐθὺς[440] εἰσπλέοντι, [στερεᾶς] εἰσὶν ἐπ' ἀριστερᾶς Σκύθαι. καθήκουσι γὰρ ἐκ τῆς ἔξω θαλάσσης[441] ὑπὲρ τῆς Ταυρικῆς[442] εἰς τὴν Μαιῶτιν λίμνην Συρμάται[443] ἔθνος, καὶ ποταμὸς Τάναϊς ὁρίζει Ἀσίαν[444] καὶ Εὐρώπην. [Παράπλους ἁπάσης τῆς Εὐρώπης[445]]. Ἀπὸ Ἡρακλείων στηλῶν τῶν ἐν τῇ Εὐρώπῃ, περιπλέοντι τοὺς κόλπους[446] παρὰ γῆν, λογιζομένῳ ὅσαι[447] γεγραμμέναι εἰσὶ νύκτες, ἀντὶ τούτων ἡμέρας, καὶ ὅπου στάδιοί εἰσι γεγραμμένοι[448], ἀντὶ τῶν φ' σταδίων ἡμερήσιον τὸν πλοῦν, γίνεται τῆς Εὐρώπης ὁ παράπλους, τοῦ Πόντου ὄντος ἴσου[449] καὶ τοῦ ἡμίσεος μέρους τῆς Μαιώτιδος λίμνης, ἡμερῶν ρνγ'[450]. Μέγιστοι δὲ ποταμοί εἰσιν ἐν τῇ Εὐρώπῃ, ὁ Τάναϊς, ὁ Ἴστρος, ὁ Ῥοδανός.

dimidia pars Ponti esse. In hac palude, in rectum naviganti, sinistram versus expanduntur Scythæ. Descendit enim a mari extero super Tauricam regionem, usque Mæotim paludem, gens Sarmatarum, et fluvius Tanaïs Asiam et Europam dividit. [Præternavigatio universæ Europæ.] Ab Herculeis Columnis quæ sunt in Europa, terræ sinus circumnaviganti et enumeranti quotquot noctes recensitæ sunt, totidem dies pro illis (habenti), ubi vero stadia expressa sunt, pro stadiis 500 diei navigationem, fit Europæ præternavigatio (quum dimidiam Ponti partem exæquet Mæotis palus) dierum 153. Maximi vero in Europa fluvii sunt Tanaïs, Ister, Rhodanus.

ΑΣΙΑ.

ο'. Ἀπὸ Ταναΐδος δὲ ποταμοῦ ἄρχεται ἡ Ἀσία[451]· [Σαυρομάται[452]] καὶ πρῶτον ἔθνος αὐτῆς ἐστὶν ἐν τῷ Πόντῳ Σαυρομάται[453]. Σαυροματῶν δὲ ἐστὶν ἔθνος Γυναικοκρατούμενοι[454].

Pag. 31 Huds.

ΜΑΙΩΤΑΙ.

οα'. Τῶν Γυναικοκρατουμένων ἔχονται Μαιῶται[455].

ΣΙΝΤΟΙ.

οβ'. Μετὰ δὲ Μαιώτας Σιντοὶ[456] ἔθνος· διήκουσι γὰρ οὗτοι καὶ εἰς τὸ ἔξω[457] τῆς λίμνης. καὶ εἰσὶν ἐν αὐτοῖς πόλεις ἑλληνίδες αἵδε· Φαναγόρου[458] πόλις, Κῆποι, Σινδικὸς[459] λιμὴν, Πάτους[460].

ASIA.

70. Post Tanaim fluvium incipit Asia : [Sauromatæ] et prima ejus gens in Ponto est Sauromatarum. Horum quoque ex gente sunt Gynæcocratumeni, (sive qui a mulieribus reguntur).

MÆOTÆ.

71. Gynæcocratumenis contermini sunt Mæotæ.

SINDI.

72. Post Mæotas, gens Sindorum. Pertingunt hi et extra paludem. Urbesque in iis græcæ sunt hæ : Phanagori urbs, Cepi, Sindicus portus, Patus.

ΚΕΡΚΕΤΑΙ.

ογ΄. Μετὰ δὲ Σινδικὸν λιμένα Κερκέται ἔθνος, καὶ πόλις ἑλληνὶς Τορικὸς[461] καὶ λιμήν.

ΑΧΑΙΟΙ.

οδ΄. Μετὰ δὲ Κερκέτας Ἀχαιοὶ[462] ἔθνος.

ΗΝΙΟΧΟΙ.

οε΄. Μετὰ δὲ Ἀχαιοὺς Ἡνίοχοι[463] ἔθνος.

ΚΟΡΑΞΟΙ.

ος΄. Μετὰ δὲ Ἡνιόχους Κοραξοὶ ἔθνος.

ΚΩΛΙΚΗ.

οζ΄. Μετὰ δὲ Κοραξοὺς Κωλικὴ[464] ἔθνος.

ΜΕΛΑΓΧΛΑΙΝΟΙ.

Pag. 32 Huds.

οη΄. Μετὰ δὲ Κωλικὴν Μελάγχλαινοι ἔθνος, καὶ ποταμὸς ἐν αὐτοῖς Μετάσωρις, καὶ Αἰγίπιος[465] ποταμός.

CERCETÆ.

73. Post Sindicum portum Cercetæ gens, et urbs græca Toricus cum portu.

ACHÆI.

74. Post Cercetas gens est Achæorum.

HENIOCHI.

75. Post Achæos gens est Heniochorum.

CORAXI.

76. Post Heniochos gens est Coraxorum.

COLICA.

77. Post Coraxos est Colica gens.

MELANCHLÆNI.

78. Colicam sequuntur Melanchlæni, et in iis Metasoris fluvius, et Ægipius fluvius.

ΓΕΛΩΝΟΙ.

οθ'. Μετὰ δὲ Μελαγχλαίνους Γέλωνοι[466].

ΚΟΛΧΟΙ.

π'. Μετὰ δὲ τούτους Κόλχοι[467] ἔθνος, καὶ Διοσκουριὰς[468] πόλις, καὶ Γυηνὸς[469] πόλις ἑλληνὶς, καὶ Γυηνὸς ποταμὸς, καὶ Χερόβιος[470] ποταμὸς, Χόρσος[471] ποταμὸς, Ἄριος ποταμὸς, Φᾶσις ποταμὸς, καὶ Φᾶσις ἑλληνὶς πόλις, καὶ ἀνάπλους ἀνὰ τὸν ποταμὸν σταδίων ρπ', εἰς πόλιν Μάλην[472] μεγάλην βάρβαρον, ὅθεν ἡ Μήδεια ἦν. Ἐνταῦθα ἐστι [Ῥὶς[473] ποταμὸς], Ἶσις[474] ποταμὸς, Ἄψαρος ποταμός.

ΒΥΖΗΡΕΣ.

πα'. Μετὰ δὲ τοὺς Κόλχους Βύζηρες[475] ἔθνος, καὶ Δαραάνων ποταμὸς, καὶ Ἀρίων ποταμός.

Γυηνὸς fors. Τυηνίς. — Χόρσος fors. Χῶβος. — Ἄριος fors. Χαριεις. — Μάλην fors. Αἰαίην.

GELONI.

79. Post Melanchlænos sunt Geloni.

COLCHI.

80. Hos sequitur Colchorum gens, et Dioscurias urbs, et Tyenis urbs græca, et Tyenis fluvius, et Cherobius fluvius, Chobus fluvius, Chariens fluvius, Phasis fluvius, et Phasis urbs græca, et navigatio secundum hunc fluvium stadiorum est 180, ad Ææam civitatem magnam barbaram, unde erat Medea. Ibi est [Rhis flumen] Isis fluvius, Apsarus fluvius.

BYZERES.

81. Colchos sequuntur Byzeres, et Daraanon fluvius, et Arion fluvius.

ΕΚΕΧΕΙΡΙΕΙΣ.

πβ'. Μετὰ δὲ Βύζηρας Ἐχεχειριεῖς[476] ἔθνος, καὶ ποταμὸς Πορδανὶς[477], καὶ Ἀραβὶς ποταμὸς, Λίμνη[478] πόλις, Ὠδεινιὸς[479] πόλις ἑλληνίς.

ΒΕΧΕΙΡΟΙ.

Pag. 33 Huds.

πγ'. Μετὰ Ἐχεχειριεῖς Βέχειροι[480] ἔθνος, Βεχειρικὸς λιμὴν, Βεχειριὰς[481] πόλις ἑλληνίς.

ΜΑΚΡΟΚΕΦΑΛΟΙ.

πδ'. Μετὰ δὲ Βέχειρας Μακροκέφαλοι[482] ἔθνος, καὶ Ψωρῶν λιμὴν, Τραπεζοῦς πόλις ἑλληνίς.

ΜΟΣΥΝΟΙΚΟΙ.

πε'. Μετὰ δὲ Μακροκεφάλους Μοσύνοικοι[483] ἔθνος, καὶ Ζεφύριος[484] λιμὴν, Χοιράδες[485] πόλις ἑλληνὶς, Ἄρεως νῆσος. οὗτοι ὄρη κατοικοῦσιν.

Πορδανὶς leg. Πρύτανις. — Ἀραβὶς leg. Ἄρχαβις.

ECECHIRIES.

82. Byzeras sequitur gens Ecechiries, et fluvius Prytanis et Archabis fluvius, Limne urbs, Odinius urbs græca.

BECHIRI.

83. Post Ecechiries est gens Bechirorum, Bechiricus portus, Bechirias urbs græca.

MACROCEPHALI.

84. Post Bechiras gens est Macrocephalorum, et Psoron portus, Trapezus urbs græca.

MOSYNŒCI.

85. Post Macrocephalos sunt Mosynœci, et Zephyrius portus, Chœrades urbs græca, Martis insula. Hi montes inhabitant.

TIBAPHNOI.

ϛϛʹ. Μετὰ δὲ Μοσυνοίκους[486] ἔθνος ἐστὶ Τιβαρηνοί[487].

ΧΑΛΥΒΕΣ.

ϛζʹ. Μετὰ δὲ Τιβαρηνοὺς Χάλυβές[488] εἰσιν ἔθνος, καὶ Γενήτης[489] λιμὴν κλειστὸς, Ἀμένεια πόλις ἑλληνὶς, καὶ Ἀσινεία[490] ἀκρόπολις ἑλληνίς.

ΑΣΣΥΡΙΑ[491].

ϛηʹ. Μετὰ δὲ Χάλυβας[492] Ἀσσυρία[493] ἐστὶν ἔθνος, καὶ ποταμὸς Θερμώδων[494], καὶ πόλις ἑλληνὶς Θεμίσκυρα[495], Λύκαστος ποταμὸς καὶ πόλις[496] ἑλληνὶς, Ἅλυς[497] ποταμὸς καὶ Κάρουσσα[498] πόλις ἑλληνὶς, Σινώπη πόλις ἑλληνὶς, Κερασοῦς πόλις ἑλληνὶς, Ὀχέραινος[499] ποταμὸς, Ἁρμένη πόλις ἑλληνὶς καὶ λιμὴν, Τετράκις πόλις ἑλληνίς.

Ἀσινεία fors. Ἰασόνιον.

TIBARENI.

86. Mosynœcos sequitur gens Tibarenorum.

CHALYBES.

87. Post Tibarenos gens est Chalybum, et Genetes portus clausus, Amenia urbs græca, et Jasonium acropolis græca.

ASSYRIA.

88. Post Chalybas est Assyria et fluvius Thermodon, et urbs græca Themiscyra, Lycastus fluvius et urbs græca, Halys fluvius, et Carussa urbs græca, Sinope urbs græca, Cerasus urbs græca, Ocherænus fluvius, Harmene urbs græca cum portu, Tetracis urbs græca.

[ΠΑΦΛΑΓΟΝΙΑ[500]].

Pag. 34 Huds.

πθ'. Μετὰ δὲ Ἀσσυρίαν Παφλαγονία ἔθνος. ἔστι δὲ ἐν αὐτῇ Στεφάνη λιμὴν, Κόλουσσα πόλις ἑλληνὶς, Κορωνὶς[501] πόλις ἑλληνὶς, Κάραμβις[502] πόλις ἑλληνὶς, Κύτωρις[503] πόλις ἑλληνὶς, Σησαμὸς πόλις ἑλληνὶς, καὶ Παρθένιος[504] ποταμὸς, Τίθιον[505] πόλις ἑλληνὶς, καὶ λιμὴν Ψύλλα, καὶ ποταμὸς Καλλίχορος.

ΜΑΡΙΑΝΔΥΝΟΙ.

ϟ'. Μετὰ δὲ Παφλαγονίαν Μαριανδυνοί[506] εἰσιν ἔθνος. ἐνταῦθα πόλις ἐστὶν Ἡράκλεια ἑλληνὶς, καὶ ποταμὸς Λύκος, καὶ ἄλλος ποταμὸς Ὕπιος.

ΒΙΘΥΝΟΙ.

ϟα'. Μετὰ δὲ Μαριανδυνοὺς εἰσι Θρᾶκες Βιθυνοὶ[507]

Κορωνὶς leg. Κινωλίς. — Τίθιον fors. Τήϊον.

[PAPHLAGONIA.]

89. Assyriam sequitur Paphlagonum gens. Est in ea Stephane portus, Colussa urbs græca, Cinolis urbs græca, Carambis urbs græca, Cytorus urbs græca, Sesamus urbs græca, et Parthenius fluvius, Teium urbs græca, et portus Psylla, et fluvius Callichorus.

MARIANDYNI.

90. Post Paphlagoniam Mariandynorum est natio. Hic est Heraclea urbs græca, et fluvius Lycus, et alius fluvius Hypius.

BITHYNI.

91. Mariandynos sequuntur Thracica gens Bithyni;

ἔθνος, καὶ ποταμὸς Σαγάριος[508], καὶ ἄλλος ποταμὸς Ἀρτάνης[509], καὶ νῆσος Θυνιὰς[510]. οἰκοῦσι δὲ αὐτὴν Ἡρακλεῶται· καὶ ποταμὸς Ῥήβας. εἶτ' εὐθὺς στόμα[511], καὶ τὸ προειρημένον ἱερὸν[512] ἐν τῷ στόματι τοῦ Πόντου· καὶ μετὰ τοῦτο πόλις Χαλκηδὼν [ἔξω Θράκης[513]], μεθ' ἣν ὁ κόλπος ὁ Ὀλβιανός Παράπλους ἀπὸ Μαριανδυνῶν μέχρι τοῦ μυχοῦ τοῦ κόλπου τοῦ Ὀλβιανοῦ (τοσαύτη γάρ ἐστιν ἡ Βιθυνῶν Θράκη), ἡμερῶν τριῶν. Ἀπὸ δὲ τοῦ στόματος τοῦ Πόντου, ἕως[514].... τὸ στόμα τῆς Μαιώτιδος λίμνης, παραπλήσιός ἐστιν ὁ πλοῦς, ὅ τε παρὰ τὴν Εὐρώπην καὶ τὴν Ἀσίαν.

ΜΥΣΙΑ.

46'. Μετὰ δὲ Θράκην Μυσία[515] ἔθνος. ἔστι δὲ τὸ ἐπ' ἀριστερᾷ τοῦ Ὀλβιανοῦ κόλπου ἐκπλέοντι

Pag. 35 Huds.

et flumen Sangarius, et aliud flumen Artanes, et Thynias insula; inhabitant hanc Heracleotæ: et fluvius Rhebas. Dein rursus est fretum, et supra memoratum fanum in ostio Ponti: post hoc est urbs Chalcedon; deinde sinus Olbianus. Prætervectio Mariandynorum usque ad intimum sinus Olbiani recessum (tantæ enim magnitudinis est Bithynorum Thracia) dierum est trium. Ab ostio vero Ponti, usque ad Mæotidis paludis ostium, secundum Europam et Asiam æqualis est navigatio.

MYSIA.

92. Thraciam excipit gens Mysorum. Est vero ea ad sinistram Olbiani sinus naviganti in Cianum sinum,

εἰς τὸν Κιανὸν κόλπον μέχρι Κίου[516]. ἡ δὲ Μυσία ἀκτή ἐστι. πόλεις δ' ἐν αὐτῇ εἰσὶν ἑλληνίδες αἵδε· Ὀλβία καὶ λιμὴν, Καλλίπολις καὶ λιμὴν, ἀκρωτήριον τοῦ Κιανοῦ κόλπου, καὶ ἐν ἀριστερᾷ Κίος[517] πόλις, καὶ Κίος ποταμός. παράπλους δὲ τῆς Μυσίας εἰς Κίον ἡμέρας μιᾶς.

ΦΡΥΓΙΑ.

ϞΓ'. Μετὰ δὲ Μυσίαν Φρυγία[518] ἐστὶν ἔθνος, καὶ πόλεις ἑλληνίδες αἵδε· Μύρλεια, καὶ Ῥύνδακος ποταμὸς, καὶ ἐπ' αὐτῷ Βέσβικος νῆσος, καὶ πόλις Πλακίη[519], καὶ Κύζικος[520] ἐν τῷ ἰσθμῷ ἐμφράττουσα τὸν ἰσθμὸν, καὶ ἐντὸς τοῦ ἰσθμοῦ Ἀρτάκη. Κατὰ ταῦτα νῆσός ἐστι καὶ πόλις Προκόννησος, καὶ ἑτέρα νῆσος εὐλίμενος Ἐλαφόννησος[521]· γεωργοῦσι δ' αὐτὴν Προκοννήσιοι. Ἐν δὲ

usque Cium. Mysia autem est peninsula. Urbes in ea græcæ sunt hæ : Olbia cum portu, Callipolis cum portu, promontorium sinus Ciani, ad sinistram Cius urbs, et Cius fluvius. Prætervectio Mysiæ usque Cium est diei unius.

PHRYGIA.

93. Mysiam sequitur Phrygum gens, urbesque græcæ hæ : Myrlea, et Rhyndacus flumen, ad quod est Besbicus insula, et urbs Placia, in angustiis est Cyzicus isthmum obstruens, intra angustias est Artace. Circa hæc est Proconnesus insula cum urbe, aliaque insuper insula Elaphonnesus, commodis instructa portubus. Hujus agrum colunt Proconnesii. In continenti est urbs

τῇ ἠπείρῳ πόλις ἐστὶ Πρίαπος· Πάριον[522], Λάμψακος, Περκώτη[523], Ἄβυδος. καὶ τὸ στόμα[524] κατὰ Σηστὸν τῆς Προποντίδος τοῦτό ἐστι.

ΤΡΩΑΣ.

ϟδ'. Ἐντεῦθεν δὲ Τρωὰς ἄρχεται, καὶ πόλεις ἑλληνίδες εἰσὶν ἐν αὐτῇ αἵδε· Δάρδανος[525], Ῥοίτειον[526], Ἴλιον[527] (ἀπέχει δὲ ἀπὸ τῆς θαλάττης στάδια κε')· καὶ ἐν αὐτῇ ποταμὸς Σκάμανδρος. καὶ νῆσος κατὰ ταῦτα κεῖται Τένεδος[528] καὶ λιμὴν, ὅθεν Κλειόστρατος[529] ὁ ἀστρολόγος ἐστί. καὶ ἐν τῇ ἠπείρῳ Τοίχη καὶ Ἀγχιαλεῖον[530], καὶ Κρατῆρες[531] Ἀχαιῶν, Κολῶναι, Λάρισσα, Ἁμάξιτον[532], καὶ ἱερὸν Ἀπόλλωνος, ἵνα Χρύσης ἱερᾶτο[533].

Pag. 36 Huds.

ΑΙΟΛΙΣ.

ϟε'. Ἐντεῦθεν δὲ Αἰολὶς[534] χώρα καλεῖται. αἰο-

Τοίχη fors. Σιγεῖον. — Ἀγχιαλεῖον leg. Ἀχιλλεῖον.

Priapus; Parium, Lampsacus, Percote, Abydus: ostiumque hoc est Propontidis ad Sestum.

TROAS.

94. Hinc Troas exordium capit, urbesque in ea græcæ sunt hæ: Dardanus, Rhœteum, Ilium, quæ stadiis 25 a mari abest, et in ea fluvius Scamander. Circa hæc est Tenedus insula cum portu; unde est Cleostratus astrologus. Sunt etiam in continenti Sige, Achilleum, Crateres Achivorum, Colonæ, Larissa, Hamaxitum, et fanum Apollinis, ubi Chryses sacra peragebat.

ÆOLIS.

95. Regio quæ sequitur, Æolis adpellatur: civitates in

λίδες[535] δὲ πόλεις ἐν αὐτῇ εἰσὶν ἐπὶ θαλάττῃ αἵδε· Κέβρην[536], Σκῆψις, Νεάνδρεια, Πιτύεια[537]. Παράπλους Φρυγίας ἀπὸ Μυσίας μέχρι Ἀντάνδρου[538]....

ΛΕΣΒΟΣ.

ϞϚ'. Κατὰ ταῦτα ἐστὶ νῆσος αἰολὶς Λέσβος, ε' πόλεις ἔχουσα[539] ἐν αὐτῇ τάσδε· Μέθυμναν, Ἄντισσαν, Ἐρεσσὸν, Πύῤῥαν καὶ λιμένα, Μιτυλήνην λιμένας ἔχουσαν δύο. κατὰ δὲ ταύτην νῆσός ἐστι καὶ πόλις· ὄνομα δὲ ταύτης Πορδοσελήνη[540]. Ἐπάνειμι δὲ πάλιν ἐπὶ τὴν ἤπειρον, ὅθεν ἐξετραπόμην ἐπὶ τὰς νήσους.

ΛΥΔΙΑ.

ϞΖ' Ἀπὸ Ἀντάνδρου καὶ τῆς Ἰνδίσης[541] τὸ κάτω (ἣν πρότερον μὲν δι' αὐτὴν ἡ χώρα Μυσία μέχρι

αἰολίδες leg. ἑλληνίδες. — Ἰνδίσης leg. Ἴδης.

ea græcæ ad mare sunt hæ : Cebrene, Scepsis, Neandria, Pityia. Prætervectio Phrygiæ a Mysia usque Antandrum (est)....

LESBUS.

96. Circa hæc est Lesbus Æolum insula, urbesque in ea quinque : Methymna, Antissa, Eressus, Pyrrha cum portu, Mitylene binis instructa portubus. Circa hanc est insula cum urbe, Pordoselene adpellata. Sed ad continentem redeo, unde ad insulas abieram.

LYDIA.

97. Post Antandrum, et montem Idam, inferiora loca (extendebatur prius trans hunc montem Mysia

Τευθρανίας[542]) νῦν δὲ Λυδία[543]. Μυσοὶ δ' ἐξανέστησαν εἰς τὴν ἤπειρον ἄνω. εἰσὶ δὲ πόλεις ἐν αὐτῇ ἑλληνίδες [καὶ ἐν τῇ Λυδίᾳ[544]] αἵδε· Ἄστυρα, οὗ τὸ ἱερὸν[545] οἱ.... Ἀδραμύτιον. Ἡ δὲ χώρα Λεσβία, καὶ ὑπὲρ ταύτης[546] ἡ Χίων χώρα, καὶ πόλις Ἀταρνεύς. Ὑπὸ δὲ ταῦτα ἐπὶ θάλατταν λιμὴν Πιτάνη[547], καὶ ποταμὸς Κάϊκος. Μετὰ Πιτάνην Ἐλαία, Γρύνειον[548] Ἀχαιῶν λιμήν. Ἐν τούτῳ λέγονται Ἀχαιοὶ βουλεύσασθαι ἐπὶ τὸν Τήλεφον πότερον στρατεύοιεν, ἢ ἀπίοιεν. Πόλις[549] Μυρίνα καὶ λιμήν, Κύμη καὶ λιμήν· ὑπὲρ δὲ Κύμης ἐν μεσογείᾳ πόλις ἑλληνίς ἐστιν Αἶγαι, καὶ Λεῦκαι[550] καὶ λιμένες[551], καὶ Σμύρνα ἐν ᾗ Ὅμηρος[552] ἦν, Φώκαια καὶ λιμήν, καὶ Ἕρμος[553] ποταμός, Κλαζομεναὶ καὶ λιμήν, Ἐρυθραὶ καὶ λιμήν.

ἐν ᾗ Ὅμηρος fors. ἐξ ἧς, vel ὅθεν.

regio usque ad Teuthraniam) sunt nunc Lydia. Mysi autem in superiorem continentis tractum recessere. Urbes in ea (Lydia) græcanicæ sunt hæ : Astyra, ubi fanum .... ; Adramytium. Regio vero hæc est Lesbiorum. Ultra hanc (continentis partem) Chiorum territorium est, et civitas Atarneus. Infra hæc loca ad mare est portus Pitane , et fluvius Caïcus. Pitanen sequitur Elæa , Gryneum Achivorum portus. In hoc fama est Achivos deliberasse , utrum Telepho arma inferrent , an discederent. Civitas Myrina cum portu , Cyme cum portu. Supra Cymen in mediterraneo tractu est urbs græca Ægæ et Leucæ cum portubus, et Smyrna , unde Homerus ortum duxit , Phocæa cum portu , et Hermus fluvius , Clazomenæ cum portu ,

Pag. 37 Huds.

Κατὰ δὲ ταύτας νῆσός ἐστι Χίος καὶ λιμήν. Ἐπάνειμι πάλιν ἐπὶ τὴν ἤπειρον.... [554]. Ἄγρα [555] πόλις καὶ λιμὴν, Τέως [556] πόλις καὶ λιμὴν, Λέβεδος, Κολοφῶν [557], ἐν μεσογείᾳ [558] Νότιον καὶ λιμὴν, Ἀπόλλωνος Κλαρίου [559] ἱερὸν, Κάϋστρος ποταμὸς, Ἔφεσος καὶ λιμὴν, Μαραθήσιον, καὶ ἐν τῇ ἠπείρῳ Μαγνησία πόλις ἑλληνὶς, Ἄναια [560], Πανιώνιον, Ἐρασιστράτιος [561], Χαράδρους, Φώκαια, Ἀκαδαμὶς, Μυκάλη· ἐν τῇ Σαμίων χώρᾳ ταῦτά ἐστιν. Πρὸ δὲ τῆς Μυκάλης Σάμος ἐστὶ νῆσος πόλιν ἔχουσα καὶ λιμένα κλειστόν [562]. αὕτη ἡ νῆσος οὐκ ἐλάσσων ἐστὶ Χίου. Ἐπάνειμι δὲ πάλιν ἐπὶ τὴν ἤπειρον, ὅθεν ἐξετραπόμην. Ἐπὶ τῆς Μυκάλης ἐστὶ πόλις Πριήνη [563] λιμένας ἔχουσα δύο, ὧν τὸν ἕνα κλειστόν· εἶτα ποταμὸς Μαίανδρος. Παράπλους δὲ Μυσίας καὶ Λυδίας, ἀπὸ Ἀστυ-

Pag. 38 Huds.

Erythræ cum portu. Circa has est Chius insula cum portu. Confero me denuo ad continentem..... *Agra* urbs cum portu, Teos urbs cum portu, Lebedus, Colophon in mediterraneo tractu, Notium cum portu, Apollinis Clarii fanum, Caystrus fluvius, Ephesus cum portu, Marathesium, et in continenti Magnesia urbs græca, Anæa, Panionium, *Erasistratius, Charadrus,* Phocæa, *Acadamis*, Mycale : hæc in Samiorum regione sita sunt. Mycalæ objacet Samus insula, quæ urbem habet, et portum clausum. Non minor est Chio hæc insula. Sed ad continentem denuo me confero, unde digressus eram. Ad Mycalen urbs est Priene, cum portubus duobus, quorum unus est clausus. Deinde Mæander fluvius. Præternavigatio Mysiæ et Lydiæ, ab

ρίων[564] μέχρι Μαιάνδρου ποταμοῦ, δύο ἡμερῶν καὶ νυκτὸς μιᾶς.

ΚΑΡΙΑ.

ϞΗʹ. Μετὰ δὲ Λυδίαν Καρία ἐστὶν ἔθνος, καὶ πόλεις ἐν αὐτῇ ἑλληνίδες αἵδε· Ἡράκλεια, εἶτα Μίλητος, εἶτα Μύνδος καὶ λιμὴν, Ἁλικαρνασσὸς καὶ λιμὴν κλειστὸς, καὶ ἄλλος λιμὴν περὶ τὴν νῆσον[565] καὶ ποταμὸς, Κάλυμνα νῆσος, Καρύανδα[566] νῆσος καὶ πόλις καὶ λιμὴν (οὗτοι Κᾶρες), νῆσος Κῶς[567] καὶ πόλις καὶ λιμὴν κλειστός. Κατὰ ταῦτα Κεραμικὸς[568] κόλπος τῆς Καρίας, Συνησὸς δὲ Εὖρος[569] καὶ λιμήν. Ἐπάνειμι πάλιν ἐπὶ τὴν ἤπειρον.... Ἀκρωτήριον ἱερὸν Τριόπιον, Κνίδος[570] πόλις ἑλληνὶς, καὶ χώρα ἡ Ῥοδίων, καὶ ἐν τῇ ἠπείρῳ Καῦνος, Καρικὴ πόλις, καὶ λιμὴν κλειστὸς, Κράγος ἀκρωτήριον.

Συνησὸς δὲ Εὖρος fors. Σύμη νῆσος, καὶ Νίσυρος.

Astyriis usque Mæandrum fluvium, duorum est dierum, et unius noctis.

CARIA.

98. Lydiam sequitur Caria; et urbes in ea græcæ sunt hæ: Heraclea, deinde Miletus, deinde Myndus cum portu, Halicarnassus cum portu clauso, aliusque circa insulam est portus, et fluvius, Calymna insula, Caryanda insula, et urbs, et portus: incolæ ejus Cares; insula Cos, et urbs cum portu clauso. Vicinus his et Ceramicus sinus Cariæ, Syme insula, et Nisyrus cum portu. Redeo ad continentem.... Promontorium sacrum Triopium, Cnidus urbs græca, et Rhodiorum territorium, et in continenti Caunus, Carica urbs, cum portu clauso, Cragus promontorium.

ΡΟΔΟΣ.

ϟθʹ. Ῥόδος κατὰ τοῦτο νῆσος τρίπολις[571], ἀρχαία πόλις[572]. καὶ ἐν αὐτῇ πόλεις αἵδε· Ἰαλυσος, Λίνδος, Κάμειρος. κατὰ δὲ τὴν Ῥόδον αἵδε νῆσοί εἰσιν οἰκούμεναι· Χαλκεία, Τῆλος, Κάσος[573], Κάρπαθος[574] (αὕτη τρίπολις). Καὶ ὁ παράπλους Καρίας, ἀπὸ Μαιάνδρου ποταμοῦ ἐπὶ τὸν Κράγον, ὅ ἐστι Καρίας ἀκρωτήριον, δύο ἡμερῶν. Ἐπάνειμι πάλιν ἐπὶ τὴν ἤπειρον, ὅθεν ἐξετραπόμην.

Pag. 39 Huds.

ΛΥΚΙΑ.

ρʹ. Ἀπὸ δὲ Καρίας Λυκία ἐστὶν ἔθνος· καὶ πόλεις Λυκίοις αἵδε· Τελμισσὸς[575] καὶ λιμὴν, καὶ ποταμὸς Ξάνθος, δι' οὗ ἀνάπλους εἰς Πάταρα πόλιν[576], καὶ λιμένα ἔχει· Φελλὸς[577] πόλις καὶ λιμήν. Κατὰ

RHODUS.

99. Circa hoc est Rhodus insula tribus constans urbibus, civitas antiqua; et in ea urbes hæ: Ialysus, Lindus, Camirus. Prope Rhodum insulæ habitatæ sunt hæ: Chalcia, Telus, Casus, Carpathus tribus constans urbibus. Et prætervectio Cariæ, a Mæandro fluvio usque ad Cragum Cariæ promontorium, est duorum dierum. Sed rursum me ad continentem confero, unde abscesseram.

LYCIA.

100. Cariam sequitur Lycia regio. Lyciorum civitates sunt hæ: Telmissus cum portu, et fluvius Xanthus, per quem navigatur ad urbem Patara, quæ portum habet; Phellus urbs cum portu. Circa hæc est insula

ταῦτα νῆσός ἐστι Ῥοδίων Μεγίστη, Λίμυρα πόλις, εἰς ἣν ὁ ἀνάπλους κατὰ τὸν ποταμόν· εἶτα Αἰγαία πόλις[578], εἶτα Χελιδονίαι[579], ἀκρωτήριον καὶ νῆσοι δύο, καὶ Διονυσιὰς[580] νῆσος, ἀκρωτήριον καὶ λιμὴν Σιδηροῦς[581]. ὑπὲρ δὲ τούτου ἱερὸν Ἡφαίστου ἐν τῷ ὄρει, καὶ πῦρ πολὺ αὐτόματον ἐκ τῆς γῆς καίεται καὶ οὐδέποτε σβέννυται[582]. καὶ ἐὰν προσέλθῃς ἀπὸ θαλάττης ἀνώτερον, ἔστι Φασηλὶς[583] πόλις καὶ λιμήν. ἔστι δὲ τοῦτο[584] κόλπος καὶ Ἴδυρος πόλις, νῆσος Λυρνατία[585], Ὀλβία, Μάγυδος καὶ ποταμὸς Καταῤῥάκτης, Πέργη πόλις καὶ ἱερὸν Ἀρτέμιδος[586]. Ἐντεῦθεν παράπλους ἐστὶν ἀπὸ Λυκίας[587] ἡμέρας καὶ νυκτός· [ἔστι γὰρ κολπώδης]. ὁ δὲ παρὰ γῆν διπλάσιος τούτου.

Αἰγαία fors. Γαγαία. — ἀπὸ Λυκίας leg. Λυκίας ἀπὸ Καρίας.

Rhodiorum Megista, Limyra urbs, in quam adverso flumine navigatur; inde Gagæa urbs, inde Chelidoniæ, promontorium cum duabus insulis, et Dionysias insula, promontorium et portus Siderus. Supra id est fanum Vulcani in monte, multusque ignis terra editus ardet sua sponte, neque umquam exstinguitur. Si vero a litore ad superiora concesseris, occurret urbs Phaselis cum portu; post hæc est sinus, et urbs Idyrus, insula Lyrnatia, Olbia, Magydus, et fluvius Catarrhactes, Perge urbs, et fanum Dianæ. Inde prætervectio Lyciæ a Caria est diei et noctis. Secundum terram vero altera est parte longior; [est enim sinuosa].

ΠΑΜΦΥΛΙΑ.

ρα'. Μετὰ δὲ Λυκίαν ἐστὶ Παμφυλία ἔθνος, καὶ πόλεις ἐν αὐτῇ αἵδε· Ἄσπενδος πόλις, εἰς ταύτην ὁ ἀνάπλους γίνεται κατὰ ποταμὸν (ὁ δὲ ποταμός ἐστιν Εὐρυμέδων). εἶτα πόλις Σύλλιον[588], ἄλλη πόλις Σίδη, Κυμαίων ἀποικία, καὶ λιμήν. παράπλους Παμφυλίας ἀπὸ Πέργης ἥμισυ ἡμέρας. εἰσὶ δὲ καὶ ἄλλαι πόλεις Παμφυλίας, Κίβυρα, εἶτα Κορακήσιον[589].

Pag. 40 Huds.

ΚΙΛΙΚΙΑ.

ρβ'. [Μετὰ δὲ] Παμφυλίαν Κιλικία[590] [ἐστὶν ἔθνος, καὶ πόλεις [ἐν αὐτῇ αἵδε· Σελινοῦς[591], Χαράδρους πόλις καὶ λιμήν[592]. Ἀνεμούριον ἄκρα καὶ πόλις, Νάγιδος[593] πόλις (καὶ νῆσον ἔχει[594]). πρὸς δὲ τὴν Σητὸν[595] λιμένα Ποσείδειον[596], Σάλον[597],

Σητὸν fors. Σύκην.

PAMPHYLIA.

101. Lyciam excipit Pamphyliæ regio, urbesque in ea sunt hæ: Aspendus urbs, ad quam adverso amne navigatur; amni vero nomen est Eurymedon. Inde urbs Syllium, item alia urbs Side Cumæorum colonia cum portu. Prætervectio Pamphyliæ a Perga est diei dimidiatæ. Sunt et aliæ urbes in Pamphylia, Cibyra, postea Coracesium.

CILICIA.

102. Pamphyliam sequitur Cilicia, urbesque in ea sunt hæ: Selinus, Charadrus urbs cum portu, Anemurium promontorium et urbs, Nagidus urbs, quæ insulam habet. Ad Sycen vero portum est Posidium,

Μυοῦς, Κελενδερὶς[598] πόλις, καὶ λιμὴν Ἀφροδίσιος[599], καὶ λιμὴν ἕτερος, Ὅλμοι πόλις ἑλληνὶς ἀπέχουσα....[600], Σαρπηδὼν πόλις, Ἔρημος.... καὶ ποταμὸς[601], Σόλοι[602] πόλις ἑλληνὶς, Ζεφύριον πόλις, ποταμὸς Πύραμος, καὶ πόλις Μαλλὸς[603], εἰς ἣν ὁ ἀνάπλους κατὰ τὸν ποταμόν· ἐμπόριον Ἀδάνη[604] καὶ λιμὴν, Μυρίανδρος[605] Φοινίκων, Θάψακος[606] ποταμός. Παράπλους Κιλικίας ἀπὸ τῶν Παμφυλίων ὁρίων μέχρι Θαψάκου ποταμοῦ, τριῶν ἡμερῶν καὶ νυκτῶν δύο. Ἐκ δὲ Σινώπης τῆς ἐν τῷ Πόντῳ, διὰ τῆς ἠπείρου καὶ τῆς Κιλικίας εἰς Σόλους, ὁδὸς[607] ἐστὶν ἀπὸ θαλάσσης εἰς θάλασσαν, ἡμερῶν ε΄[608].

Pag. 41 Huds.

ΚΥΠΡΟΣ.

ργ΄. Κατὰ δὲ Κιλικίαν ἐστὶ νῆσος Κύπρος, καὶ

Ἔρημος fors. Λάτμος.

Salon, Myus, Celenderis urbs, et portus Aphrodisius, item alius portus, Holmi urbs græca distans...., Sarpedon urbs, *Latmus urbs* et fluvius, Soli urbs græca, Zephyrium urbs, fluvius Pyramus, et urbs Mallus, ad quam adverso navigatur amne, emporium Adana cum portu, Myriandrus Phœnicum, Thapsacus fluvius. Prætervectio Ciliciæ, a Pamphyliorum terminis, usque Thapsacum flumen, est trium dierum et duarum noctium. A Sinope vero, quæ in Ponto, per continentem et Ciliciam usque Solos, iter a mari ad mare est dierum 5.

CYPRUS.

103. Circa Ciliciam est Cyprus insula, urbesque in

πόλεις ἐν αὐτῇ αἵδε· Σαλαμὶς ἑλληνὶς, λιμένα ἔχουσα κλειστὸν[609] χειμερινὸν, Καρπάσεια, Κερύνεια[610], Λάπηθος[611] Φοινίκων, Σόλοι (καὶ αὕτη λιμένα ἔχει χειμερινὸν)· Μάριον[612] ἑλληνὶς, Ἀμαθοῦς (αὐτόχθονές εἰσιν)· αὗται πᾶσαι λιμένας ἔχουσαι ἐρήμους. εἰσὶ δὲ καὶ ἄλλαι πόλεις ἐν μεσογείᾳ βάρβαροι. Ἐπάνειμι δὲ πάλιν ἐπὶ τὴν ἤπειρον, ὅθεν ἐξετραπόμην.

ΣΥΡΙΑΣ ΚΑΙ ΦΟΙΝΙΚΗΣ.

ρδʹ. Ἔστι μετὰ Κιλικίαν ἔθνος Σύροι. ἐν δὲ τῇ Συρίᾳ οἰκοῦσι τὰ παρὰ θάλατταν Φοίνικες ἔθνος, ἐπὶ στενὸν ἔλαττον ἢ ἐπὶ τετταράκοντα[613] σταδίους ἀπὸ θαλάττης· ἐνιαχῆ δὲ οὐδὲ ἐπὶ σταδίους ιʹ τὸ πλάτος. Ἀπὸ δὲ Θαψάκου[614] ποταμοῦ ἔστι Τρίπολις[615] Φοινίκων, Ἄραδος νῆσος καὶ λιμὴν,

ea sunt hæ : Salamis græca civitas cum portu clauso ad hibernandum commodo, Carpasia, Cerynia, Lapethus Phœnicum, Soli, etiam hæc habet portum ad hiemandum commodum. Marium urbs græca, Amathus, cujus incolæ indigenæ sunt : omnes hæ civitates portus habent vacuos. Sunt et aliæ urbes barbaræ in tractu mediterraneo. Sed ad continentem redeo, unde discesseram.

SYRIÆ ET PHŒNICÆ.

104. Ciliciam Syrorum gens sequitur. Syriæ vero tractum litoralem habitat Phœnicum natio, arcte a mari (recedens) minus quam stadiis quadraginta : aliis vero locis decem stadiorum latitudine non (recedens). Ultra Thapsacum fluvium est Tripolis Phœnicum, Aradus insula et portus, regia Tyri : non

βασιλεία[616] Τύρου, ὅσον η΄ στάδια, καὶ λιμὴν ἀπὸ τῆς γῆς[617], καὶ ἐν τῇ Χερρονήσῳ ἑτέρα πόλις Τρίπολις[618]. αὕτη ἐστὶν Ἀράδου, καὶ Τύρου, καὶ Σιδῶνος· ἐν τῷ αὐτῷ τρεῖς πόλεις, καὶ περίβολον ἑκάστη τοῦ τείχους ἴδιον ἔχων[619]. καὶ ὄρος Θεοῦ πρόσωπον[620], Τήρης[621] καὶ λιμὴν, Βηρυτὸς[622] πόλις καὶ λιμὴν, Βορινὸς[623], Πορφυρέων πόλις, Σιδὼν[624] πόλις καὶ λιμὴν κλειστὸς[625], Ὀρνίθων πόλις Σιδωνίων. Ἀπὸ Λεόντων πόλεως[626], μέχρι Ὀρνίθων πόλεως..... Τυρίων πόλις Σάραπτα[627], ἄλλη πόλις Τύρος λιμένα ἔχουσα ἐντὸς τείχους[628]· αὕτη δὲ ἡ νῆσος[629] βασιλεία Τυρίων[630]· καὶ ἀπέχει στάδια ἀπὸ θαλάττης[631] γ΄[632]. Παλαίτυρος[633] πόλις, καὶ ποταμὸς διὰ μέσης ῥεῖ, καὶ πόλις τῶν[634].... καὶ ποταμὸς, καὶ Ἄκη πόλις, ἔξω Πη.... πόλις Τυ.... ὄρος, ἱερὸν Διὸς,

Pag. 42 Huds.

ἴδιον ἔχων fors. ἔχει. — Τήρης fors. Τριήρης.

minus quam 8 stadia (occupans) et portus ex continenti, et in peninsula alia civitas Tripolis : ea ex Arado, et Tyro, et Sidone deducta est, et una in civitate urbes tres (muroque unaquæque proprio continetur). Et mons Dei facies, Trieres cum portu, Berytus urbs cum portu, *Borinus*, Porphyreon urbs, Sidon civitas cum portu clauso, Avium civitas Sidoniorum. A Leonum civitate, usque Avium civitatem ... Tyriorum urbs Sarapta, alia urbs Tyrus cum portu qui intra muros continetur; ipsa autem insula est Tyriorum regia, et abest (hæc civitas Tyrus) a *terra* stadiis tribus. Palætyrus urbs, quam fluvius mediam perlabitur, et urbs Ecdippum, et fluvius, et Ace urbs; deinceps Belus Tyriorum civitas, Carmelus mons, et

ʼΑραδος πόλις Σιδωνίων.... καὶ ποταμὸς Τυρίων, Δῶρος πόλις Σιδωνίων...., θῆναί φασιν, ἐνταῦθα τὴν ʼΑνδρον....λῶν πόλις Τυρίων, καὶ βασίλειον ἐνταῦθα....Συρίας παράπλους, [κοίλης Συρίας[635]].... ʼΑσκάλωνος στάδια αψ'..... ἔθνος Νομάδες ἱππεύοντες...... κημάτων[636], οἰῶν, καὶ.......καὶ καμήλων. ʼΕστι δὲ....αὖ .....ἔτι τὰ πολλὰ.....τε τὴν Αἴγυπτον... ....ἐν αὐτῇ. Κο.........ἐστὶν ἐκ τῆς.......

ρε'....τὸ δὲ Πηλουσιακόν. καὶ πάλιν σχίζεται δίχα[637]. Τὸ δὲ Σεβεννυτικὸν[637], τὸ μὲν εἰς τὸ Μενδήσιον[638], τὸ δὲ εἰς θάλασσαν. ʼΑπὸ δὲ τοῦ Μενδησίου εἰς τὸ Φατνικὸν[639] στόμα· ἀπὸ δὲ τοῦ Πηλουσιακοῦ εἰς τὸ Τανικὸν στόμα. Τὸ δὲ ἀπὸ Κανωπικοῦ μέχρι

Pag. 43 Huds.

ʼΑραδος fors. Γάδαρος. — ʼΑνδρον.... leg. ʼΑνδρομέδαν.

fanum Jovis, Gadarus Sidoniorum civitas, Sycaminon urbs, et fluvius Tyriorum, Dorus urbs Sidoniorum, Joppe. Istic Andromedam ceto expositam fuisse aiunt. Ascalon urbs Tyriorum, et ibi est regia..... Præternavigatio Syriæ [cavæ Syriæ]....... ad Ascalonem est stadiorum 1700........ gens nomadum equitantium, (divites) pecorum, ovium, et...., et camelorum......

105. ....alterum vero Pelusiacum; et rursum scinditur bifariam. Sebennyticum vero, partim in Mendesium, partim in mare delabitur. A Mendesio autem in Phatnicum ostium : a Pelusiaco in Tanicum defertur ostium : a Canopico vero usque

Σεβεννυτικῆς λίμνης· καὶ στόμα τὸ Βολβιτικὸν[640] ῥεῖ ἐκ τῆς λίμνης. Ἔστι δὲ τὰ πολλὰ τὰ παρὰ θάλατταν Αἰγύπτου, λίμναι καὶ ἕλη[641]. ἔστι δὲ Αἴγυπτος τοιάδε τὴν ἰδέαν ὁμοία πελέκει[642]. ἔστι γὰρ κατὰ θάλατταν πλατεῖα, κατὰ δὲ μεσογείαν στενωτέρα, κατὰ δὲ Μέμφιν στενωτάτη αὐτῆς· ἔπειτα δὲ εἰς μεσογείαν ἀπὸ Μέμφεως ἰόντι πλατυτέρα, κατὰ δὲ τὸ ἀνώτερον, αὐτῆς πλατυτάτη. τὸ μέρος τὸ ἄνωθεν [Αἰγύπτου[643]], Μέμφιδός ἐστι πολλεῖστον.... ἢ τὸ παρὰ θάλασσαν. Τὸ δὲ Κανωπικὸν στόμα ὁρίζει Ἀσίαν καὶ Λιβύην. Παράπλους δ' ἐστὶν Αἰγύπτου ἀπὸ Πηλουσίου στόματος στάδια ͵ϡτ'[644]. Τῆς δὲ Ἀσίας ὁ περίπλους (ἔστι γὰρ περιφερὴς) λογιζομένῳ κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον, ὃν περὶ Εὐρώπης γέγραπται, ἡμερῶν ἐστὶ πζ'. Ἐπὶ δὲ τῷ στόματι Κανωπικῷ

πολλεῖστον fors. supplend. ἧσσον.

Sebennyticam paludem...; et fluit ostium Bolbiticum ex ea palude. Pleraque Ægypti, quæ ad mare, lacus sunt et paludes. Ea autem est figura Ægypti, ut bipennem referat. Lata enim est secundum mare, in mediterraneis angustior, ad Memphin vero arctissima. Hinc ad interiora pergenti a Memphide fit latior, superior ejus pars latissima est. [Ægypti] pars ea, quæ est supra Memphin, multis in locis minor est ea, quæ ad mare. Ostium autem Canopicum Asiam Libyamque disterminat. Prætervectio Ægypti ab ostio Pelusiaco est stadiorum 280. Asiæ vero circumvectio (tortuosa namque est) eodem modo, ut de Europa scriptum fuit, supputanti, est

ἔστι νῆσος ἐρήμη[645], ᾗ ὄνομα Κάνωπος· καὶ σημεῖά ἐστιν ἐν αὐτῇ τοῦ Μενέλεω τοῦ κυβερνήτου τοῦ ἀπὸ Τροίας, ᾧ ὄνομα Κάνωπος, τὸ μνῆμα. λέγουσι δὲ οἱ Αἰγύπτιοί τε, καὶ οἱ περίχωροι οἱ τοῖς τόποις, Πηλούσιον[646] ἐλθεῖν[647] ἐπὶ τὸ Κάσιον, καὶ Κάνωπον ἐλθεῖν ἐπὶ τὴν νῆσον..... αὐτὸ μνῆμα[648] τοῦ κυβερνήτου.

Pag. 44 Huds.

ΛΙΒΥΗ.

ρς'. [Ἄρχεται ἡ Λιβύη[649]]. Ἀπὸ τοῦ Κανωπικοῦ στόματος τοῦ Νείλου, Ἀδυρμαχίδαι[650] ἔθνος Λιβύων. Ἐκ Θωνίδος δὲ πλοῦς ὡς[651] εἰς Φάρον νῆσον ἔρημον, [εὐλίμενος δὲ καὶ ἄνυδρος] στάδια ρν'[652]. ἐν δὲ Φάρῳ λιμένες πολλοί. ὕδωρ δὲ ἐκ τῆς Μαρείας λίμνης ὑδρεύονται· ἔστι γὰρ πότιμος. ὁ δὲ ἀνάπλους εἰς

νῆσον.....αὐτὸ fors. supplend. ἐν ᾗ ἐστὶν.....

dierum 87. Ad ostium Canopicum est insula deserta, quæ adpellatur Canopus : et gubernatorem Menelai, cui nomen Canopus, a Troja eo venisse, indicium est ejus ibi monumentum. Aiunt autem Ægyptii, eorumque iis in locis accolæ, Peleum venisse in Casium, Canopum vero in hanc insulam, ubi monumentum gubernatoris hujus exstat.

LIBYA.

106. [Incipit Libya]. Post Canopicum Nili ostium, sunt Adyrmachidæ, natio libyca. E Thonide vero navigatio versus Pharum, insulam desertam [commodo portu ornatam, et aqua carentem], est stadiorum 150. In Pharo autem portus multi. Mariam vero in paludem aquatum eunt : potabilis namque hæc est. Navigatio

τὴν λίμνην βραχὺς [ἐκ Φάρου[653]]. Ἔστι δὲ καὶ Χερρόνησος, καὶ λιμήν· ἔστι δὲ τοῦ παράπλου στάδια σ′. Ἀπὸ Χερρονήσου δὲ Πλινθινός[654] ἐστι κόλπος. τὸ δὲ στόμα ἐστὶ τοῦ Πλινθίνου κόλπου εἰς Λευκὴν ἀκτὴν, πλοῦς ἡμέρας καὶ νυκτός· τὸ δὲ εἰς τὸν μυχὸν[654*] τοῦ Πλινθίνου κόλπου δὶς τοσοῦτον. περιοικεῖται δὲ κύκλῳ. ἀπὸ δὲ Λευκῆς ἀκτῆς εἰς Λαοδαμάντειον λιμένα, πλοῦς ἥμισυ ἡμέρας. Ἀπὸ δὲ Λαοδαμαντείου λιμένος εἰς Παραιτόνιον λιμένα πλοῦς ἥμισυ ἡμέρας. ἔχεται Ἄπις πόλις. Μέχρις οὖν ἐνταῦθα Αἰγύπτιοι ἄρχουσιν[655].

ΜΑΡΜΑΡΙΔΑΙ.

ρζ′. Ἀπὸ δὲ Ἄπιδος ἔθνος Λιβύων ἐστὶν οἱ Μαρμαρίδαι, μέχρις εἰς Ἑσπερίδας. Ἀπὸ δὲ Ἄπιδος

sursum in hanc paludem [e Pharo] est brevis. Est et ibi Chersonesus cum portu : prætervectio ejus est stadiorum 200. Chersonesum sequitur sinus Plinthinus. Os vero sinus Plinthini ad Albam actam usque, patet diei noctisque navigatione : ad extremum autem sinus Plinthini recessum duplo majus est spatium. Circumhabitatur vero hic sinus. Ab Alba acta ad portum Laodamantium est diei dimidiati navigatio. A portu Laodamantio ad portum Parætonium, navigatio diei dimidiati. Post hunc est Apis urbs. Huc usque Ægyptiorum patet regnum.

MARMARIDÆ.

107. Ultra Apin, usque ad Hesperides, sunt Marmaridæ, gens libyca : ab Apide vero usque ad scopulos

ἐπὶ Τυνδαρείους[655] * σκοπέλους πλοῦς ἡμέρας. καὶ ἀπὸ Τυνδαρείων σκοπέλων εἰς Πλύνους[656] λιμένα πλοῦς ἡμέρας. ἐκ Πλύνων εἰς Πέτραντα[657] μ.... πλοῦς ἥμισυ ἡμέρας. ἐκ Πέτραντος εἰς Μενέλαον[658] πλοῦς ἡμέρας. Ἐκ Μενελάου εἰς Κυρθάνειον[659] πλοῦς ἡμέρας. Ἀπὸ Κυρθανείου Ἀντίπυργος[660] λιμήν· πλοῦς ἥμισυ ἡμέρας. Ἀπὸ δὲ Ἀντιπύργου, Πέτρας ὁ μικρὸς, λιμήν· πλοῦς ἥμισυ ἡμέρας. Ἀπὸ Πέτραντος μικροῦ Χερρόνησοι, Ἀχιτίδες[661] λιμήν. ταῦτα τῆς Κυρηναίων χώρας ἐστί· πλοῦς ἡμέρας. Ἐν δὲ τῷ μέσῳ Πέτραντος καὶ Χερρονήσου εἰσὶ νῆσοι Ἀηδωνία καὶ Πλατειαί[662]. ὕφορμοι δὲ ὑπ' αὐτῶν εἰσίν. Ἐντεῦθεν ἄρχεται τὸ σίλφιον φύεσθαι γύης[663]. Παράγει[664] δὲ ἀπὸ Χερρονήσου διὰ τῆς μεσογείας, μέχρι Ἑσπερίδων [παρὰ γῆν]

Πέτραντα μ.... fors. suppl. μέγαν. — Κυρθάνειον fors. Σκυρθ. — Ἀχιτίδες fors. Ἀζιρίτης. — γύης fors. γυίαις. — παράγει fors. παρήκει.

Tyndareos navigatio diei. A scopulis Tyndareis usque Plynos portum, navigatio diei. E Plynis ad Petrantem magnum est diei dimidiati navigatio : e Petrante usque Menelaum navigatio diei. E Menelao in Scyrthanium navigatio diei. A Scyrthanio Antipygus portus : dimidiati diei navigatione abest. Ab Antipygo Petras parvus, portus ; diei (est) dimidiati navigatio. Post Petrantem parvum Chersonesus, Azirites portus. Hæc sunt in Cyrenensium regione ; navigatio diei. In medio vero Petrantis et Chersonesi, insulæ sunt Aedonia et Platææ : portus habent hæ insulæ. Inde incipit Silphium nasci per jugera. Procedit a Chersoneso per mediterraneam regionem usque ad Hesperidas [secundum litus],

ἐγγὺς στάδια μφ'[665] μάλιστα. Ἀφροδισιὰς[666] νῆσος, ὕφορμος· Ναύσταθμος λιμήν. Πλοῦς ἀπὸ Χεῤῥονήσου, ἡμέρας μιᾶς· ἀπὸ δὲ Ναυστάθμου εἰς λιμένα τὸν Κυρήνης, στάδια ρ'. ἐκ δὲ τοῦ λιμένος εἰς Κυρήνην στάδια π'· ἔστι δὲ Κυρήνη[667] ἐν μεσογείᾳ. εἰσὶ δὲ οὗτοι οἱ λιμένες πάνορμοι. καὶ ἄλλαι δὲ καταφυγαὶ ὑπὸ νησιδίοις, καὶ ὕφορμοι, καὶ ἀκταὶ πολλαὶ ἐν τῇ μεταξὺ χώρᾳ. Ἐκ δὲ λιμένος τῆς Κυρήνης μέχρι λιμένος τοῦ κατὰ Βάρκην[668], στάδια φ'· ἡ δὲ πόλις ἡ Βαρκαίων[669] ἀπὸ θαλάσσης ἀπέχει στάδια ρ'. ἐκ δὲ λιμένος τοῦ κατὰ Βάρκην ἐφ' Ἑσπερίδας, στάδια χκ'. Ἐκ δὲ Κυρήνης εἰσὶ λιμένες[670], καὶ χωρία ἐστὶν ἐσχισμένα μέχρι Ἑσπερίδων· †άδε Φυκοῦς κόλπος. Ἄνω δὲ[671] ἐνταῦθα ἐστιν ὁ κῆπος τῶν Ἑσπερίδων. ἔστι δὲ τόπος βαθὺς

†άδε fors. ταῦτα δέ.

Pag. 46 Huds.

stadiis circiter 1500. Aphrodisias insula, statio navium, Naustathmus portus. Navigatio (ad hunc) a Chersoneso, unius diei. A Naustathmo ad portum Cyrenes stadia 100. A portu vero ad Cyrenen sunt stadia 80 : in mediterraneo namque tractu est Cyrene. Portus autem isti commodum omni tempore adpulsum præbent. Sunt et alia in parvis insulis refugia, et stationes, multæque peninsulæ in interjectis locis. A portu Cyrenes ad portum, qui jacet ante Barcen, stadia 500. Barcæorum autem civitas abest a mari stadiis 100. A portu ante Barcen (sito) ad Hesperidas stadia 620. A Cyrene sunt portus; locaque sunt interrupta usque Hesperidas. Ibi Phycus sinus. Proximus est his locis hortus Hesperidum. Est

ὀργυιῶν ιη΄, ἀπότομος κύκλῳ, οὐδαμοῦ ἔχων κατάβασιν. ἔστι δὲ δύο σταδίων πανταχῆ οὐκ ἔλαττον εὖρος καὶ μῆκος. οὗτός ἐστι σύσκιος δένδρεσιν ἐμπεπλεγμένοις σὺν ἀλλήλοις, ὡς ὅτι μάλιστα πυκνοτάτοις. τὰ δένδρα ἐστὶ λωτὸς, μηλέαι παντοδαπαὶ, ῥοαὶ, ἄπιοι, μιμαίκυλα, συκάμινα, ἄμπελοι, μυρσίναι, δάφναι, κισσὸς, ἐλαῖαι, κότινοι, ἀμυγδαλαὶ, καρύαι. τῶν δὲ χωρίων ἃ οὐκ εἴρηται[672]. Ἔστι δὲ κατὰ τὸν κῆπον Ἄμπελος· Ἄπιος ἀλλάσσει στάδια λ΄· Χερρόνησος, κῆποι πλεῖστοι, Ζηνερτὶς, Τεύχειρα, Καυκάλου κώμη, Ἑσπερίδες πόλις καὶ λιμὴν[673], καὶ ποταμὸς ἐπὶ τῇ πόλει Ἐκκειός[674]. Κατὰ ταῦτα τὰ χωρία ἀπὸ Χερρονήσου τῶν Ἀντίδων[675], τὰ μὲν Κυρηναίων, τὰ δὲ Βαρκαίων[676] ἐστὶ, μέχρι Ἑσπερίδων.

Χωρίων ἃ fors. suppl. ἐστὶν ἅ. — στάδια λ΄. fors. στάδια α΄. — Ἐκκειός fors. ἐκχεῖται. — κατὰ ταῦτα fors. καὶ ταῦτα.

vero locus profundus orgyis 18, præruptus circumquaque, nusquam descensum habens: ubique vero duobus stadiis non minor est latitudo et longitudo. Hortus hic opacus est arboribus in se invicem implicatis, quam maxime densis. Arbores sunt lotus, mali omnis generis, punicæ, pyri, arbuti fructus, mora, vites, myrti, lauri, hederæ, olivæ, oleastri, amygdali, juglandes. Locorum vero (ibi) nonnulla non memorantur. Est ante hortum Ampelus, et abest ab Api stadiis 1000; Chersonesus, horti plurimi, Zenertis, Teuchira, Caucali vicus, Hesperides urbs et portus, et fluvius prope urbem effunditur. Ea loca a Chersoneso, hæc quidem Cyrenæorum, illa vero Barcæorum sunt, usque Hesperidas.

ΝΑΣΑΜΩΝΕΣ ΚΑΙ ΜΑΚΑΙ.

ρη'. Ἀπὸ δὲ Ἑσπερίδων κόλπος ἐστὶ μέγας, ᾧ ὄνομα Σύρτις[677]· ὡς δὲ εἰπεῖν ὅτι μάλιστα εἰκάζοντι, στάδια ϛ'. ἔστιν αὐτῇ τὸ πλάτος ἀπὸ Ἑσπερίδων εἰς Νέαν πόλιν[678] τὴν πέραν, πλοῦς ἡμερῶν τριῶν καὶ νυκτῶν τριῶν. Περιοικοῦσι δὲ αὐτὴν Λιβύων ἔθνος Νασαμῶνες μέχρι τοῦ μυχοῦ τοῦ ἐπ' ἀριστερᾷ[679]. Τούτων δὲ ἔχονται[680]..... Λιβύων ἔθνος. παρὰ τὴν Σύρτιν μέχρι τοῦ στόματος τῆς Σύρτιδος Μακαὶ χειμάζουσιν, ἐπὶ θαλάττῃ τὰ βοσκήματα κλείοντες· τοῦ δὲ θέρους[681], ὑπεκλειπόντων τῶν ὑδάτων, ἀπελαύνουσι τὰ βοσκήματα εἰς μεσογαίαν[682] ἄνω μεθ' ἑαυτῶν. Μετὰ δὲ τὴν Σύρτιν [ἔξω τῆς Σύρτιδος[683]] ἐστι χωρίον καλὸν, καὶ πόλις, ᾗ ὄνομα

Pag. 47 Huds.

NASAMONES ET MACÆ.

108. Post Hesperidas sinus est magnus, qui adpellatur Syrtis, stadiis, ut quam proxime dicam, 80. Ejus latitudo ab Hesperidibus ad Neapolim, quæ in obposito litore (jacet), trium dierum noctiumque navigatione patet. Accolunt ejus litora Nasamones, gens libyca, usque ad intimum recessum, qui sinistram (orientem) versus tendit. His proximi Macæ, gens libyca. Ad Syrtim usque ad os ejus Macæ hiemem agunt, greges ad mare claudentes : æstate vero, deficientibus aquis, greges secum ad superiores in mediterraneo tractus abigunt. Post Syrtim vero [extra Syrtim] est campus

Κίνυψ[684]. [ἔστι δὲ ἔρημος[685]]. ἀπὸ δὲ Νέας πόλεως ἀπέχει[686] εἰς τὴν Σύρτιν στάδια π' πάντη. ὑπ' αὐτὴν[687] δ' ἐστὶ ποταμὸς Κίνυψ, καὶ νῆσος ὕπεστι πρὸς τὸν ποταμόν. Τὸ δὲ βάθος τῆς Σύρτιδος ἔσω τῶν Ἑσπερίδων πρὸς τοὺς Φιλαίνου βωμοὺς[688] εἰς τὸν μυχὸν τοῦ κόλπου, πλοῦς ἡμερῶν γ', καὶ νυκτῶν. Πλάτος δὲ ἀπὸ Κίνυφος ποταμοῦ πρὸς τὰς Λευκὰς[689] νήσους, πλοῦς ἡμερῶν τεσσάρων καὶ νυκτῶν.

ΛΩΤΟΦΑΓΟΙ.

ρθ'. Τὰ δὲ ἔξω τῆς Σύρτιδος παροικοῦσι Λίβυες Λωτοφάγοι ἔθνος, μέχρι τοῦ στόματος τῆς ἑτέρας Σύρτιδος. οὗτοι λωτῷ χρῶνται[690], σίτῳ καὶ ποτῷ. Ἀπὸ δὲ Νεαπόλεως[691] [τῆς Καρχηδονίων χώρας[692]] Γαφάρα[693] πόλις. ταύτης[694] πα-

pulcherrimus, et urbs, cui nomen Cinyps: [est autem deserta]. (Hic campus) a Neapoli extenditur versus medium Syrtis 80 undique stadiis. Subfluit Cinyps fluvius, et insula subest fluvio. Profunditas autem Syrtis intra Hesperides ad Philæni aras, in intimum hujus sinus recessum, navigatio est dierum noctiumque trium. Latitudo vero a Cinyphe flumine ad Albas insulas, dierum noctiumque quatuor navigatione patet.

LOTOPHAGI.

109. Quæ sunt extra Syrtim, incolit Libyum Lotophagorum natio, usque ad os alterius Syrtidis. Hi loto utuntur, pro cibo et potu. Post Neapolim [in Carthaginiensium tractu sita] est Gaphara urbs. Hujus præ-

ρέπλους ἡμέρας μιᾶς ἀπὸ Νέας πόλεως. Ἀπὸ δὲ Γαφάρων Ἀβρότονον πόλις καὶ λιμήν. ταύτης ὁ παράπλους ἡμέρας μιᾶς. Ἀπὸ δὲ Ἀβροτόνου[695] .... ἡμέρας μιᾶς. Κατὰ δὲ ταῦτα[696] ἐστι νῆσος, ᾗ ὄνομα Βραχείων[697], μετὰ Λωτοφάγους Καταριχίας[698]· ἐστι δὲ ἡ νῆσος αὕτη σταδίων τ'· πλάτος δὲ μικρῷ ἐλάττων. ἀπέχει δὲ ἀπὸ τῆς ἠπείρου, ὡσεὶ στάδια γ'. ἐν δὲ τῇ νήσῳ γίνεται λωτὸς, ὃν ἐσθίουσιν, καὶ ἕτερος[699], ἐξ οὗ οἶνον ποιοῦσιν. ὁ δὲ τοῦ λωτοῦ καρπός ἐστι τῷ μεγέθει, ὅσον μιμαίκυλον. ποιοῦσι δὲ καὶ ἔλαιον πολὺ ἐκ κοτίνων. φέρει δὲ καρπὸν ἡ νῆσος πολὺν, πυροὺς, καὶ κριθάς. [ἐστι δὲ ἡ νῆσος εὔγειος[699*]]. Πλοῦς ἀπὸ Ταριχείων[700] εἰς τὴν νῆσον, ἡμέρας μιᾶς. Μετὰ δὲ τὴν νῆσον ἐστι Ἔπιχος[701] πόλις. Ἀπὸ δὲ τῆς

Pag. 48 [Huds.]

ternavigatio a Neapoli est unius diei. A Gapharis est Abrotonum civitas cum portu: hujus prætervectio diei unius. Ab Abrotono vero (*Œa urbs, cujus prætervectio*) diei unius. Circa hæc loca est insula, cui nomen Brachion: (sita) post Lotophagos *Catarichios:* est autem insula hæc stadiorum 300; latitudine vero paullo minor. Abest a continenti stadiis circiter 3. In hac insula nascitur lotus, quem edunt: aliaque ejus est species, ex qua vinum conficiunt. Loti autem fructus magnitudine similis est fructui arbuti. Oleum multum ex oleastris faciunt. Producit autem hæc insula fructum multum, triticum et hordeum. [Estque hæc insula uberis terræ]. Navigatio autem a Tarichiis in hanc insulam, diei unius. Post insulam hanc est *Epichus* urbs. Ab insula ad *Epi-*

νήσου[702] εἰς Ἔπιχον, πλοῦς ἡμέρας ἡμίσεια. Ἀπὸ δὲ Ἐσχίδων[703].... πλοῦς ἡμέρας· καὶ νῆσος ἔπεστιν ἐπ' αὐτῇ[704] ἐρήμη. Μετὰ δὲ ταύτην Κερκινῖτις[705] νῆσος καὶ πόλις· καὶ κατὰ ταύτην Θάψος. Παράπλους ἀπὸ ταύτης εἰς Θάψον, ἡμέρας καὶ ἡμίσεως. Ἀπὸ δὲ Θάψου Λέπτις μικρὰ καὶ Ἀδρύμης[706] ἐστί· κόλπος μέγας εἴσω, ἐν ᾧ ἡ Σύρτις ἐστὶ ἡ μικρὰ[707], Κερκινῖτις[708] καλουμένη, πολὺ τῆς ἄλλης Σύρτιδος χαλεπωτέρα καὶ δυσπλοωτέρα· ἧς τὸ περίμετρον στάδια β'[709]. Ἐν ταύτῃ τῇ Σύρτιδι ἀνέστηκεν ἡ νῆσος Τριτωνὶς[710] καλουμένη, καὶ ποταμὸς Τρίτων. καὶ αὐτόθεν[711] ἐστὶν Ἀθηνᾶς Τριτωνίδος ἱερόν. [Στόμα δὲ ἔχων[712] ἡ λίμνη μικρὸν, καὶ ἐν τῷ στόματι νῆσος ἔπεστιν, καὶ ὁ τῆς ἀνάπωτος[713], ἐνίοτε ἡ λίμνη οὐκ ἔχων εἴσπλουν συνυφαίνουσα. ἡ δὲ λίμνη αὕτη ἐστὶ

Pag. 49 Huds.

Ἐσχίδων fors. Ἐπιχίων. — στόμα δὲ ἔχων fors. ἔχει.

chum navigatio diei dimidiati. Ab *Epichorum* urbe.... diei navigatio: et insula huic adjacet deserta. Post hanc est Cercinitis insula cum urbe, et circa eam Thapsus. Prætervectio ab hac in Thapsum, diei unius et dimidiæ. A Thapso vero, Leptis minor et Adrymetum est: intus sinus magnus, in quo est Syrtis parva, Cercinitis adpellata, altera Syrti multo sævior, navigatuque difficilior; cujus ambitus est stadiorum 2,000. In hac Syrti est insula Tritonis adpellata, et fluvius Triton. Et illinc ortum ducit Minervæ Tritoniæ fanum. [Os vero hic lacus exiguum habet, et in eo insula adjacet, *si quando mare refugiat: at ubi inundet,* non amplius

μεγάλη, τὸ περίμετρον ἔχουσα ὡς σταδίων χιλίων]. περιέπουσι[714] δὲ αὐτὴν Λίβυες[715] πάντες ἔθνος, καὶ πόλεις τὰ ὑπέκεινα[716] πρὸς ἡλίου δυσμάς[717]. οὗτοι γὰρ ἅπαντες Λίβυες λέγονται, ξανθοὶ, ἄπαστοι[718], καὶ κάλλιστοι. καὶ ἡ χώρα αὕτη ἀρίστη, καὶ παμφορωτάτη, καὶ βοσκήματα παρ' αὐτοῖς ἐστὶ καὶ μέγιστα καὶ πλεῖστα· καὶ αὐτοὶ πλουσιώτατοι [καὶ κάλλιστοι[719]]. Μετὰ δὲ τὴν Σύρτιν ταύτην Νεάπολίς ἐστι. Παράπλους δὲ ἀπὸ Ἀδρύμητος[720] ἐπὶ Νέαν πόλιν, ἡμερῶν τ'[721]. μετὰ δὲ Νέαν πόλιν Ἑρμαία ἄκρα καὶ πόλις. παράπλους ἀπὸ Νέας πόλεως εἰς Ἑρμαίαν, ἡμέρας καὶ ἡμισέως. ἀπὸ δὲ Νέας[722].... ἐστὶν [εἰς ἰσθμὸν[723]] στάδια ρπ' [πεζῇ] πρὸς τὴν ἑτέραν θάλασσαν [τὴν πρὸς Καρχηδόνα[724]]. ἔστι δὲ ἀκτὴ[725], δι' ἧς

ἄπαστοι fors. πλαστοί. — ἡμερῶν τ'. leg. τειῶν vel γ'.

accessum navibus præbet. Lacus autem hic est magnus, ambitum habens stadiorum circiter mille]. Venerantur eam (insulam) Libyum omnis natio, urbesque ibi jacentes versus solis occasum ; illi enim omnes Libyes adpellantur, flavi, fucati, pulcherrimi. Regio hæc optima est et fecunda, gregesque penes ipsos sunt maximi et plurimi ; ipsi ditissimi [pulcherrimique]. Post hanc Syrtim est Neapolis. Prætervectio vero ab Adrymeto ad Neapolim est dierum 3. Post Neapolim est Hermæum promontorium, et urbs. Prætervectio a Neapoli usque Hermæum est diei unius, ac dimidiati. A Neapoli [per isthmum pedestri itinere] stadia sunt 180, usque ad alterum mare [quod Carthaginem adluit]: est autem quasi peninsula, quæ isthmo coarctatur.

ἰσθμός ἐστι. Παράπλους ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ[726] ἐντεῦθεν[727] εἰς Καρχηδόνα, ἥμισυ ἡμέρας[728]. ἡ δὲ Καρχηδονίων χώρα ἐστὶν ἐν κόλπῳ.

Pag. 50 Huds.

ΚΑΡΧΗΔΩΝ.

ρι'. Μετὰ δὲ τὸν ἰσθμὸν Καρχηδών[729] ἐστι, πόλις Φιάλων[730], καὶ λιμήν. Παράπλους ἀπὸ Ἑρμαίας, ἥμισυ ἡμέρας[731] εἰς Καρχηδόνα. ἔπεισι δὲ νησία ἐν τῇ Ἑρμαίᾳ ἄκρᾳ, Ποντία[732] νῆσος, καὶ Κόσυρος[733]. Πλοῦς δὲ ἀπὸ Ἑρμαίας ἐπὶ Κόσυρον, ἡμέρας. Ἀπὸ Ἑρμαίας ἄκρας πρὸς ἥλιον ἀνίσχοντα [μικρὸν ἀπὸ Ἑρμαίας[734]] εἰσὶ νῆσοι τρεῖς μικραὶ κατὰ τοῦτο, ὑπὸ Καρχηδονίων οἰκούμεναι· Μελίτη[735] πόλις καὶ λιμὴν, Γαῦλος[736] πόλις, Λαμπάς[737]· αὕτη πύργους ἔχει δύο ἢ τρεῖς. Ἀπὸ

Φιάλων fors. Φοινίκων. — Λαμπάς· αὕτη πύργους fors. Λαμπαδοῦσα πύρσους.

Prætervectio a flumine ex hoc loco ad Carthaginem est diei dimidiati. Carthaginiensium autem regio est in sinu.

CARTHAGO.

110. Post isthmum est Carthago, urbs Phœnicum cum portu. Prætervectio vero ab Hermæo usque Carthaginem, est dimidiati diei. Hermæo promontorio intus (versus occidentem) adsitæ sunt insulæ, Pontia et Cosyrus. Navigatio ab Hermæo usque Cosyrum est diei. Ultra Hermæum promontorium versus solem orientem, tres adjacent his litoribus insulæ parvæ, a Carthaginiensibus habitatæ : Melita urbs cum portu, Gaulus urbs, Lampadusa; in hac turres binæ aut tres.

δὲ Κοσύρου ἐπὶ Λιλύβαιον ἀκρωτήριον Σικελίας, πλοῦς ἡμέρας μιᾶς. Μετὰ Καρχηδόνα Ἰτύκη[738] πόλις καὶ λιμήν. Παράπλους δὲ ἀπὸ Καρχηδόνος εἰς Ἰτύκην, μιᾶς ἡμέρας. Ἀπὸ Ἰτύκης εἰς Ἵππου ἄκραν[739].... Ἵππου πόλις[740], καὶ λίμνη ἐπ' αὐτῇ ἐστὶ, καὶ νῆσοι ἐν τῇ λίμνῃ, καὶ περὶ τὴν λίμνην πόλεις ἐν ταῖς νήσοις αἵδε· Ψέγας[741] πόλις, καὶ ἀπαντίον αὐτῆς νῆσοι Ναξικαὶ πολλαί· Πιθηκοῦσαι[742] καὶ λιμήν. κατ' ἐναντίον αὐτῶν καὶ νῆσος, καὶ πόλις ἐν τῇ νήσῳ Εὔβοια, Θάψα[743] καὶ πόλις καὶ λιμὴν, Καύκακις[744] πόλις καὶ λιμὴν, Σίδα πόλις, Ἰουλίου ἄκρα[745] πόλις καὶ λιμὴν, Ἕβδομος πόλις καὶ λιμὴν, Ἀκίον νῆσος, πόλις καὶ λιμὴν ἔπεστι, Ψαμαθὸς[746] νῆσος, πόλις καὶ λιμήν· καὶ κόλπος. ἐν δὲ τῷ κόλπῳ Βαρτὰς νῆσος καὶ λιμὴν,

Pag. 51 Huds.

Καύκακις fors. Καυκακίς. — Ἰυλίυ leg. Ἰώλ. — ἔπεστι fors. ἔνεστι.

A Cosyro vero ad Lilybæum promontorium Siciliæ, navigatio diei unius. Post Carthaginem Utica urbs cum portu. Præternavigatio a Carthagine Uticam diei unius. Ab Utica ad Equi promontorium...... Equi urbs, et palus ei adsita est, insulæque in ea, et urbes per paludem in insulis hæ sunt : Psegas urbs, et ex adverso ejus multæ insulæ Naxicæ, Pithecusæ cum portu. Ex adverso earum est insula, et in ea civitas Eubœa; Thapsa urbs et portus, Caucacis urbs cum portu, Sida urbs, Iol promontorium, urbs et portus, Hebdomus urbs cum portu, Acium insula, in qua urbs et portus, Psamathus insula cum portu : et sinus. In hoc

Χάλκα[747] πόλις ἐν τῷ ποταμῷ, Ἀρύλων πόλις, Μὴς πόλις καὶ λιμὴν, Σίγον[748] πόλις ἐν τῷ ποταμῷ, καὶ πρὸ τοῦ ποταμοῦ νῆσος Ἄκρα, πόλις Με[749]... λιμὴν, Ἄκρος[750] ἡ πόλις, καὶ ὁ κόλπος ἐν αὐτῇ· ἔρημος νῆσος Δρίναυπα[751] ὄνομα, Ἡρακλεία στήλη[752], ἐν Λιβύῃ ἄκρα, Ἀπανιλύη πόλις ἐν ποταμῷ[753]· καὶ ἀντίον αὐτῆς τὰ Γάδειρα νῆσος[754]. Ἀπὸ Καρχηδόνος ταύτη[755] ἐστὶν [ἐφ' Ἡρακλέους στήλας] τοῦ καλλίστου πλοῦ παράπλους ἡμερῶν ἑπτὰ καὶ νυκτῶν ἑπτά. [Γάδειρά εἰσιν νῆσοι αὗται πρὸς τῇ Εὐρώπῃ[756]. τούτων ἡ ἑτέρα πόλιν ἔχει, καὶ Ἡράκλειαι στῆλαι κατὰ ταύτας[757]· ἡ μὲν ἐν τῇ Λιβύῃ ταπεινή· ἡ δὲ ἐν τῇ Εὐρώπῃ ὑψηλή. Αὗται δέ εἰσιν ἄκραι καταντικρὺ ἀλλήλων· διέχουσι δὲ αὗται ἀπ' ἀλλήλων πλοῦν ἡμέρας]. Παράπλους Λιβύης ἀπ' Αἰγύπτου τοῦ

sinu Bartas est insula cum portu, Chalca urbs in fluvio, Arylon urbs, Mes urbs cum portu, Sigum urbs in fluvio, cui objacet insula Acra; urbs Me.... cum portu; Acrus urbs, et sinus juxta illam, deserta insula adpellata Drinaupa, Herculea Columna, Libyæ promontorium, Apanilye urbs in fluvio. Ex adverso hujus sunt Gades insulæ. A Carthagine hucusque [ad Columnas Herculeas] quam prosperrime prætervehuntur diebus et noctibus septem. [Gadium autem hæ insulæ Europæ (valde) proximæ sunt. Quarum una urbem habet. Et in harum conspectu sunt Columnæ Herculeæ: illa quidem in Libya, humilis; altera vero in Europa excelsa. Contrarii sibi invicem sunt hi vertices, distantque inter se diei navigatione]. Prætervectio Libyæ ab

Κανωπικοῦ σἰόμαἰος[758], μέχρι Ἡρακλείων σἰηλῶν, τιθεμένου τοῦ λογισμοῦ καἰὰ ταυτὰ, ὥσπερ ἐν Ἀσίᾳ[759] καὶ Εὐρώπῃ γέγραπἰαι, καἰὰ τοὺς κόλπους κύκλῳ περιπλέονἰι ἡμερῶν οε', δ'[760]. Ὅσα γέγραπἰαι πολίσμαἰα ἢ ἐμπόρια ἐν τῇ Λιβύῃ, ἀπὸ τῆς Σύρἰιδος τῆς παρ' Ἑσπερίδας[761] μέχρι Ἡρακλείων σἰηλῶν ἐν Λιβύῃ, πάνἰα ἐσἰὶ Καρχηδονίων.

Pag. 52 Huds.

ρια'. Μετὰ δὲ Ἡρακλείας σἰήλας εἰς τὸ ἔξω πλέοντι, ἔχοντι τὴν Λιβύην ἐν ἀρισἰερᾷ, κόλπος ἐσἰὶ μέγας, μέχρι Ἑρμαίας ἄκρας. ἔσἰι γὰρ καὶ ἐνταῦθα[761]* Ἑρμαία ἄκρα. κατὰ δὲ μέσον τὸν κόλπον κεῖται Ποντίον τόπος καὶ πόλις. περὶ δὲ τὴν πόλιν λίμνη κεῖται μεγάλη, ἐν δὲ τῇ λίμνῃ ταύτῃ κεῖνται νῆσοι πολλαί. περὶ δὲ τὴν λίμνην[762] πέφυκε κάλαμος, καὶ κύπειρος[763], καὶ φλέως[764], καὶ θρυόν. αἱ δὲ ὄρνιθες Μελεαγρίδες

παρ' Ἑσπ. fors. καθ' Ἑσπ.

Ægypto, (nempe) ab ostio Canopico, usque Herculeas Columnas, eo modo si numeres, quo supra in Asia et Europa scriptum est, circumnaviganti sinus, est dierum 75 $\frac{1}{4}$. Omnia vero oppida et emporia ante memorata in Libya, a Syrti quæ ad Hesperidas, usque Columnas Herculeas, quæ in Libya, Carthaginiensium sunt.

111. Post Herculeas Columnas extra navigantibus, Libyamque in sinistra relinquentibus, occurrit sinus magnus usque ad promontorium Hermæum. Est enim et ibi promontorium Hermæum. At medio in sinu est Pontium locus et urbs. Urbi autem adjacet lacus magnus, insulæque in eo sunt complures. Per lacum nascitur arundo, cyperus, stœbe et juncus. Meleagrides

ἐνταῦθά εἰσιν, ἄλλου δὲ οὐδαμοῦ, ἂν μὴ ἐντεῦθεν ἐξαχθῶσιν. τῇ δὲ λίμνῃ ταύτῃ ὄνομα Κεφησίας[765], τῷ δὲ κόλπῳ Κώτης[766]. ἔστι δὲ Ἡρακλείων στηλῶν, καὶ Ἑρμαίας ἄκρας ἐν τῷ μεταξύ. Ἀπὸ δὲ τῆς Ἑρμαίας ἄκρας ἕρματα[767] τέταται μεγάλα, ἀπὸ δὲ τῆς Λιβύης ἐπὶ τὴν Εὐρώπην, οὐχ ὑπερέχοντα τῆς θαλάττης· ἐπικλύζει δὲ ἐπ' αὐτὰ ἐνιαχῇ[767*]. τέταται δὲ τὸ ἕρμα ἐπὶ ἑτέραν ἄκραν τῆς Εὐρώπης τὸ καταντικρύ· τῇ δὲ ἄκρᾳ ταύτῃ ὄνομα Ἱερὸν ἀκρωτήριον. Ἀπὸ δὲ τῆς Ἑρμαίας ἄκρας ποταμός ἐστιν Ἄνιδος[768]. ἐξίησι δὲ οὗτος εἰς λίμνην μεγάλην. Μετὰ δὲ Ἀνιδιεῦτά ἐστιν ἄλλος ποταμὸς μέγας Λίξος[769], καὶ πόλις Φοινίκων Λίξος, καὶ ἑτέρα πόλις Λιβύων ἐστὶ πέραν τοῦ ποταμοῦ, καὶ λιμήν. Μετὰ δὲ Λίξον, Κράβις

Pag. 53 Huds.

Ἄνιδος fors. Ἀνιδιεύς. — ἐνιαχῇ fors. ἐν ἰαχῇ.

aves ibi sunt; alibi vero nusquam, nisi inde exportatæ. Paludi vero huic nomen Cephesias, sinui vero Cotes : est autem in medio Columnarum Herculis, et Hermæi promontorii. Ultra promontorium Hermæum vasta extenduntur hermata, a Libya Europam versus, non exstantia fluctibus : sed aliqua tamen ex parte ab iis verberata. Tenditur id Herma ad aliud Europæ promontorium ei adversum. Vocatur autem id promontorium Sacrum. Post Hermæum promontorium fluvius est Anidieus. Invehitur autem hic in lacum magnum. Post Anidieutem, est alius fluvius magnus Lixus, et Phœnicum urbs Lixus, aliaque urbs Libyum ultra fluvium est, cum portu. Post Lixum Crabis fluvius cum portu, et urbs

ποταμὸς καὶ λιμὴν, καὶ πόλις Φοινίκων Θυμιατηρία[770] ὄνομα. ἀπὸ Θυμιατηρίας εἰς Σολόεσαν[771] ἄκραν, ἣ ἀνέχει μάλιστα εἰς τὸν πόντον, ... Τῆς δὲ Λιβύης πᾶσα αὕτη ἡ χώρα ὀνομαστοτάτη καὶ ἱερωτάτη[772]. ἐπὶ δὲ τῷ ἀκρωτηρίῳ τῆς ἄκρας ἔπεστι βωμὸς μέγας, ποινῆς[773], Ποσειδῶνος. ἐν δὲ τῷ βωμῷ εἰσὶ γεγραμμένοι ἀνδριάντες, λέοντες, δελφῖνες· Δαίδαλον δέ φασι ποιῆσαι[774]. Ἀπὸ δὲ Σολόεντος ἄκρας ποταμός ἐστιν, ᾧ ὄνομα Ξιὼν[775]. περὶ τοῦτον τὸν ποταμὸν περιοικοῦσιν Αἰθίοπες Ἱεροί. κατὰ δὲ ταῦτα νῆσός ἐστιν, ᾗ ὄνομα Κέρνη[776]. Παράπλους δὲ ἀπὸ Ἡρακλείων στηλῶν ἐπὶ Ἑρμαίαν ἄκραν, ἡμερῶν δύο. ἀπὸ δὲ Ἑρμαίας ἄκρας εἰς Σολόεντα ἄκραν, παράπλους ἡμερῶν τριῶν. ἀπὸ δὲ Σολόεντος εἰς Κέρνην παράπλους

Pag. 51 Huds.

ποινῆς fors. φρηνής.

et urbs Phœnicum Thymiateria adpellata. A Thymiateria ad Soloëntem promontorium, quod plurimum in mare prominet. . . . . Libyæ autem hæc regio tota est celeberrima et sacerrima. In summitate vero promontorii est ara magna, prominens, Neptuno consecrata. In ara autem expressæ sunt virorum imagines, leones, delphines: quæ Dædalum fecisse aiunt. A Soloënte promontorio fluvius excipit, adpellatus Xion. Hunc fluvium circumhabitant Æthiopes sacri. Circa hæc est insula, Cerne adpellata. Prætervectio vero a Columnis Herculeis ad Hermæum promontorium, est dierum duorum. Ab Hermæo promontorio ad Soloëntem promontorium, est prætervectio dierum trium. A Soloënte vero ad Cernen, prætervectio dierum

ἡμερῶν ἑπλά[777]. σύμπας δὲ ὁ παράπλους οὗτός ἐστιν ἀπὸ Ἡρακλείων στηλῶν εἰς Κέρνην νῆσον, ἡμερῶν δεκαδύο[778]. Τῆς Κέρνης δὲ νήσου τὰ ἐπέκεινα οὐκ ἔτι ἐστὶ πλωτὰ[779] διὰ βραχύτητα[780] θαλάττης, καὶ πηλὸν, καὶ φῦκος[781]. ἔστι δὲ τὸ φῦκος τῆς δοχμῆς τὸ πλάτος, καὶ ἄνωθεν ὀξὺ, ὥστε κεντεῖν. Οἱ δὲ ἔμποροί εἰσι μὲν Φοίνικες[782]. ἐπὰν δὲ ἀφίκωνται εἰς τὴν νῆσον [τὴν Κέρνην[738]], τοὺς μὲν γαύλους[784] καθορμίζουσιν[785], ἐν τῇ Κέρνῃ σκηνὰς ποιησάμενοι αὐτοῖς· τὸν δὲ φόρτον ἐξελόμενοι αὐτοὶ, διακομίζουσιν ἐν μικροῖς πλοίοις εἰς τὴν ἤπειρον. εἰσὶ δὲ οὗτοι Αἰθίοπες, πρὸς οὓς διατίθενται. πωλοῦσι δὲ πρὸς δέρματα[786] ἐλάφων, καὶ λεόντων, καὶ παρδαλέων, καὶ δέρματα ἐλεφάντων, καὶ ὀδόντων[787], καὶ τῶν ἡμέρων[788] βοσκη-

Pag. 54 Huds.

καὶ ὀδόντων fors. ὀδόντας. — ἡμέρων fors. ἑτέρων.

septem. Omnis autem hæc prætervectio ab Herculeis columnis ad Cernen insulam est dierum duodecim. Quæ sunt circa Cernen insulam, non amplius navigabilia sunt propter brevitatem maris, et cœnum et algam. Est vero hæc alga palmi latitudine, superne in acutum desinens, adeo ut pungat. Qui autem hic negotiantur, sunt Phœnices. Hi, quum venerint in insulam [Cernen], gaulos suos adpellunt, et ibi tentoria sibi figunt: onera vero eximentes illi, minoribus navigiis in continentem portant. Ii autem cum quibus negotiantur, sunt Æthiopes. Vendunt vero mutando sua pellibus cerviorum, et leonum, et pardalium, pellibus insuper elephantum cum dentibus, et cicuribus gregibus. Utuntur

μάτων. Οἱ Αἰθίοπες χρῶνται κοσμοσίκτοις[789], καὶ ἐκπώμασι τοῦ ἐλέφαντος φιάλαις· καὶ αἱ γυναῖκες αὐτῶν χρῶνται κόσμῳ ψελίοις τοῦ ἐλέφαντος· χρῶνται δὲ καὶ πρὸς τοὺς ἵππους ἐλεφαντίνῳ κόσμῳ. εἰσὶ δὲ οὗτοι οἱ Αἰθίοπες μέγιστοι[790] ἀνθρώπων πάντων, ὧν ἡμεῖς ἴσμεν, μείζους ἢ τετραπήχεις. εἰσὶ δέ τινες αὐτῶν καὶ πενταπήχεις· καὶ πωγωνοφόροι εἰσί· καὶ κομῆται, καὶ κάλλιστοι πάντων ἀνθρώπων οὗτοί εἰσι. καὶ βασιλεύει αὐτῶν οὗτος, ὃς ἂν ᾖ μέγιστος. εἰσὶ καὶ ἱππηλάται[791], καὶ ἀκοντισταὶ, καὶ τοξόται, καὶ χρῶνται τοῖς βέλεσιν πεπυρακτωμένοις. Οἱ δὲ Φοίνικες ἔμποροι εἰσάγουσιν αὐτοῖς μύρον, λίθον αἰγυπτίαν[792], χοίρους ἐξαράκτους[793], κέραμον ἀττικὸν, καὶ χόας. τὰ πλάσματά ἐστιν ὤνια ἐν τοῖς Χοσὶ [τῇ ἑορτῇ[793*]]. Εἰσὶ δὲ οἱ Αἰθίοπες οὗτοι κρεοφάγοι, γα-

Pag. 55 Huds.

Æthiopes pro *ornatu* (vestibus) *variegatis*, et pro amphoris, eburneis phialis : mulieres pro ornatu utuntur armillis eburneis. Etiam equos suos eburno ornant. Sunt autem hi Æthiopes omnium hominum nobis cognitorum maximi, majores quam quadricubitales ; quidam etiam inter eos sunt quinque cubitorum : et sunt barbati, et comati, omnium hominum pulcherrimi : ac regit ipsos, quicunque apud eos est maximus. Equites vero sunt optimi, et sagittarii, et arcum perite tractant, et jaculis utuntur ignitis. Phœnices vero qui hic negotiantur, portant ipsis unguentum, lapidem ægyptium, *apros castratos*, tegulas atticas, et congios. Fictilia vasa in Congiorum festo venalia sunt. Sunt autem hi Æthiopes carnarii, et lac potant ; vinum vero e vineis multum conficiunt.

λακλοπόται[794], οἶνον δὲ ποιοῦσι πολὺν ἀπὸ ἀμπέλων[795]: τὸν δὲ καὶ αὐτοὶ οἱ Φοίνικες ἄγουσιν[796]. Ἔστι δὲ αὐτοῖς καὶ πόλις μεγάλη, πρὸς ἣν οἱ Φοίνικες εἰσπλέουσιν [οἱ ἔμποροι[797]]. Λέγουσι δέ τινες τούτους τοὺς Αἰθίοπας παρήκειν συνεχῶς οἰκοῦντας ἐντεῦθεν εἰς Αἴγυπτον[798], καὶ εἶναι ταύτην θάλατταν συνεχῆ[799]· ἀκτὴν δὲ εἶναι τὴν Λιβύην[800].

ΔΙΑΦΡΑΓΜΑ ΔΙΑ ΤΗΣ ΘΑΛΑΤΤΗΣ ΤΗΣ.... ΕΥΡΩΠΗΣ[801].... ΕΙΣ ΤΗΝ ΑΣΙΑΝ ΕΠΙΕΙΚΩΣ ΕΥΘΥ ΚΑΤ' ΟΡΘΟΝ[802]....

ριβ'. Ἄρχεται δὲ τὸ διάφραγμα ἀπὸ Εὐρίπου τοῦ κατὰ Χαλκίδα· καὶ ἔστιν ἐπὶ Γεραιστὸν στάδια ζ', κοινῇ. Ἀπὸ Γεραιστοῦ ἐπὶ Παιώνιον τῆς Ἄνδρου στάδια π'. Ἀπὸ τῆς Ἄνδρου[803] ἐπὶ τὸν Αὐλῶνα στάδια σπ'.... Τοῦ Αὐλῶνος[804] διάπλους εἰς Τῆνον[805] στάδια ιβ'. Αὐτῆς δὲ τῆς νήσου....[806] ἐπὶ τὸ ἀκρωτή-

ἀπὸ τῆς Ἄνδρου fors. ἀπ' αὐτῆς.

Hoc quoque ipsi Phœnices (inde) exportant. Habent et civitatem magnam, ad quam Phœnicum mercatores navigant. Inquiunt nonnulli istos Æthiopas continenter habitantes, pertingere inde ad Ægyptum, et id mare esse haud interruptum: Libyam vero esse peninsulam.

DIAPHRAGMA PER MARE EUROPÆUM IN ASIAM, RECTUM PROPEMODUM, LINEAQUE DIRECTA.

112. Incipit vero diaphragma ab Euripo, qui ad Chalcidem: unde ad Geræstum stadia sunt quasi 7. A Geræsto ad Pæonium Andri, stadia 80. Ab Andro vero ad Aulonem stadia 280. Ab Aulone trajectus in Tenum, stadiorum 12. Ipsius vero insulæ ad promontorium Rhenææ longitudo stadiorum 150: trajectus vero in

ειον τὸ κατὰ Ῥήναιαν, στάδια ρν'. τοῦ δὲ διάπλου εἰς Ῥήναιαν στάδια μ'.... Αὐτῆς δὲ Ῥηναίας, καὶ τοῦ διάπλου εἰς Μύκονον στάδια μ'. Ἀπὸ δὲ Μυκόνου διάπλους ἐπὶ τοὺς Μελαντίους[807] σκοπέλους περαιεστιδίου μικρῷ ἐλάττων σταδίων μ'. Ἀπὸ δὲ Μελαντίων σκοπέλων πλοῦς εἰς Ἴκαρον περαιεστίδιος. Αὐτῆς δὲ τῆς Ἰκάρου στάδια τ' ἐστὶ μῆκος. Ἀπὸ δὲ Ἰκάρου πλοῦς εἰς Σάμον περαιεστίδιος. Αὐτῆς δὲ Σάμου[808].... στάδια σ'. Ἐκ Σάμου εἰς Μυκάλην τοῦ διάπλου στάδια ζ' τὸ πᾶν. Ἐὰν ἐκ Σάμου πλέωσι πρὸ ἀρίστου[809] στάδια β'.... τὸ μὴ περιλογιζομένῳ[810] τοῦ πλοῦ.... ἕτερον διάφραγμα ὀρθὸν κατ' εὐθὺ.... ἕως Κυθήρων[811], στάδια λ'. Αὐτῶν δὲ Κυθήρων μῆκος στάδια ρ'. Εἰς Αἰγιλίαν[812] πλοῦς περαιεστίδιος. Κρήτης αὐτῆς

Pag. 56 Huds.

τῆς νήσου........ ἐπὶ, fors. supplend. μῆκος. — αὐτῆς δὲ Ῥηναίας, fors. supplend. ἀπὸ αὐτῆς δὲ Ῥ. — αὐτῆς δὲ Σάμου, adde μῆκος.

Rhenæam stadia 40. Ipsius vero Rhenææ et trajectus in Myconum stadia 40. A Mycono trajectus est ad Melantios scopulos paullo minor antemeridiano, stadiis circiter 40. A Melantiis scopulis navigatio in Icarum antemeridiana. Ipsius Icari longitudo est stadiorum 300. Ab Icaro navigatio in Samum est antemeridiana. Sami longitudo stadiorum 200. E Samo in Mycalen trajectus stadiorum omnino est 7. Si e Samo navigent, ante meridiem per stadia.... Aliud diaphragma rectum secundum longitudinem,.... usque Cytheram stadia 30. Cytheræ vero longitudo stadiorum 100. Ad Ægiliam navigatio antemeridiana. Cretæ ipsius longitudo est

μῆκος, στάδια βφ'[813]. Ἀπὸ Κρήτης εἰς Κάρπαθον στάδια ρ'. αὐτῆς Καρπάθου μῆκος στάδια ρ'. Εἰς Ῥόδον ἀπὸ Καρπάθου πλοῦς, στάδια ρ'. αὐτῆς Ῥόδου μῆκος στάδια χ'. Ἀπὸ Ῥόδου εἰς τὴν Ἀσίαν[814] στάδια ρ'. Ἔστι τοῦ διάπλου τὸ διάφραγμα στάδια δύο[815].

ΜΕΓΕΘΗ ΝΗΣΩΝ[816].

ριγ'. Μεγίστη Σαρδὼ[817]· δευτέρα Σικελία[818]· τρίτη Κρήτη· τετάρτη Κύπρος· πέμπτη Εὔβοια· ἕκτη Κύρνος· ἑβδόμη Λέσβος. ὀγδόη· Ῥόδος· ἐννάτη Χίος· δεκάτη Σάμος· ἑνδεκάτη Κόρκυρα· δωδεκάτη Κάσος· τρισκαιδεκάτη Κεφαληνία· τεσσαρεσκαιδεκάτη Νάξος· πεντεκαιδεκάτη Λῆμνος· ὀκτωκαιδεκάτη Αἴγινα· ἐννεακαιδεκάτη Ἴμβρος· εἰκοστὴ Θάσος.

stadiorum 2500. A Creta in Carpathum stadia 100. Ipsius Carpathi longitudo stadiorum 100. A Carpatho ad Rhodum, stadiorum 100 navigatio. Ipsius Rhodi longitudo stadiorum 600. A Rhodo in Asiam stadia 100. Est vero trajectus hujus diaphragma, stadiorum *duorum*.

MAGNITUDINES INSULARUM.

113. Maxima est Sardinia, secunda Sicilia, tertia Creta, quarta Cyprus, quinta Eubœa, sexta Corsica, septima Lesbus, octava Rhodus, nona Chius, decima Samus, undecima Corcyra, duodecima Casus, decima tertia Cephalenia, decima quarta Naxus, decima quinta Lemnus, decima octava Ægina, decima nona Imbrus, vigesima Thasus.

ADNOTATIONES

IN SCYLACEM.

1. Σκύλακος] Scylaces exstitere plures. Unum Caryandensem memorat Herodotus *(a)*, quem fuisse et nostrum alii contendunt, alii ægre patiuntur. Satis autem sit nobis, si probaverimus auctorem hujus Peripli paullo anteriorem fuisse Herodoto, et posse haberi pro herodoteo Scylace. Alterius meminit Tullius Scylacis, et e Caria quidem, sed Halicarnasso oriundi *(b)*: *Familiaris* (ille) *Panætii, excellens in astrologia, idemque in regenda sua civitate princeps.* Suum Scylacem laudat Suidas *(c)*, sed, ut recte scribit Ukertus *(d)*, duos in unum confundendo *(e)*, in quo sæpe fallitur Suidas *(f)*. At saltem ex illius verbis liquet exstitisse Scylacem quemdam alterum, florente Polybio. Ceterum videntur reliqui scriptores, qui Scylacis meminere, respicere omnino ad auctorem hujus nostri superstitis peripli *(g)*. Sic triplex apud veteres Scylacis nomen est. Confer Is. Vossii de Scyl. Præfat. supr. pag. 153, 154.

2. Τοῦ Καρυανδέος] Suam patriam *τὴν Καρύανδαν* laudat ipse noster in §. 98. Cf. Strab. *(h)*.

3. Καὶ αἱ νῆσοι αἱ ἑπλὰ αἱ οἰκούμεναι] Quæ autem videntur septem insulæ accuratius a Scylace describi, sunt *Corsica*, *Sardinia*, *Sicilia*, *Creta*, *Eubœa*, *Lesbus* et *Cyprus*. Quæ quidem sunt, ex nostri sententia, maximæ septem ex viginti præcipuis, sub finem Peripli enumeratis. Omnino diversum ordinem sequuntur Timæus apud Strabonem *(i)*, Strabo ipse *(k)*, Diodorus *(l)*, et Agathemerus *(m)*. Hanc tituli partem mutilam esse censet Dodwellus *(n)*, et minime cum operis contextu et fine conve-

(a) IV, 42.

(b) Cic. *de Divin.* II, 42.

(c) Voc. Σκύλαξ.

(d) *Geograph. der Gr. und Rom.* tom. I, part. II, pag. 286.

(e) Conf. loc. cit. *ad Testimon. de Scylac.* pag. 234.

(f) Cf. Ruhnken. præf. ad *Timæi Lexic.* pag. XIV, XV.

(g) Conf. Ukert. loc. cit. pag. 287.

(h) Lib. XIV, p. 658 (p. 972, B).

(i) Lib. XIV, pag. 654 (pag. 967, A).

(k) Lib. II, pag. 123.

(l) Lib. V, cap. 17, init. ibi cf. Wesseling.

(m) Lib. II, cap. 8.

(n) In *Dissertat. ad Scylac.* §. XVI, supr. pag. 194.

nire; sic emendat ille : Καὶ αἱ νῆσοι αἱ ἑπτὰ (αἱ μέγισται, καὶ λοιπαὶ) αἱ οἰκούμεναι. Ita emendavit Dodwellus, ne interpolationes in posterum reperire cogeretur, utque constaret Peripli contextus cum titulo. Sed vana, ni fallor, hæc emendatio.

4. Ἄρξομαι δὲ ἀπὸ Ἡρακλείων στηλῶν τῶν ἐν τῇ Εὐρώπῃ.] Non plures, quam binas Columnas, statuit Scylax; quanquam verba hæc aliud videantur significare. Sic quoque infra loquitur : et tamen paret, non de pluribus, quam binis Columnis, id esse accipiendum : Γάδειρα εἰσὶν νῆσοι αὗται πρὸς τῇ Εὐρώπῃ· τούτων ἡ ἑτέρα πόλιν ἔχει, καὶ Ἡρακλεῖαι στῆλαι κατὰ ταύτας, ἡ μὲν ἐν τῇ Λιβύῃ ταπεινὴ, ἡ δ᾽ ἐν τῇ Εὐρώπῃ ὑψηλή. Non tamen nescius sum, multos in altera fuisse sententia. Hesychius : στήλας διστόμους τινὲς τὰς Ἡρακλείους στήλας, ἔνιοι αὐτὰς νήσους εἶναι φασὶν, οἱ δὲ προχώματα, οἱ δὲ τῶν ἠπείρων ἄκρας, οἱ δὲ πόλεις, καὶ οἱ μὲν δύο, οἱ δὲ τρεῖς, οἱ δὲ μίαν, οἱ δὲ τέσσαρας. Palæphatus quoque, capite de Phorcynis filiabus, tres Columnas esse Herculeas ait. Cæteri tamen ferme omnes in eo conveniunt, binas tantum esse: quod verius, ut arbitror. *Vossius.*

Non licet plures quam duas Columnas numerare *(a)*. At quum, teste Strabone *(b)*, tres susceptæ Phœnicum expeditiones metam orbis terrarum occidentalem magis ac magis removerint, et Columnas Herculis posuerint, primum in Calpe et Abyla, secundum paullo ulterius ad promontorium nunc dictum *Trafalgar*, ut recte vidit cl. Gossellinus *(c)*, tertium ad insulam Gades, nunc *Cadix*; inde orta confusio locorum, et multiplex fuit Columnarum numerus. Ceterum de Columnis Herculeis, vide quæ congessit Tzschuckius in Melam *(d)*.

5. Πλοῦν ἡμέρας] Quod intervallum esse 80 stadiorum scribit Agathemerus *(e)*; et similem ferme supputationem referens Procopius *(f)*, hunc πορθμόν ait esse quatuor et octoginta stadiorum. Sed minime inde concludendum, apud Scylacem unius diei navigationem 80 stadiis absolute respondere. Exprimit quidem noster locorum intervalla *diebus navigationis*, quum *stadiis* id diligentius agere nequit *(g)*; sed fere semper erit dies navigationis habendus pro tempore, quo solebant

(a) Nihil enim commune habent cum Herculeis Columnis, duæ columnæ e candido saxo, quarum meminit Procopius (*Vandal.* lib. II, cap. 10, pag. 238, B, Lutet. 1662).

(b) Lib. III, pag. 170, init. (p. 258, B).

(c) Ad loc. Strab. cit. *Trad. franç.* t. I, pag. 499, not. 3.

(d) Ad lib. I, cap. 5, S. 3, not. exeg. pag. 133, 134.

(e) Lib. I, cap. 5, init.

(f) *Vandal.* lib. I, pag. 91, lin. 16, Aug. Vind. 1607 (tom. I, pag. 176, med. Lutet. 1662).

(g) Cf. de Sainte-Croix, in *Mém. de l'Ac.* t. XLII, pag. 379.

...vigatores ab uno portu ad alterum transnavigare. Sic difficultas locorum, ventorum reflatus, navium usitatum pondus apud quorumdam litorum incolas, aut causæ quælibet permultæ, *transitus* nonnullos ad diem totum producebant; nec tantum peractum fuerat itineris intervallum, quantum navis expedita peragere intra diem potuisset. Suam quoque dedit Herodotus mensuram itineris, quod, ut ait, navis ἐν μακρημερίῃ peragere solet *(a)*; sed vide ibidem adnot. Wesselingii colligentis varias variorum de re eadem auctorum veterum supputationes. Imo ex ipsis Herodoti verbis liquet, hunc modum longitudines marium et itinerum diebus navigationis metiendi, non ita cognitum fuisse tunc temporis, quum rem novam et singularem suis coævis, talia divulgando, detexerit; et necesse habuerit dicere, quot stadia in *diei navigatione* pro suis supputationibus amplexus fuerit. Si nunc ad Scylacem redimus, antiquiorem Herodoto auctorem, minime inauditum prorsus erit, quod ille paullo laxiori sensu hujus modi mensuram, πλοῦν ἡμέρας, usurpaverit. Ceterum liquet, minime de hac dicendi forma sibi constare nostrum, quippe qui scripserit *unius diei* intervallum pariter esse e Laconiæ litore in Cretam *(b)*, et alibi, diem et dimidiam e Corsica ad Etruriam *(c)*; atqui longe imparia pro temporis intervallo hæc spatia. Imo quid intelligendum de verbis paullo infra hisce, Παράπλους ἀπὸ Ἐμπορίου μέχρι Ῥοδανοῦ ποταμοῦ, δύο ἡμερῶν καὶ μιᾶς νυκτός, et similibus passim! Scribit alibi Scylax *(d)* dies et noctes navigationis pro æquis generaliter sibi haberi; cur autem nunc ille non scribit παράπλους..... τριῶν ἡμερῶν, sed δύο ἡμερῶν καὶ μιᾶς νυκτός! Nempe refert noster quid temporis his in litoribus nautæ consumere soleant in peragendo supradicto intervallo. Non recte igitur Mannertus ait unius diei iter apud Scylacem absolute esse 500 stadiorum *(e)*. Cf. not. 14.

6. Ἀπὸ Ἡρακλείων στηλῶν.... ἐμπόρια πολλὰ Καρχηδονίων] Hinc patet Scylaci non ignotam fuisse eam Hispaniæ partem, quæ est ultra Columnas. Inquit enim multa esse Carthaginiensium emporia hoc loco. Similiter Rufus Festus *(f)*:

> Ultra has Columnas propter Europæ latus,
> Vicos et urbes incolæ Carthaginis
> Tenuere quondam.

(a) Herodot. IV, 86.
(b) S. 48, pag. 264.
(c) S. 6, pag. 238.
(d) S. 69, fin. pag. 284.
(e) *Geograph. Græc. et Rom.* t. I, p. 20 ed. 1788.
(f) *Ora mar.* v. 375.

Infra etiam Scylax noster meminit Sacri promontorii, quod est extimum in eo latere. Verum totum hunc tractum nullo nomine designat. Iberos enim, quos primam Europæ partem obtinere ait, a freto orditur. Quod ultra Columnas igitur, minime Iberia esse potest. Europæ tamen adscripsisse, ex eo patet, quod Sacrum promontorium in Europa collocet. Plurimi enim antiquorum, quod crebræ essent Carthaginiensium coloniæ hoc in loco, Libyæ tribuerunt universum illum tractum. Auctor est Festus *(a)*, ubi agit de Hermate ad Sacrum promontorium :

> Porro illud Herma jure sub Libyci soli
> Fuisse pridem plurimi autores ferunt.
> Nec respuendus testis est Dionysius,
> Libyæ esse finem qui docet Tartessium.

Quicquid igitur est a Sacro promontorio usque Tartessios, Libyæ adscribebatur. *Vossius.*

In citando magis suæ fuit versionis memor, quam Scylacis verborum. *Gronovius.*

Recte Vossius. Ceterum hic ἅπαξ noster usurpavit τὸ ἀπὸ pro ἔξω.

7. Καὶ πηλὸς καὶ πλημμυρίδες καὶ πλάγη] Hujus rei manifestum indicium est, quod Rufus Festus *(b)* inquiat, morem fuisse Carthaginiensibus,

> Ut planiore texerent fundo rates,
> Quo cymba tergum fusior, brevius mare
> Prælaberetur.... *Vossius.*

8. Vulgo πλάγη] Procul dubio legendum καὶ τενάγη. Cœnosa quædam litora sic describit Apollonius *(c)* : Πάντῃ γὰρ τέναγος, πάντῃ...; et ibidem scholiastes : Τέναγος, ὁ πηλώδης τόπος. Cf. eumdem infra *(d)*. Usurpatur quidem vox πέλαγος de *vasto lacu.* Vid. Salmas. *Exercitt. Plin.* *(e)* et Letronnium ad Strab. *(f)*; sed non habet sensum *lutosi loci.* Neque hic verterem πέλαγη *immensitas maris*, quem sensum reperire non memini : imo illud frigeret. Ceterum hæc ipsa freti ejusdem litora sic describit Avienus *(g)* :

> Navigia onusta adire non valent locos
> Breve ob fluentum, et pingue litori lutum.

(a) Fest. Avien. *Ora marit.* v. 329, sqq.
(b) *Ibid.* v. 378.
(c) Lib. IV, v. 1237.
(d) *Ibid.* ad v. 1264.
(e) Pag. 577, E, et pag. 614, D (pag. 407 et 433, ed. 1680).
(f) *Trad. franç.* t. V, pag. 334 et 401.
(g) *Ora marit.* v. 364.

9. Τῆς Εὐρώπης εἰσὶ πρῶτοι Ἴβηρες, Ἰβηρίας ἔθνος] Primam Europæ portionem Iberos obtinere, inquit Scylax; eosque a Columnis exorditur. Recte: nondum enim detecta erat pars ulterior Iberiæ. Ideoque nullum adhuc nomen sortita erat. Imo ne Polybii quidem ævo, cum jam maxima ex parte explorata esset, generali aliqua appellatione insignita fuit hæc Hispaniæ pars. Diserte id testatur Polybius lib. 3 (c. 37 fin): Καλεῖται δὲ τὸ μὲν παρὰ τὴν καθ' ἡμᾶς παρῆκον ἕως Ἡρακλείων στηλῶν, Ἰβηρία. Τὸ δὲ παρὰ τὴν ἔξω καὶ μεγάλην προσαγορευομένην, κοινὴν μὲν ὀνομασίαν οὐκ ἔχει, διὰ τὸ προσφάτως κατωπτεῦσθαι. κατοικεῖται δὲ πᾶν ὑπὸ βαρβάρων ἐθνῶν καὶ πολυανθρώπων. Idem quoque testatur Charax, lib. 3 *Rerum græcarum apud Constantinum Imperatorem de administratione imperii*, cap. 24: Τὴν δὲ Ἰσπανίαν Ἕλληνες τὰ πρῶτα Ἰβηρίαν ἐκάλουν, οὔπω ξύμπαντος τοῦ ἔθνους τὴν προσηγορίαν μεμαθηκότες, ἀπὸ μέρους τῆς γῆς τὸ ἐστι πρὸς ποταμὸν Ἴβηρα· καὶ ἀπ' ἐκείνου ὀνομάζονται γῆν πᾶσαν καλοικοῦντες. Ὕστερον δὲ φασιν αὐτὴν μετακεκλῆσθαι Πανίαν. Sic emendandus ille locus, qui in editis conspurcatissimus est. *Vossius.*

Non caret populis hæc tota meridionalis Europæ pars, apud Scymnum Chium, cujus verba sunt *(a)*:

> .... Ἑξῆς δ', ὡς λόγος,
> Ταρτήσσιοι κατέχουσιν· εἶτ' Ἴβηρες οἱ
> Προσεχεῖς.

Juxta hæc, ut fertur, Tartessii tenent: deinde Iberes contermini.

10. Καὶ νῆσοι...., αἷς ὄνομα Γάδειρα] Hic jure offenditur Gronovius *(b)*, quod, quum ad ulteriora transiisset Scylax, et *Iberi* amnis meminisset, rursus ad *Gades* insulas reverteretur. Idcirco judicavit ille rem esse de *Balearibus* insulis, et rescribendum Βάλειρα. At primum hæc forma nusquam reperitur; vulgatæ lectioni propior erat forma Βαλεαρίαι, quæ reperitur apud Tzetzem *(c)*; usitatior vero Βαλεαρίδες *(d)*. Deinde cur eum a simili emendatione non deterruerunt sequentia verba, τούτων ἡ ἑτέρα πόλιν ἔχει ἀπέχουσαν ἡμέρας πλοῦν ἀπὸ Ἡρακλείων στηλῶν! Hæc saltem illi rejicienda erant, aut emendanda. Imo valde suspicor vulgatam lectionem non mutandam esse, sed hæc aut transposita fuisse, quæ Scylax posuisset post καὶ

(a) *Orb. descript.* v. 197-199.
(b) Infr. not. 12.
(c) *Ad Lycophr.* v. 633.
(d) Cf. Cellar. *Geogr. ant.* tom. I, p. 102, et Tzschuck. *ad Mel.* II, 7, 5. 20.

πλημμυρίδες καὶ πνάγη, aut potius margini adscripta fuisse a librario quodam ex Strabone, et non in convenientem locum irrepsisse. Ceterum hic locus cum Strabone omnino convenit. Sed hæ νῆσοι ἐνταῦθα ... δύο, non eædem sunt, quas Geographus innuit his verbis *(a)* : Πρὸς αὐταῖς δὲ (στήλαις) δύο νησίδια, ὧν θάτερον Ἥρας νῆσον ὀνομάζουσι, *ad ipsas autem Columnas duæ sunt parvæ insulæ, quarum alteram Junonis insulam adpellant.* Quarum una, ni fallor, eadem est, ac insula deserta Δεύναυτα, Scylaci sub finem Peripli memorata *(b)*. Sed nihil aliud sunt duæ insulæ hic nostræ, quam celeberrimæ *Gades,* de quibus Strabo sic *(c)* : ἔξω δὲ στηλῶν, τὰ Γάδειρα.... τῆς.... ἐκβολῆς τοῦ Βαίτιδος πλησίον, *extra Columnas sunt Gades, ostiis Bætis vicinæ.* Altera vero insula illa est, cujus meminit Geographus, τῆς προκειμένης *(d)* insulæ Gaditanorum, et quam vocat ἀντίπολιν urbi Gaditanorum. Scribit infra Strabo Gades insulam, a Pherecide dictam fuisse *Erythiam;* sed aliis ita dictam fuisse alteram quoque insulam, Gadibus obpositam (παραβεβλημένην) *(e)*. Sed utramque insulam Γάδειρα dicit noster, aut potius nescio quis interpolator. Distinxit contra Herodotus *Gades* insulam, ab *Erythia (f)*. Illud etiam meam conjecturam adserit, quod sub finem Peripli eadem manus rescripserit, Γάδειρα εἰσὶν νῆσοι αὗται πρὸς τῇ Εὐρώπῃ. τούτων ἡ ἑτέρα πόλιν ἔχει. Quæ sunt utrimque ejusdem sententiæ repetitio, sed sub finem libri cum adjectis hisce verbis πρὸς τῇ Εὐρώπῃ. Atqui duplex ista insula Gades, Europæ contigua, nos huc litoris externi tandem reducit, quo jam cogitabamus.

Imo, quæso, num meminisset noster ipse harum insularum, quum supra scripserit : ἀπὸ Ἡρακλείων στηλῶν.... ἐμπόρια πολλὰ Καρχηδονίων ! Nempe his verbis Scylax summatim de his externis Europæ litoribus agit; et contra, si plura dicere voluisset, aut potuisset, non haberemus breviter ἐμπόρια πολλὰ Καρχηδονίων, sed emporia ipsa uberius laudasset et descripsisset.

De duabus his insulis confer etiam Plinium *(g)*, et de situ ipso Tzschuckium *(h)*. Permulta intricata, interpolata, et confusa de iis locis circa Columnas, reperire est fere sub finem hujus peripli. *Cf. not. 754 et 756.*

(a) Strab. lib. III, pag. 168 (p. 256, C). Similia ille repetit paullo ulterius, p. 170 (pag. 258, C).

(b) §. 110, pag. 318.

(c) *Ibid.* pag. 168 (pag. 256, C).

(d) *Ibid.* pag. 169 (pag. 257, B).

(e) *Ibid.* (p. 257, D).

(f) Lib. IV, cap. 8.

(g) Lib. IV, cap. 22.

(h) *Not. exeg. in Melam.* III, 6, §. 8, pag. 180.

11. Ἀπέχουσαι ἡμέρας πλοῦν] Quæ civitas, in insula *Gadibus* sita, 750 stadiis a Calpe distat, apud Strabonem *(a)*. Sic tantum iter una die peractum, recentioris navigationis summa esse videtur. *Cf. not. supr.*

12. Εἶτα ἐμπόριον πόλιν Ἑλληνίδα, ᾗ ὄνομα Ἐμπόριον] Omnino scribendum est, εἶτα Ἐμπόριον πόλις Ἑλληνίς. Non enim in Gadibus Emporiæ. *Vossius.*

Hæc ita mutare cui libet potest, sed nec minus ridere cui libet. Nam sane videntur inter voces ἐμπόριον et πόλιν non pauca deesse, quibus Scylax ab Gadibus reversus ad internum mare progressus est ad πόλιν Ἑλληνίδα, ᾗ ὄνομα Ἐμπόριον. Et cui id non patet? Itaque separari eæ voces per notam intercedentis lacunæ oportuit, non mutari; aut si nec lacunam supponere placet, quod certe etiam necesse non est, videtur oratio recte procedere juncta cum præcedentibus. *Harum una urbem habet, quæ diei itinere ab Herculeis Columnis abest: deinde* habet *emporium, urbem græcam, cui nomen Emporium.* Nihil clarius. Nec vero de Gadibus hæc dicit Scylax, sed de insulis ex adverso fluvii Iberi positis, quæ sunt Baleares, quas veteri appellatione edidisse videtur ΒΑΛΕΙΡΑ, quod degeneravit in ΓΑΔΕΙΡΑ. *Vide* Bochartum. *Gronovius.*

A Vossii emendatione recedo, ideo quod accusandi casus non mendose irrepsisse videatur, et aliquid poscat quo regatur. Imo, quo referas sequentia εἰσὶ δὲ οὗτοι? non solet noster pluralem numerum de *civitate*, sed de *gente* solum usurpare, nec potest πόλις esse ἄποικοι. Porro lacunam subesse censeo, sed intra hæc verba ἀπὸ Ἡρακλείων στηλῶν, et sequentia εἶτα ἐμπόριον κ. τ. λ. Forsan meminerat noster *Tarraconis* urbis; de qua vide Strabonem *(b)*. De Gronovii conject. cf. not. 10.

13. Ἐμπόριον] Straboni et Polybio Ἐμπορεῖον dicitur, et Hispaniæ adscribitur. *Hudson.*

Habent *Emporias* Ptolemæus *(c)*, Plinius *(d)*, Liviusque *(e)*: idem Livius tamen habet et *Emporiam* *(f)*. Scribit Polybius distare *Emporium* ab Ibero flumine stadiis mille et sexcentis *(g)*; et Strabo *(h)* distare hanc eamdem a Pyrena stadiis quadringentis.

14. ζ' ἡμερῶν, καὶ ζ' νυκτῶν] Hoc idem intervallum ait Poly-

(a) Lib. III, pag. 168 (pag. 256, C).
(b) Lib. III, pag. 159 (pag. 240, B).
(c) Lib. II, cap. 6.
(d) Lib. III, cap. 3, pag. 142, Harduin.
(e) Lib. XIII, cap. 8.
(f) Lib. XXIX, cap. 25.
(g) Polyb. III, 39.
(h) Lib. III, p. 159, fin. (p. 241, init.).

bius esse stadiorum octies mille, *ὀκτακισχιλίους σταδίους (a)*. Sic unaquæque dies et nox, si Polybium cum Scylace contulerimus, 650 circiter stadia complectetur; nam dies et noctes navigationis idem valent in Scylace, quum de magnis intervallis supputatio fit *(b)*. Sin aliter, nihil certi et absoluti die nocteve itineris exprimitur *(c)*.

15. Μέχρι Ῥοδανοῦ] De Rhodano amne singularia hæc scribit Apollonii scholiastes *(d)*: Ῥοδανὸς, ποταμὸς τῆς Κελτικῆς, τῷ Ἠριδανῷ συμμιγνύμενος, καὶ σχιζόμενος, τῇ μὲν εἰς Ὠκεανὸν φέρεται· τῇ δὲ, εἰς τὸν Ἰόνιον κόλπον· τῇ δὲ, εἰς τὸ Σαρδόνιον πέλαγος. Videtur hic scholiastes tria flumina, *Rhodanum, Padum Rhenumque* confudisse.

16. Vulgo *παράπλους ἀπὸ Λίγυας Ἐμπορίου*] Mendosus locus. Scribendum arbitror, *παράπλους Λιγύων ἀπὸ Ἐμπορίου μέχρι Ῥοδανοῦ ποταμοῦ*, &c. *Vossius.*

17. Vulgo *μέχρι Ἀρνὶυ*] Vocabulum Ἄρνιον nullo pacto hic subsistere potest, quando nihil eo nomine in omni antiquitate reperitur, nisi quod oppidum fuit et colonia romana in litore latino..... Scribo igitur ubique *μέχρι Ἄρνου* et *ἀπὸ Ἄρνου*. *Cluverius (e)*.

Tempore Polybii quidem hucusque Ligures extenderant dominium suum. Sed dubito, an id pertineat ad ætatem Scylacis, qui utique infra agnoscit Etruscos etiamnum ultra Apenninum versus Adriaticum mare porrectos, quales eos Polybius non suo tempore, sed longe ante, agnovit. Itaque literæ ipsæ, prout Hœschelius edidit, quater offerunt non Ἄρνου, sed Ἀλπίου, sive ita vocaverit extremum maritimarum Alpium, sive ipsum Albium Intemelium. *Gronovius.*

(Cf. etiam Gronovii adnotat. ad Melam *(f)*.)

Gronovio sat pronus adsentior; eo potius, quod æqua fere, ut vult Scylax, navigatio inveni possit a Rhodano ad urbem Albium Intimelium, hodie *Vintimillam*, ac ab urbe Albio ad Latinorum regionem *(g)*. Quomodo contra totidem dies consumas ab Arno flumine ad Latinos, quot a Rhodano ad Arnum! Imo, ni falsa est Gronovii lectio, hic remotior quam vulgo Tyrrhenorum terminus, antiquitatis color erit.

18. *Ἄποικοι αὕται*] Hic locus quoque mutilus atque corruptus. Scylax oppida haud dubie commemoravit, quæ Marcianus

(a) Polyb. III, 39.
(b) Cf. §. 69, pag. 284.
(c) Conf. supr. not. 5.
(d) *Argonaut.* lib. IV, v. 627.
(e) In *Ital. antiq.* lib. I, cap. 8, p. 54, fin.
(f) Ap. Tzschuck. *Not. exeg. in Melam*, lib. II, cap. 4, §. 2, pag. 347.
(g) Cf. §. 4, pag. 237; et §. 5, pag. 238.

ac Strabo, Ταυρόεντιον, Ὀλβίαν, Ἀντίπολιν; de quibus postea ita subjunxit, ἄποικοι αὐταὶ Μασσαλίας εἰσίν. *Cluverius (a).*

19. Ἀπὸ Ἡρακλείων στηλ..... ἡ χώρα πᾶσα αὕτη εὐλίμενος...] Scribit tamen Strabo *(b)* : Καὶ ἡ σύμπασα δ' ἀπὸ στηλῶν, σπανίζεται λιμέσι μέχρι δεῦρο· ἐντεῦθεν δ' ἤδη τὰ ἑξῆς, εὐλίμενα. *Sane tota a Columnis ora hucusque* (ad Tarraconem) *raros habet portus : deinceps autem portus sunt plures* (usque ad Emporium). Hæc igitur, saltem ex parte, falsa.

20. Τυῤῥηνοί] Iidem ac *Tusci*, ut ait ipse Dionysius Halicarn. *(c)*. Qui quidem olim totius late litoris hujus domini. De Tyrrhenorum gente, multo ante trojanum excidium florente, adi Dionysium Halicarn. *(d)*, Diodorum *(e)* et Livium *(f)*. Cf. finem not. 17.

Ceterum, ne offendamur, quod Scylax tam breviter de ea gente dixerit : nempe ante Romanorum ibi imperium, parum cognita hæc litora fuere. Imo exprobrat Marcianus Heracleota Timostheni, recentiori geographo, nimium de iisdem regionibus silentium. Cujus verba sunt *(g)* : Ἀμελείᾳ τῆς μὲν Εὐρώπης τὸ Τυῤῥηνικὸν πέλαγος ἁπλῶς παρέπλευσεν, id est, *per incuriam, in Europa maris Tyrrhenici periplum non absolvit.* Sed defuit forsan viro discendi copia potius, quam diligentia scribendi. Pluribus etiam indigebat Scylax.

Infra, ante vocem παράπλους, supple Τυῤῥηνῶν δὲ, vel Τυῤῥηνίας δέ. Nusquam enim noster ita nude illud exprimit.

21. Κύρνος] Quæ insula Callimacho *(h)* cognominata est Φοινίκη, ob priscam ibi Phœnicum dominationem. Ad quem vide cll. Spanhem. et Ernesti. Quæ insula olim latronibus plena, teste Diogeniano *(i)*. Ceterum de hujus insulæ variis nominibus, de circuitu et longitudine, &c., consule Tzschuckium *(k)*.

22. Ἡμέρας καὶ ἡμίσεως.] Apud Strabonem *(l)* distat Corsica a Tyrrhenia sexcentis stadiis, quum trecenta stadia numerentur ab Italiæ litore ad insulam Æthaliam, et trecenta pariter ab Æthalia ad Corsicam. Ait et Diodorus *(m)* Corsicam ab Æthalia 300 stadiis remotam esse.

(a) In *Ital. antiq.* lib. I, cap. 8, p. 54.
(b) Lib. III, pag. 159 (pag. 240, fin.).
(c) *Antiq. rom.* lib. I, pag. 24, lin. 7, ed. Francof.
(d) *Antiq. rom.* lib. I, pag. 20, lin. 32, ed. Francof.; et lib. VI, pag. 399, lin. 13.
(e) Lib. V, cap. 40.
(f) Lib. V, cap. 33.
(g) Marcian. *Peripl.* pag. 64, Huds.
(h) Hymn. *ad Delum*, v. 19.
(i) *Proverb. Diogen.* centur. V, §. 35, cf. *Proverb. Vatican. biblioth. append.* cent. II, §. 19.
(k) *Ad Mel.* lib. II, cap. 7, §. 19, *Not. exeg.* pag. 878.
(l) Lib. V, p. 223 (pag. 341, fin.).
(m) Lib. V, cap. 13.

23. Ἡμέρας τρίτον μέρος.] Hoc intervallum Strabo *(a)* tradit esse 60 stadiorum. Apud Plinium *(b)* respondet fere 72 stadiis.

24. Καὶ νῆσος...... ἐν τῷ μεταξύ.]. non meminit Strabo hujus insulæ. Illa forsan una est ex iis hodie dictis *de la Magdelène*. Cf. Plin. III, 6.

25. Πλοῦς ἡμέρας καὶ νυκτός.] Ait Chorographus apud Strabonem *(c)* hoc διάρμα esse CCC millia passuum, quæ 2400 stadiis respondent. Sed ibi notat Casaubonus apud Plinium 200 millia passuum tantummodo exprimi, quæ 1600 stadiis respondent. Hæc sola mensura cum Scylace concinit. Nam poterant vel tunc temporis 800 stadia intra diem peragi. Emendandus procul dubio Geographus.

26. Μέχρι τοῦ Κιρκαίου.] Sic distinguit Strabo veteres recentioresque Latii terminos: Νυνὶ μὲν οὖν ἡ παραλία μέχρι πόλεως Σινουέσσης ἀπὸ τῶν Ὠστίων Λατίνη καλεῖται· πρότερον δὲ μέχρι τοῦ Κιρκαίου μόνον ἐσχήκει τὴν ἐπίδοσιν *(d)*. *Nunc quidem ora maritima ab Ostiis Sinuessam usque, Latium adpellatur: prius autem vix ad Circæum patebat.* Idem ait Plinius *(e)*.

27. Ἐλπήνορος μνῆμα.] Elpenoris meminit Pausanias *(f)*.

28. Ὄλσοι.] Lege Ὀλσκοί, ut monuit Cluverius *(g)*, ut et mox Ὀλσκοί et Ὀλσκῶν. *Hudson.*

Scilicet Ὄλσοι non potuerunt ab Scylace pronuntiari, qui ab Latinis *Volsci*, quum *marceo* Latini potuerint enuntiare Græcum μαραίνω, et *erit* iidem modo dixerint *escit*, modo *esit*. *Gronovius.*

Illud notandum, quod hic Volscorum regio tantum pateat, quantum Campania, *unius diei navigatione.* Nempe scribit Strabo *(h)* Volscos quondam Campaniæ partem tenuisse, καὶ τούτοις δὲ μετὰ τὴν τῆς Καμπανίας.

29. Θουρίας] Scribit noster Θουρία. Diodorus *(i)* Ptolemæusque *(k)* Θουρίαν; Strabo *(l)* Stephanusque Θούριοι; Livius *(m)* *Thuriæ*. De qua urbe condita consule Strabonem *(n)*, et confer præfationem nostram in Scylacem *(o)*.

30. Ἡ δὲ Λευκανία ἐστὶν ἀκτή.] Hæc verba, quia non intelligeret, delebat Cluverius. Nobis certum est, ἀκτὴν hic significare peninsulam, sive terram, quæ utrimque mari alluitur,

(a) Lib. v, pag. 223 (pag. 341, fin.).
(b) Lib. III, cap. 6, fin.
(c) Lib. v, pag. 225 (pag. 344, fin.).
(d) Strab. lib. v, pag. 231 (pag. 353, B).
(e) Lib. III, cap. 5.
(f) Lib. x, cap. 29.
(g) In *Ital. antiq.* lib. III, cap. 7, p. 986.
(h) Lib. v, p. 233, init. (p. 355, fin.).
(i) Lib. XII, cap. 90.
(k) Lib. VII, cap. 1.
(l) Lib. VI, p. 263 (pag. 404, B.)
(m) Lib. x, cap. 2.
(n) Loc. cit.
(o) S. 30, pag. 224.

ut est Lucania, atque Attica; quam ἀκτήν dictam primo, apud Stephanum Apollodorus docet, διὰ τὸ πολὺ μέρος αὐτῆς καθήκειν εἰς θάλασσαν. Τριγώνου γὰρ οὔσης αἱ συννεύουσαι ἀπὸ τὸ Σούνιον ἑκατέρωθεν δύο πλευραὶ παράλιοι τυγχάνουσι. Attica igitur, quoniam erat ἀκτή, sive peninsula, *Attica* appellata est. Sic ἀκτῆς vocem Scylax sæpe usurpat. Infra, ubi Hermæum promontorium describit, inquit, ἐστὶ δὲ ἀκτὴ, δι' ἧς ἰσθμός ἐστι. Nullus enim esset verborum horum sensus, ni hic ἀκτή pro peninsula sumatur. Herodotus quoque (IV, 38. *Cf. ib. Wessel.*) binas Asiæ peninsulas ἀκτάς appellat, quamvis totus ille locus pessime habitus sit ab interpretibus. Unius peninsulæ bina crura sunt hæc. Unum est, quod a Phaside usque Sigeum excurrit: alterum, quod a Sigeo, sive Mariandynum sinu, Phœnicen usque protenditur; eaque est Asia minor. Hoc enim pacto Herodoti verba emendanda: ἡ αὐτὴ αὕτη ἀκτὴ ἀπὸ τοῦ Μαριανδυνῶν κόλπου, μέχρι τοῦ πρὸς Φοινίκην κειμένου, τείνει τὰ ἐς θάλασσαν μέχρι Τριοπίου ἄκρης. Ineptum est, quod vulgo legitur. Alteram peninsulam faciunt sinus Persicus, et Arabicus, nimirum Arabiam. Paullo post Libyam similiter ἀκτήν appellat, quod sit περίρρυτος, præterquam ubi Asiæ jungitur. Libya igitur est ἀκτὴ, δι' ἧς ἰσθμός ἐστι. Scylax (§. 111, p. 324): λέγουσι δέ τινες τούτους τοὺς Αἰθίοπας παρήκειν συνεχῶς οἰκοῦντας ἐντεῦθεν εἰς Αἴγυπτον, καὶ εἶναι ταύτην θάλατταν συνεχῆ, ἀκτὴν δὲ εἶναι τὴν Λιβύην. Hesychius: ἀκτὴ ἐπὶ προύχουσῃ ὂν τῷ ἐξέχοντι μέρει τοῦ αἰγιαλοῦ. Inde patet, non peninsulas tantum, sed etiam quævis promontoria ita appellari. Sane Apollonius Rhodius Acherusium promontorium ἀκτήν appellat. Item Nicandri est apud Stephanum: Καναστραίης πάρος ἀκτῆς. Et Hesychii: Κωλιάς, ἀκτὴ εἰς θάλασσαν ἐξέχουσα, καὶ ἴσως διὰ τῷ κώλῳ ἐμφερὴς εἶναι. Et sexcenta hujusmodi. At apud Dicæarchum ἀκτή aliud est. Pro *amœniis* namque utitur hoc vocabulo. Versus sunt Posidippi de Platæis:

> Ναοὶ δύο εἰσὶ, καὶ στοὰ, καὶ τοὔνομα,
> Καὶ τὸ βαλανεῖον, καὶ τὸ Σαράμβου κλέος.
> Τὸ πολὺ μὲν ἀκτὴ, τοῖς δ' Ἐλευθερίοις πόλις.

Vulgo postremus ille versiculus pessime sic legitur,

> Τὸ πολὺ μὲν ἀκτὴ, τοῖς δὲ ἐλευθέροις πόλις.

Quorum verborum sensus est nullus. Ἀκτήν hic accipe pro *amœniis.* Glossæ ἀκταί, *amœnia.* Sensus vero horum verborum est, urbem non esse, quod vacua, et incolis destituta sit, maximaque parte ex amœniis constet. Ubi vero Eleutheria

celebrantur, quia magnus tum hominum ibi fit concursus, fieri urbem. Eleutheria namque quoque quinquennio Platæis agitabantur, ut a veterum plurimis traditum est. Sed vocem ἀκτῆς potius hic accipe pro secreto et abdito loco, ut explicat cl. Salmasius. Non enim putat latinum esse *amœnia*, de locis sine mœnibus; neque Græcos unquam hoc sensu usos eo verbo. Vel pro *amænia* in illis glossis scribendum *amœna*: vel certe, hoc *amæne* et *amænum*, dixisse veteres, ut *hilare* et *hilarum*, *acre* et *acrum*. Sed amœna, vel amœnia, Græcis ἀκτάς vocari, secretorum littorum recessus, in quibus ἀπόψει maris fruebantur, ac epulabantur ut plurimum voluptarii homines : quod ἀκτάζειν dicebant ; unde proverbium σήμερον ἀκτάζομεν, *cras in littore epulabimus, et genio indulgebimus.* Cujus meminit Plutarchus. *Actas* Latinos vocasse has littorum amœnitates, Servius annotavit ad Æneid. V. ad hunc versum : *At procul in sola secreta Troades acta.* Idem confirmat glossarium : *Acta littora amæna.* Hinc *actare*, consistere in littore, ἀκτάζειν. Neque hoc tantum capitur de littoralibus locis, sed etiam aliis, quamvis sint mediterranei. Locupletissimus est testis Hesychius : Οἶδε δὲ καὶ ἄλλο τι ἡ συνήθεια, καλούμενον ἀκτὴν, ἀπὸ τοῦ συμβαίνοντος, οἶμαι, τοῖς πλοιζομένοις λαβοῦσα. ἐκεῖνοί τε γὰρ ἐς τοὺς τοιούτους τῶν τόπων ἀποβάντες ἑστιῶνται· αὕτη τε τοὺς ἐπ' εὐωχίαις ἀφωρισμένους τόπους ἀκτὰς καλεῖ, κἂν τύχωσι μὴ παραθαλάσσιοι ὄντες. Ita lege. Sic itaque capienda est vox ἀκτή apud Dicæarchum. Nam Platææ urbs in mediterraneis est. Latini *littora* vocant locos solitarios et desertos. Cicero de Quincto fratre : *Non homo, sed littus, atque aër, et solitudo mera.* Ita quoque intelligendus locus ille Petronii : *Nec diu tamen lachrymis indulsi; sed veritus, ne Menelaüs etiam antescholanus inter cætera mala solum me in diversorio inveniret; collegi sarcinulas, locumque secretum, et proximum littori, mæstus conduxi.* Nihil certius. *Vossius.*

31. Vulgo ἐν ταύτῃ πόλεις εἰσὶν ἑλληνίδες αἵδε, Ποσειδῶ, ἴαι] Sic hunc locum restituit Cluverius *(a)* : Ἐν αὐτῇ πόλεις εἰσὶν ἑλληνίδες αἵδε· Ποσειδωνία, καὶ Ἔλεα Φωκέων ἀποικία, Πάνδοσια Πλατιέων, Τερίνα, Ἱππώνιον, Μέδμα, &c. *Vossius.*

32. Πόλεις εἰσὶν ἑλληνίδες] De coloniis ibi græcis, et de urbibus a Diomede conditis, consule *Mazochi (b)* et doctiss. *Raoul-Rochette (c).* Cf. etiam Dionysium Halicarn. *(d)*, et

(a) *Ital. antiq.* lib. IV, cap. 14, p. 1252.
(b) In *Tabul. Heracleens.* diatrib. 1, c. 1, sqq.
(c) *Histoire de l'établissement des colonies grecques*, vol. II, pag. 306 sqq.
(d) *Antiq. rom.* lib. I, pass.

Procopium *(a)*, qui, postquam tum plurimas Italiæ meridionalis gentes, tum *Calabros*, *Apulios*, *Leucanios*, *Campanosque* laudavit, hæc adjicit : αὕτη τέ ἐστιν ἡ μεγάλη Ἑλλὰς καλουμένη τὰ πρότερα. Adi quoque Ptolemæum *(b)*, Scymnum *(c)*, et Timæum in proverb. e Suida collectis *(d)*.

33. Vulgo Ποσειδῶ ἴαι] Recte Cluverius legit Ποσειδωνία. Quæ civitas Strabonis ætate Παῖστος dicebatur *(e)* ; at priscum nomen habuit *Phistulim*, ut ex nummo quodam deprehenditur *(f)*. Posidoniam ceu regiunculam Scymnus *(g)* Ποσειδωνιάδα adpellat.

34. Καὶ Ἐλαὰ Θουρίων ἀποικία] Cluverius rescribit Ἔλεα. Hanc autem urbem, quam conditam fuisse a Thuriis Scylax adserere videtur, a Phocæensibus vere condita est, ut diserte Herodoto *(h)* Straboniquе *(i)* declaratur. Tentavit gallicus Strabonis interpres doctiss. *de la Porte du Theil* *(k)* utrumque auctorem conciliare. Sed id adsequi non potuit, quin obscuritatem et lacunam Strabonis verbis exprobraret : nihil vero tale in Strabonis loco reperitur. Sic discrepant prorsus inter se Scylax et Strabo, si cum Cluverio Ἔλεα legeris. Imo adjicit Herodotus *(l)* hanc Eleam seu *Hyelem* urbem, se vivente, adhuc prisco nomine Ὑέλην vocari. De quo cf. Mazochi, *Heracll. Tabb.* pag. 102. Quum non impar sit Scylacis ipsius antiquitas, non potuisset urbs ista aliter quam Ὑέλη, apud Scylacem adpellari ; illud autem a vulgata lectione magis recedit. Ego vero pro Ἐλαὰ rescriberem Λάος. De qua urbe Strabo *(m)* sic : Μετὰ δὲ Πυξοῦντα, Λάος κόλπος, καὶ ποταμὸς Λάος, καὶ πόλις. . . . ἄποικος Συβαριτῶν. Minime series locorum his perturbatur; imo ad eamdem originem urbs apud Scylacem Strabonemque sic refertur. Cf. not. 59.

35. Πανδοσία] De situ hujus urbis multum discrepant inter se recentiores *(n)*; videntur etiam nonnihil differre Scylax et Strabo. Strabo enim *(o)* a septentrione meridiem versus litora præternavigando, post Laum urbem, tum plures alias, tum

(a) *Gothic.* lib. I, pag. 190, lin. 3, Aug. Vind. 1607 (pag. 350, D, Lutet. 1662).
(b) Lib. I, cap. 3.
(c) *Orb. descript.* v. 302 et 303.
(d) Cent. IX, §. 7.
(e) Strab. lib. V, pag. 251 (p. 384, C).
(f) Conf. Gossellini not. in *Histoire des colonies grecques*, par Raoul-Rochette ; t. IV, p. 417.— Conf. etiam *deux Lettres à Milord comte d'Aberdeen*, par Raoul-Rochette, pag. 57, 58, *in*-4.° ; Paris, 1819.
(g) *Perieg.* v. 244.
(h) Lib. I, cap. 167.
(i) Lib. VI, pag. 252 (p. 388, A).
(k) Ad loc. Strab. cit. tom. II, pag. 287, traduction française.
(l) Loc. cit.
(m) Lib. VI, pag. 253, init. (p. 388, B).
(n) Vid. *de la Porte du Theil*, not. ad Strab. traduct. franç. tom. II, p. 303.
(o) Lib. VI, pag. 255.

Terinam collocat, antequam ad Pandosiam deveniat. Scylax contra Pandosiam proximam Lao ponit, et Terinæ anteriorem. Scilicet hæc facile componi possunt. Strabo enim Pandosiam ut fere mediterraneam effingit, et extra litoralem locorum seriem ponit. Ceterum situm Pandosiæ facile habueris, si Scylacem Straboni comparaveris; quorum prior Pandosiam Lao urbi, posterior fluvio Acheronti proximam exprimit.

36. Πλαταιεῖς] Rescribe Πανδοσία Πλαταιέων. *Cluverius.*

Credimus, an risit Cluverius, dum coloniam fingit, quam nullam prorsus fuisse non potuit ignorare; etiam ipse qui Cluverium citandum judicavit, Vossius. Platæenses ex media Bœotia coloniam duxerunt in Italiæ Lucaniam! Ordo, quo in enumerando utitur Scylax, literæ, prout edidit Hœschelius, clamant auctorem scripsisse Πανδοσία, Κλαμπετία. *Gronovius.* (Quid conjiciat Mazochi, vide in *Addendis.*)

37. Τερίνα] Habent Τέρεινα, Lycophron *(a)*, ejusque ibid. scholiastes. Sed optanda forma antiquior Τερίνα, quæ, tacente Herodoto de hac urbe, reperitur saltem in thucydideo τῷ Τεριναῖον κόλπον *(b)*, et apud Scymnum *(c)*. De *Terinæ* vocis etym. cf. Mazochi, loc. cit. pag. 42, not. 70.

38. Vulgo Μέσα] Legit Cluverius l. c. p. 1252, Μέδμα. Aliter rescribit cl. Wassius *(d)*, et ex Strabone *(e)* legendum proponit Τεμέσα, quod vulgatæ lectioni propius est. Sed cum Cluverio Μέδμα, vel potius ex eodem Strabone *(f)* Μέδαμα, legere persevero. Nam series locorum aperte a Wassio incauto deletur, quum Temesa vel Tempsa ad septentrionem sit Terinæ et Hipponii, et quærendus contra sit hic noster locus ad meridiem Hipponii, et proxime Rhegium. Hæc autem componit urbs Medama, quam Strabo collocat Hipponium inter et Metaurum amnem.

39. Σικελία] Olim Τρινακρία dicta *(g)*. Adpellata quoque Θρινακία Homero *(h)* et Apollonio *(i)*, Τρινακίη Dionysio *(k)*. Quæ insula Homeri mundo terminus fuit occidentalis. De variis mundi limitibus apud veteres cf. cl. Wyttenbachium ad *Phædon.* *(l)*. De Sicilia adi Cluverium, Cellarium *(m)*,

(a) *Alexandr.* v. 726 et 1008.
(b) Lib. VI, cap. 104.
(c) *Perieg.* v. 305.
(d) Ad Thucyd. lib. V, cap. 5, tom. I, pag. 698, ed. Bauer.
(e) Lib. VI, pag. 255.
(f) *Ibid.* pag. 256.
(g) Strab. lib. VI, p. 265, fin. — Dionys. Halicarn. *Antiq. rom.* lib. I, p. 17, lin. 42. — Scymn. Ch. *Orb. descr.* v. 267.
(h) *Odyss.* XI, v. 106.
(i) *Argon.* lib. IV, v. 965 et 994.
(k) *Perieg.* v. 467.
(l) Pag. 299.
(m) *Geograph. antiq.* tom. I, pag. 620 et 621.

Casauboni adnot. in Strab. *(a)*, et Tzschuckium in Melam *(b)*. Plinius hanc insulam et *Triquetram* adpellat *(c)*. Fuit quoque oppidum Siciliæ *Trinacia* dictum, teste Diodoro *(d)*.

40. Ἀπὸ τῆς Εὐρώπης] Insulæ non pro parte Europæ censentur a pluribus geographis, sed adjacere dicuntur. Sic et infra Scylax de Creta (§. 48, pag. 264.) : ἐγγυτάτω γὰρ Λακεδαίμων κεῖται τῆς Εὐρώπης. *Vossius.*

Sic sub finem Peripli *(e)* scribit etiam noster : Ἀπὸ Ῥόδου εἰς τὴν Ἀσίαν στάδια ρ'. Interdum quoque insulæ partibus quibusdam continentis apud alios addictæ sunt. Cujus rei exemplum Vossius ipse alibi laudavit *(f)*, e Stephano : Κάρνος, νῆσος Ἀκαρνανίας. Imo de Lemno insula scribit Æschyli scholiastes *(g)* : Λῆμνος Θράκης ἐστί. Laudandus hic Strabonis locus, quem mendosum adnotatores contendunt. Vulgata lectio hæc est *(h)* : Ἐπεὶ δὲ πρῶτον περὶ τῆς Πελοποννήσου, τῶν τε ἄλλων νήσων διήλθομεν, τῶν ἐν τῷ Κορινθιακῷ κόλπῳ καὶ τῶν πρὸ αὐτοῦ, περὶ Κρήτης ἐφεξῆς ῥητέον· καὶ γὰρ αὐτῆς τῆς Πελοποννήσου ἐστί...... Rescribit Casaubonus καὶ γὰρ πρὸ αὐτῆς Πελοποννήσου ἐστί. Vertit cl. *Coray (i), comme attenant au Péloponnèse;* sed in sua Strabonis editione *(k)* sic emendat : Καὶ γὰρ αὐτὴ πρὸ τῆς Πελοποννήσου ἐστί. Sed ego in vulgata lectione acquiescam : *nam ipsius Peloponnesi Creta est*, id est, quasi ad Peloponnesum pertinet. Quæ interpretandi ratio doctiss. *Corayo* eo minus displicere debuisset, quod ipse supra ingeniose emendaverit περὶ τῶν τῆς Πελοποννήσου νήσων τῶν τε ἄλλων, pro περὶ τῆς Πελοποννήσου, τῶν τε κ. τ. λ. : quæ ipsissima est dicendi forma.

41. Στάδια ιϛ'] Totidem numerat Plinius *(l)*. Scribit Agathemerus distare Pelorum promontorium ab Italia undecim tantum stadiis *(m)* : imo *septem* stadiorum esse hunc πορθμόν ait Apollonii scholiastes *(n)*. Conf. Tzschuckium ad Melam *(o)*. Fors. interpolata ἐς Πελωρ. ἀπὸ Ῥηγίου. Notandum ἐς, hic semel in toto Periplo dictum.

42. Βάρβαροι πόλεις] Athenienses, ait Thucydides *(p)*, adgrediuntur Siciliæ expeditionem, ἄπειροι οἱ πολλοὶ ὄντες τοῦ

(a) Ad lib. VI, pag. 407, not. 1 et 2, ed. Amstel.

(b) Not. exeget. in lib. II, cap. 7, §. 14, pag. 838, sqq.

(c) Lib. III, cap. 8.

(d) Lib. XII, p. 89, tom. II, ed. 1604.

(e) §. 112, pag. 326.

(f) Infr. not. 165.

(g) In *Pers.* v. 887, ed. Schütz.

(h) Strab. lib. X, pag. 474 (pag. 727, A).

(i) Traduction française de Strabon, t. IV, part. I, pag. 114.

(k) Lib. X, cap. 4, §. 1, t. II, p. 274 et 275.

(l) Lib. III, cap. 5.

(m) Lib. I, cap. 5, pag. 14, Huds.

(n) Ad lib. IV, v. 825.

(o) Not. exeget. ad lib. II, cap. 7, §. 14, pag. 841 et 842.

(p) Lib. VI, cap. 1.

μεγέθους τῆς νήσου καὶ τῶν ἐνοικούντων τοῦ πλήθους καὶ Ἑλλήνων καὶ Βαρβάρων.

43. Vulgo Ἐδῦνοι, Σικανοί] Recte hic pro Θοίνικες Hœschelius legit Φοίνικες. Sed et Ἐδῦνοι mutandum est in Ἔλυμοι. *Vossius.*

De Elymorum in Siciliam adventu post trojanum excidium, confer Dionysium Halicarn. *(a)*.

44. Σικανοὶ, Σικελοί] Pariter distinguit Thucydides *(b) Sicanos* et *Siculos*. De quo cf. Cellarium *(c)* et Tzschuckium *(d)*. Imo distinguit Eustathius (ad *Il.* p. 1896, Rom. 1550.) *Siceliotas* et *Siculos* : Διαφορὰ Σικελιωτῶν καὶ Σικελῶν, τὸ τοὺς μὲν ἕλληνας, τοὺς δὲ βαρβάρους εἶναι. Cf. Mazochi, l. c. p. 15, not. 16.

45. Φοίνικες] Sic Thucydides : Ὤκουν δὲ καὶ Φοίνικες περὶ πᾶσαν τὴν Σικελίαν. *Habitabant quoque Phœnices per totam Siciliam (e).* Cf. Scymnum *(f)*.

46. Τρῶες] Ibi addam Thucydidis hæc verba : Ἰλίου δὲ ἁλισκομένου, τῶν Τρώων τινὲς, διαφυγόντες Ἀχαιοὺς, πλοίοις ἀφικνοῦνται πρὸς τὴν Σικελίαν, καὶ ὅμοροι τοῖς Σικανοῖς οἰκήσαντες, ξύμπαντες μὲν Ἔλυμοι ἐκλήθησαν *(g)*. *Ilio autem capto, quidam Trojani, qui Achæos effugerant, navibus ad Siciliam adpulerunt; sedibusque positis in Sicanorum finibus, omnes omnino vocati sunt Elymi.*

47. Vulgo κατὰ τὴν Ῥίαν] Forsan ῥίον. *Hœschelius.*

Legit Cluverius κατὰ Τηρίαν. *Vossius.*

Hunc fluvium eumdem Τηρίαν adpellat Thucydides *(h)*, et ulterius *(i)* Τηρέαν, aut Τηρέα ex codd. nonnullis. Hujus fluvii, urbem Leontinorum præterlabentis, duplex videtur pro diversis temporibus nomen fuisse. Meminere veterrimi scriptores, ut Scylax Thucydidesque, *Teriæ* amnis; at Polybius Teriam minime laudat, sed *Lissum* amnem ait præterlabi Leontinorum civitatem. Cujus verba sunt *(k)* : Ὑπὸ δὲ τὴν (πόλιν)..... παραρρεῖ ποταμὸς, ὃν καλοῦσι Λίσσον. Voluerat Cellarius *(l)* Lissi amnis undas in Teriam delabi, antequam in mare exirent; sed melius, meo judicio, conjecit vir doctiss. Tzschuckius *(m)*, idem esse Teriam flumen ac Lissum. De quo nullam lucem adferunt veteres scriptores, quod sciam.

(a) *Antiquitat. roman.* lib. 1, pag. 42, lin. 39.
(b) Lib. VI, cap. 2.
(c) *Geogr. antiq.* lib. II, cap. 12, t. I, pag. 621, ed. 1703.
(d) Not. exeget. *ad Mel.* lib. II, cap. 7, §. 14, pag. 838.
(e) Thucyd. loc. cit.
(f) *Perieg.* v. 298.
(g) Thucyd. lib. VI, cap. 2.
(h) Lib. VI, cap. 50.
(i) Lib. VI, cap. 94.
(k) Lib. VII, §. 6, sub fin.
(l) *Geograph. antiq.* tom. I, pag. 626.
(m) *Ad Melam*, lib. II, c. 7, §. 16, not. exeg. pag. 858.

48. κ' σταδίων] Legit Cluverius μ' σταδίων. *Vossius.*

49. Σύμαιθος ποταμός.] Sic apud nostrum amnis Simæthus collocatur ad meridiem Leontinorum urbis, dum solent omnes hunc ipsum fluvium ad septentrionem ejusdem urbis atque fluminis Teriæ ponere. Ita Cluverius Cellariusque seriem locorum constituerunt, sat Plinio auctore freti, qui a septentrione meridiem versus iter secutus, *Catanam* nominat, et proxime flumina *Simæthum Teriamque*, et mox oppida *Leontinos, Megaridem, Syracusasque (a)*. Equidem igitur valde suspicatus erim hæc verba Σύμαιθος ποταμός aliena manu in margine adjecta fuisse, et ita posita, ut voci Κατάνη proxima forent, quod series rerum poscit : sed postea in textum cum perturbatione inserta. Imo animadvertere quivis poterit perpaucos Siciliæ fluvios apud Scylacem numerari, imo nullos præter Teriam et Simæthum. Hanc paucitatem adimplere quispiam voluit; sed minime a Scylace ipso proficisci τὸ Σύμαιθος censeo.

50. Καὶ λιμὴν Ξιφώνειος] Non portum, sed promontorium Strabo *(b)* ibidem describit; Stephanus civitatem Ξιφωνίαν. Series autem rerum in Scylace hunc Xiphonium portum ultra Megaram meridiem versus collocat, quod tabulis geographicis repugnat. Xiphoniæ situm non satis aperte exprimit Strabo; sed quum promontorium esse Strabo dixerit, et reperiatur in tabulis optimis promontorium quoddam paullo supra *Megaridem* urbem, collocandus mihi videtur Ξιφώνειος λιμὴν ad septentrionem Megaridis. Inde consequitur aut perturbationem textus hic esse, aut τὰ καὶ λιμὴν Ξιφώνειος fuisse inserta.

51. Vulgo Ἐχομένη δὲ πόλις Μεγαρεὺς ἐστὶ] Sic emendat hunc locum Cluverius *(c)* : Ἐχομένη δὲ Μεγαρίδος πόλις ἐστὶ Συρακοῦσαι. *Vossius.*

Hoc posterius, quod Cluverius tentat, et refert Vossius, non est emendare, sed torquere. Tu scribe πόλις μεγάλη ἐστὶ Συρακοῦσαι. *Gronovius.*

At non cogitavit Gronovius nusquam in Scylace *(d)* verbum ἔχεσθαι absolute usurpari, sed ubique genitivum pone habere. Cf. pag. 250, οἱ Ἐγχελεῖς, ἐχόμενοι τοῦ Ῥιζοῦντος; et formam crebro repetitam ἔχονται cum genitivo, in Peripli initio, pag. 237, 239, 240. Cluverium igitur libentius sequor.

(a) Plin. lib. III, cap. 8, med.
(b) Lib. VI, pag. 267 (pag. 410, A).
(c) *Sicil. antiq.* pag. 125 - 127.
(d) Nisi in §. 106, fors. mendosc.

52. Τούτων ὁ ἐτ. αὐτῆς τείχους, ὁ δ' ἄλλος ἔξω] *Parvus* scilicet *portus* intra Ortygiam insulam et Achradinam; idem ille *Laccius* quoque dictus *(a)* : *magnus*que *portus*, μέγας λιμὴν *(b)*. De magno portu sic doctiss. *Letronnius : Ce port s'avance dans les terres sous la forme d'un petit golfe, dont l'embouchure, large seulement de 8 stades (c), ou de 500 pas selon Fazelli (d), est resserrée d'un côté par l'île d'Ortygie, de l'autre par le cap Plemmyrium. C'est ce qui faisoit dire à Cicéron :* Non enim portu illud oppidum clauditur, sed urbe portus ipse cingitur et concluditur, ut non alluantur a mari mœnia extrema, sed influat in urbis sinum portus *(e) ; et à Scylax, que Syracuse avoit deux ports, l'un en-dedans, l'autre en-dehors des murs (f).*

53. Ἔστι δὲ ἡ Σικελία τρ.] Nullus dubito quin totus hic locus usque ad καὶ πόλις ἐλ. Μύλαι, mera interpolatio sit. Nam alicqui Scylax posuisset hoc περίμετρον Siciliæ, vel initio vel fine describendarum urbium; nec vero perturbasset seriem rerum, dum nihil id posceret. Omisit, ni fallor, Scylax hanc mensuram insulæ circularem præbere; et margini librarius quidam ea adposuit, quæ ex aliis geographis collegerat.

54. Vulgo Τὸ δὲ καλὸν ἕκαστον αὐτῆς ἐστὶ μάλιστα στάδια μφ'] Sic emendavit hunc locum cl. Salmasius, τὸ δὲ κῶλον ἕκαστον αὐτῆς ἐστὶ μάλιστα στάδια βφ'. *Vossius.*

Lateri cuique Siciliæ 2500 stadia tribuit Salmasius, et sic totius insulæ circuitus 7500 stadia amplectitur. Siciliæ contra circuitum 587 M passuum, id est, 4696 stadiorum *(g)*; esse ait chorographus apud Strabonem *(h)* ; Plinius *(i)* 618 M passuum, id est, 4944 stadiorum; Posidonius *(k)*, 4400 stadiorum; Timosthenes apud Agathemerum *(l)*, 4740 stadiorum. Atqui si pro μφ' apud Scylacem legerimus αφ', habebimus 1500 stadia pro latere quoque insulæ, et 4500 pro circuitus summa, quod geographorum supputationibus propius est, imo vulgatæ scripturæ : nam A et M facilius confunduntur, quam B et M, in manuscripto quadratis literis exarato (quod

(a) Diod. Sicul. XIV, 7, tom. I, pag. 644.
(b) Thucyd. VII, 59. — Theodos. Monach. *de Expugn. Syracus.* ad calcem *Leonis Diac.* ed. Hase; Paris, 1819, f.° pag. 182.
(c) Thucyd. loc. cit.
(d) Dec. I, lib. IV, cap. 1, pag. 93, B.
(e) Cic. *Verr.* V, 37.
(f) *Essai critiq. sur la topograph. de Syrac.* 2.° part. cap. II, pag. 65; Paris, 1812.
(g) Nam romanos apud scriptores octo stadiis respondent mille passus. Conf. Plinium ipsum, lib. II, cap. 23.
(h) Lib. VI, pag. 266 (pag. 408, edit. Amstel.).
(i) Lib. III, cap. 8.
(k) Ap. Strab. loc. cit.
(l) Lib. I, cap. 5, pag. 13, Huds.

jam conjecit ingeniose Holstenius *(a)*). Sin aliter, facillime β et μ confundi possunt, ut plures viderunt *(b)*.

55. Κατὰ πέραν πόλιν] Puto legendum καθ' Ἱμέραν. *Vossius.* At non in conspectu Himeræ sita est insula Lipara, sed Mylarum. Rescribe potius κατὰ περάτην πόλιν, *circa ultimam insulæ urbem:* namque hic circuitus Siciliæ terminatur. Ceterum, ut supra dixi, hæc librario cuidam, nec vero Scylaci, tribuerim.

56. Καὶ πόλις ἑλληνὶς Μύλαι] Hæc male sequuntur præcedentia; et contra sponte procedunt post πόλις ἐστὶν ἑλληνὶς Ἱμέρα, si semel de interpolatione hic dignoscenda mecum non dubitaveris. Mylas chersonnesum esse ait Apollonii scholiastes *(c)*: ... Μύλας δὲ, χερρόνησον Σικελίας, ἐν ᾗ αἱ τοῦ ἡλίου βόες ἐνέμοντο. Theophrastus (*Hist. plant.* VIII, 3) Mylas ceu Messanæ urbi subditas habet: Λέγεται δὲ καὶ ἐν Σικελίᾳ, τῆς Μεσσηνίας ἐν ταῖς καλουμέναις Μύλαις....

57. Λακίνιον ἱερόν] Aut retrocedentem hic Scylacem agnoscamus oportet, aut Κρότων pro regiuncula simul ac urbe Crotone habeatur. Si de territorio agatur, nihil mirum, quod Lacinium promontorium in eo includatur. Strabo *(d)* enim hæc primum scribit: Μετὰ δὲ τὸ Σκυλλήτιον ἡ Κροτωνιάτις χώρα, καὶ τῶν Ἰαπύγων ἄκραι τρεῖς· μετὰ δὲ ταῦτα τὸ Λακίνιον, Ἥρας ἱερόν. *Scylletio Crotoniatarum regio succedit, et tria Iapygum promontoria; inde Lacinium Junonis templum.* Sed infra *(e)*: Πρώτη δ' ἐστὶ Κρότων ἐν ἑκατὸν καὶ ν' σταδίοις ἀπὸ τοῦ Λακινίου, (a meridie septentrionem versus) *Prima est Croton, 150 stadiis post Lacinium.* Ceterum prædicat Aristoteles *(f)* Laciniæ Junonis panegyrim, εἰς ἣν συμπορεύονται πάντες Ἰταλιῶται, *ad quam tota confluere solet Italia.* Cujus celebritatem commemorant Strabo *(g)*, Diodorus *(h)* Liviusque *(i)*. Cf. Cluver. *Ital. ant.* pag. 1310. Lacinium, Crotonis urbis *mons* vocatur a Stephano et Suida; *promontorium* dicitur Melæ *(k)*.

58. Καὶ νῆσος Καλυψώ] Forsan Καλυψοῦς. *Vossius.* Cujus insulæ meminit etiam Procopius *(l)*, quam ibidem ex fama collocat, sed non reperiri sibi posse fatetur.

(a) Epistol. ad Peirciscium insert. in *Plan d'un atlas historique*, par M. de Fortia d'Urban, pag. 286; Paris, 1809; et in *Lucæ Holstenii Epist. ad divers.* p. 58 et 59, edent. Boissonado; Paris, 1817, *in*-8.° — Conf. etiam *Journal des savans*, avril 1789.

(b) Conf. Reinold. ad *Herodot. vit. Homeri.* pag. 27 et 38, ad calc. *Histor. græc. et latin. literar.* Etonæ, 1752. Cf. etiam Bast. *Comment. palæogr.* p. 708, ad calc. Gregor.

(c) Lib. IV, v. 965.

(d) Lib. VI, pag. 261.

(e) Pag. 262.

(f) *De Mirab. auscult.* pag. 1158, sub fin. Lutet. 1619.

(g) Lib. VI, pag. 261.

(h) Lib. XIII, cap. 3.

(i) Lib. XXIV, cap. 3.

(k) Lib. II, cap. 4, §. 8, Tzschuck.

(l) *Gothic.* lib. IV, pag. 354, lin. 25 et seq. Aug. Vind. 1607 (cap. 22, pag. 628, C, D, Lutet. 1662).

59. Vulgo Καὶ ποταμὸς Κρᾶθις, καὶ Σύβαρις, καὶ Τυρία πόλις] Ποταμοὶ et mox Θουρία legit Cluverius *(a)*. *Hudson.*

Hæc recte, nisi esset interpolatio in eo loco manifesta. Nempe scribit Stephanus Σύβαρις πόλις Ἰταλίας, καὶ ποταμός; nec potuisset Scylax duo ejusdem urbis nomina referre *(b)*. Ego vero, quamvis reperiam tum Λευκανοὶ Σαυνιτῶν ἔχονται μέχρι Θουρίας (p. 240), tum Ἐλαιὰ (leg. Λάος) Θουρίων ἀποικία (ibid. infr.), tum ibi nunc Σύβαρις καὶ Τυρία πόλις, hæc omnia Scylax prorsus non scripsit, quum Herodoti senectuti, et coloniæ Thurias condenti, testis minime adfuerit. In primo igitur et secundo Scylacis loco, mera interpolatio est, eo clarius, quod in secundo *Laum* urbem laudatam, Sybaritis, nec vero Thuriis referant Herodotus *(c)* et Strabo *(d)*. Sic conditam hanc urbem recentioribus Sybaridis colonis interpolator perperam tribuit. In tertio loco, aut rescribendum esse crediderim pro Τυρία Λαγαρία, ex his Strabonis *(e)* verbis: Μετὰ δὲ Θουρίους Λαγαρία φρούριον, Ἐπειοῦ καὶ Φωκέων κτίσμα *(f)*; aut suspicatus erim hæc καὶ Τυρία (id est Θουρία) addita margini fuisse, ut novum urbis nomen antiquam adpellationem comitaretur. Cf. *Præf. in Scylac.* §. 27, pag. 224.

60. Vulgo Ἰάπυγες μέσον ἔθνος] Μέσον vult Hœschelius, εἶσιν legit Cluverius *(g)* (probante Vossio). *Hudson.*

61. Vulgo μέχρι Ἀρίονος ὄρους] Nemini dictus hic mons, præter Scylaci; nec ideo liquet ubinam fuerit. Voluit Gronovius, quod infra ejus adnotationes docent, hunc montem *Garganum* esse, et apud Scylacem rescribendum Δρίονος; nam meminit Strabo *(h)* λόφου cujusdam, ᾧ ὄνομα Δρίον, atque mons ille Gargano promontorio proximus est. Illud sat mihi arridet, quum reperiam insuper in Lycophr. schol. *(i)* locum τὸν Δίωνα (forsan melius Δρίονα), quem juxta Apulii Peucetiique habitabant; quumque melius sic præternavigationis dierum duodecim ratio reddatur. Imo nihil vetat quin hucusque Iapygia producatur; nam Servius *(k)* ait *Garganum montem esse Iapygiæ.* Sed coercenda magis erit Daunia septentrionem versus, quam serius fuit: coercendi quoque Peucetii ad Garganum, quamvis eos inferius ad meridiem

(a) *Ital. antiq.* lib. IV, cap. 14, p. 1252.

(b) Conf. Strab. lib. VI, pag. 263, Pliniumque lib. III, cap. 11.

(c) Lib. VI, cap. 20.

(d) Lib. VI, pag. 253 (pag. 388, B).

(e) Strab. lib. VI, p. 263, fin. (p. 404, C).

(f) Meminere etiam *Lagariæ* Stephanus, et Lycophron in *Cassandr.* v. 951.

(g) *Ital. antiq.* lib. II, cap. 4, p. 595, et lib. IV, cap. 14, p. 1253.

(h) Lib. VI, pag. 284.

(i) Ad *Alexand.* v. 604. pag. 69, col. A, lin. 19; ed. Oxon. 1697.

(k) Ad Virg. *Æneid.* lib. XI, v. 247.

Strabo retraxerit, his verbis de Apennino *(a)*: Τὰ δὲ Ἀπέννινα ὄρη. . . . τέμνει τὴν χώραν ὅλην (τῆς Ἰταλίας) ἐπὶ μῆκος. Μέχρι μὲν δὴ Πευκετίων καὶ Λευκανῶν, οὐ πολὺ ἀφίσταται τοῦ Ἀδρίου· συνάψαντα δὲ Λευκανοῖς, ἐπὶ τὴν ἑτέραν θάλατταν ἀποκλίνει μᾶλλον. *Apenninus. . . . . totam Italiam per longum secat. Donec Peucetios et Lucanos attingat, non procul ab Adria recedit: sed apud Lucanos, inclinare versus alterum mare* (id est versus Tyrrhenum), *incipit.* Hic Peucetios Lucanis finitimos habes, imo ad anfractum meridionalem Apennini collocatos, quod a Scylacis geographia recedit. Noster enim Peucetios non infra Garganum posuit, quum Iapyges usque ad hunc montem produxerit. Hæc nempe antiquitatem scylaceæ geographiæ testantur.

62. Ἐπὶ τῷ τοῦ Ἀδρίου, ἢ τῷ τοῦ Ἰονίου κ. στ.] De hujus duplicis adpellationis antiquitate conf. infra not. 139. Ceterum hic sinus olim dictus Κρόνιος, καὶ Ῥέας κόλπος, teste Lycophronis scholiasta *(b)*.

63. Ἀπὸ Δρίονος (ὄρους)] Vocabulum ὄρους ex conjectura Hœschelii admisit hic iterum Vossius. *Hudson.*

64. Κρέμωνες, Βορεοντῖνοι] Legit Cluverius, Φρεντανοί. *Vossius.* Et potuit quidem ille, lib. II *Italiæ antiq.* pag. 595, ubi hos Frentanos profert, erroribus, ut ait, implicita hæc verba magis vituperare, quam recte intelligere. Unde et ipsum et Frentanos missos facimus. Quod attendi debet, Scylax nunc non memorat gentes in ipsa propria et arcte sumpta Daunia habitantes, sed generatim intermiscet aliquid de universa Magna Græcia. Ut hæc non de gentibus, urbibus et portubus illic positis, sed dialectis linguarumque differentiis per omnem illum tractum sint accipienda. Itaque clare ait auctor εἶναι γλώσσας ἤτοι στόματα τάδε, non populos. Nec minus id elucet ex vocabulo Ὀπικοί, quos nusquam et nunquam in Daunia regione reperiemus. Scilicet priscorum Latinorum propriam fuisse linguam docet Festus in v. *Assiratum.* Rursum Sabinos et Magnam Græciam Livius (I, 18) vocat gentes sermone dissonas. Item Oscam fuisse Samnitium linguam testatur idem (10, 20). Brutates bilingues etiam dictos ab Ennio Festus ait, quod Brutii et osce et græce loquerentur. Etiam Tarentinorum, Rheginorum ac Mesapiorum verba occurrunt in Etymologico. Sed neque si Φρεντανοί admittimus, hæc verba solis Dauniæ limitibus contineri queunt. Etenim hos quinque populos ait a Tyrrheno ad Superum mare pertinere. Id non potest esse Daunia. Quare est hoc velut ἐπι-

(a) Lib. V, pag. 211. (b) Ad v. 630.

μέτρημα totius de majore Græcia sermonis et sicut Πευκετιεῖς, quos perperam in Πικέντες mutat Cluverius, nomen gentile est intra majorem Græciam, ita per Βορεοντῖνοι similiter intelligere videtur populum tunc inter præcipuos ejus plagæ celebrem. Huic nihil propius substitui potest præter Βρεντεσῖνοι. Brundisium enim illic est antiquissima urbs, et sub isto nomine comprehenduntur Calabri. Λατέρνιοι item qui hic dicuntur, nulli sunt, nisi mutatis literis eosdem putes, quos Λευτερνίους appellat Strabo lib. VI, pag. 281, prout regionem Λευτερνίαν; pro quo Λευτάρνιος et Λευταρνία dixerat Stephanus in voc. Ἀκυληΐα, ut non passus fuit perire ea verba illic accuratissimus Berkelius. Λευταρνίαν quoque vocavit Tzetzes citatus Cluverio lib. IV *Italiæ ant.* p. 1271. Horum posteri sane habuerunt suam propriam et ab cæteris distinctam linguam. Porro in voce Ἀείονος, qua Garganum intelligi statuit Cluverius, nequit esse dubium, quin resideat Δείων memoratus Straboni lib. VI, pag. 284. *Gronovius.*

Atqui mihi videtur Gronovius Cluverii et Vossii errores aliquot refellere, sed et refellendos ipsius tradere. Quousque protendatur Daunia apud Scylacem non satis adtendit. Scilicet a monte Drione vel Arione, usque ad Umbros, qui Daunitas proxime excipiunt septentrionem versus, nulla dantur litora præter Daunitarum. Ergo totum hoc Daunia ipsa est. Oportet igitur Laternios, Opicos, Cramones, Boreontinos, Peucetios (recte, pravene scribantur), hoc intervallum latius implere. Animadvertamus obiter oportet Scylacem a septentrione hic incipientem, hos quinque populos ἐπ' ἀλλήλοις referre. Quid igitur vetat Laternios pro Aterni fluvii incolis, Opicos seu Oscos pro contiguis ad Sagrum fluvium, Cramones pro Tifernii fluvii accolis, Boreontinos seu Frentanos, ut aiebat Vossius, pro Frenti accolis, Peucetios tandem ceu regionem circa Luceriam tenentes, admittere! Ceterum quid Gronovius Λατερνίους eosdem esse vult ac Λευτερνίους Strabonis, quum Strabo (lib. VI, pag. 201) Leuternios suos in spatio inter Tarentum et Hydruntum collocaverit, Scylax contra sat procul ab Hydrunto Dauniam incipientem Laterniosque recedentes expresserit! Vide infra aliam de nominibus illis conjecturam.

65. Διήκοντες ἀπὸ τοῦ T.] Quæ, si pendent non tantum a Πευκετιεῖς, sed et a præcedentibus gentibus, alias prorsus emendationes in superiore loco reposcere videntur. Nam eosdem populos saltem ex parte, in utriusque maris litore reperiamus

necesse est, utpote διήκοντας. Similia autem nomina *Latinorum* et *Volscorum* in altero Italiæ latere vidimus : porro forsan legendum paullo supra Λατῖνοι pro Λατέρνιοι, et Ὀλσκοί pro Ὀπικοί. Sic Daunitarum gens, aut ejus σ7όματα utroque mari adluentur, ut Tyrrheni.

66. Vulgo Τυρσηνικοῦ] Leg. Τυῤῥηνικοῦ, ut infr. legitur (§. 17, p. 244). Forsan tamen Τυρσηνικός erat forma antiquior attica in libro superstes, quæ ubique mutata fuit in Τυῤῥηνικός.

67. Διομήδην] De antiquo ibi Diomedis imperio, adi Strabonem *(a)*. Cf. Heyn. *ad Æneid.* XI, excurs. 1; Bœckh. ad Pindar. *(b)*; *Raoul-Rochette (c)*, Tzschuckiumque in Mel. *(d)*.

68. Καὶ ἱερόν] Cujus meminit quoque Strabo *(e)*, τὸ Τίμαυον adpellando; et Theophrastus (*Hist. pl.* IV, 7, init.).

69. Μετὰ δὲ τὸ Ὀμβρικόν] Rescribe μετὰ δὲ τοὺς Ὀμβρικούς. *Cluverius (f)*.

At non solet noster, quum *populi* cujusdam nomen in sequenti capite repetit, articulum adhibere. (Vid. passim.) Forsan legendum μετὰ δὲ τὴν Ὀμβρικήν.

70. Διήκουσι δὲ καὶ....] Rescribe μετὰ τοὺς δὲ Ὀμβρικοὺς Τυῤῥηνοί εἰσιν ἔθνος.... εἰς τὸν Ἀδρίαν διήκοντες· καὶ πόλις ἐν αὐτοῖς ἑλληνὶς Σπίνη. *Cluverius*

Scribe, διήκουσι δὲ οὗτοι ἀπὸ τοῦ Τυῤῥηνικοῦ πελάγους ἔξωθεν εἰς τὸν Ἀδρίαν διήκοντες· καὶ πόλις ἐν αὐτοῖς ἑλληνὶς, καὶ ποταμός. Sic enim loquuntur Græci, διήκοντες διήκουσι. Ita et in Periplo Ponti Euxini, παρήκει διήκουσα, de Cursu Achillis, aliaque hujusmodi. *Vossius.*

Cluverio adsentior : de quo vide not. infr.

71. Καὶ πόλις ἐν αὐτῇ] Hæc ego proxime adjungenda esse credo his supra verbis ita emendatis : μετὰ δὲ τὴν Ὀμβρικὴν Τυῤῥηνοί εἰσιν ἔθνος, et inde ita scribendum levissima cum emendatione, καὶ πόλις ἐν αὐτῷ (ut supra de urbe Ancone) ἑλληνίς. Interpolata quæ in medio sunt, nemo non deprehendit, quum eadem infra Scylax ipse adjiciat.

72. Ἕως εἰς τὸν Ἀ. κ.] Hæc Livius de Tuscis iisdem ac Tyrrhenis, scribit : *Tuscorum, ante romanum imperium, late terra marique opes patuere, mari Supero Inferoque.......Ii in utrumque mare vergentes (g).*

73. Ἀπὸ πόλεων πόλεως] Legit hic Cluverius, ἀπὸ πόλεως Πίσης μέχρι Σπίνης πόλεως. Et sane sic scribendum videtur. *Vossius.*

(a) Lib. V, pag. 215 (p. 329, A.).
(b) Ad *Nem.* X, explic. p. 463, 464.
(c) *Histoire de l'établissement des colonies grecques*, tom. II, pag. 306 sqq.
(d) Not. exeg. in lib. II, cap. 7, §. 13, pag. 834 sqq.
(e) Lib. V, pag. 214 (p. 328, B).
(f) *Ital. antiq.* lib. I, cap. 17, p. 130; et lib. II, c. 1, p. 433.
(g) Lib. V, cap. 33.

In qua mutatione tam Cluverius profecto, qui auctor est, quam Vossius, qui suasorem agit, violenti sunt et intolerabiles. Quæ enim hæc ratio tractandi scriptorem antiquum! Tu leges, opinor, mecum ἀπὸ Ποπλωνίου πόλεως, *ab urbe Populonio*, satis nota, et eam signat, quia maxime inter urbes Etruscas procurrit in mare Tyrrhenum. Hinc a Populonio erat proximus trajectus in Sardiniam et Corsicam, et idcirco vocatur ἀφετήριον εἰς Σαρδὼ καὶ Κύρνον Ποπουλώνιον τῆς Τυρσηνίας, ab Agathemero, lib. I, cap. 5. Utique de urbe Pisa demum sequitur in Venetis. *Gronovius.*

74. Ἀπολειφθέντες] Conf. Dodwellum *(a)*, et dissert. nostr. in Scylac. *(b)*.

75. Ἐπὶ στενῶν] Parvula prorsus ex litoris parte, ad mare Celtæ pertingebant. Nam Spinam urbem (quam ex Cluverio supra admisimus), juxta Padi seu Eridani ostia fuisse nemo nescit. Atqui Venetorum regioni amnis ille tribuitur; fere minimo igitur intervallo distabant Tyrrheni Venetique, et vix medios esse Celtas sinebant.

76. Ὁ μυχός] Intimam hujus sinus partem Ravennam adluere ait Procopius *(c)*; et illius longitudinem iter pedestre octo dierum esse: ἐκ δὲ Ῥαβέννης πόλεως, οὗ δὴ τελευτᾷ ὁ Ἰόνιος κόλπος, ἐς θάλασσαν τὴν Τυῤῥηνικὴν οὐχ ἧσσον ἢ ὀκτὼ ὁδὸς ἡμερῶν εὐζώνῳ ἀνδρί ἐστιν. Hujus maris longitudinem Strabo *(d)* 2000 stadiorum esse ait, Polybius *(e)* autem et Gemisthius Pletho *(f)* esse 6000 stadiorum. Sed ad idem redeunt hæ duæ mensuræ. De quo vid. adnotat. doctissimi *Gossellini* ad Strabonem *(g)*. Hujus maris μυχόν alibi collocat Marinus ap. Ptolemæum, lib. I, cap. 5, init.

77. Ἠριδανός] Hoc vetus Padi amnis nomen, ut scribit Diodorus his verbis *(h)*: ... τοῦ νῦν Πάδου καλουμένου ποταμοῦ, τὸ δὲ παλαιὸν Ἠριδανοῦ προσαγορευομένου. Meminit Herodotus incerti cujusdam fluvii *Eridani (i)*; sed ignotum ei nomen *Padus*. Sic superest ibi etiam in Scylace perantiqua adpellatio, quæ ad recentioris geographiæ normam non mutata fuit. De hoc fluvio cf. Tzschuckium *(k)* et venerandi parentis J. B. Gailii *Geogr. Herodot.* *(l)*.

(a) *Dissert. in Scylac.* §. VII, p. 175 sqq.
(b) §. XXIII, supr. pag. 221 et 222.
(c) *Gothic.* lib. I, p. 189, lin. 43, Hœsch. cap. 15, pag. 350, C, Lutet.
(d) Lib. VII, pag. 317.
(e) Apud Strabon. lib. VI, pag. 285.
(f) *Geograph. ined.*
(g) Ad lib. VII, pag. 317, traduction française, t. III, pag. 84.
(h) Lib. V, cap. 23.
(i) Lib. III, cap. 115.
(k) Not. exeget. ad Mel. lib. II, cap. 4 §. 3, pag. 381 et 382.
(l) In *Philologue*, tom. XI, pag. 23.

78. Ἐπ' αὐτῆς ἀπὸ Πίσης] Legit Cluverius in *Ital. ant.* p. 130, ἐπ' αὐτοὺς ἀπὸ Σπίνης. *Vossius.*

Ita est. Sed bene, quod Cluverius ait se restituere, quæ restitui posse videntur, nempe ipsi. Unde quum Cluverius restituta sic vertat latine, *hujus autem litoris tractus est ad eos a Spina urbe unius diei iter*, debuit vel puer Vossius animadvertere, quum istud ἐντεῦθεν Cluverius in vertendo omittat. Porro ipse Vossius, quum vult ejus vocis rationem ducere, non modo puerile aliquid implicat, sed stultissimum. Quid enim est illud unde, hoc est, vel a Venetis vel ab Eridano, et tamen a Spina urbe! an vero causæ redditio in ea residet! Vix dixeris, utrum sermo sit an vagitus! item unius diei iter dicit esse ad eos, scilicet Venetos. Ad quam partem Venetorum! non enim unus modo locus eorum erat. Et quidem mirabiliter eos extendit Scylax, dum post Venetos ponit statim Istros. Immo manifestum est legi debere ἐπ' αὐτῆς Ἀκουλίης πόλεως. *Gronovius.*

Infeliciter legit Gronovius Ἀκουλίης, quum ex Strabone ipso *(a)*, Aquileia a Romanis munitionis loco condita fuerit, ut supra incolentes Barbari cohiberentur : quod anno circiter 186 ante Chr. factum est, et multo post Scylacis ævum. At Cluverius contra non satis intellexit, intervallum a Spina urbe, ad incipientes Venetos non potuisse totius diei itinere constare. Spina enim Pado proxima erat, et Venetis tribuitur Padus. Imo si ita legeretur, non jam Venetorum regionis ipsius, sed præteriti jam litoris præternavigationem sero datam haberemus. At certe hic definita præternavigatio Venetorum regionem complectitur. Ergo rescribi posse autumo ἀπὸ τῆς Σπίνης πόλεως. Minime offendor, ut Gronovius, quod ἐντεῦθεν et ἀπὸ τῆς Σ. π. pleonasmum referre videantur. Nam alibi Scylax in Lycia *(b)* scripsit : Ἐντεῦθεν παράπλους ἐστὶν ἀπὸ Λυκίας, quod male emendavit Vossius. Alibi etiam Scylax *(c)*, Παράπλους ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ ἐντεῦθεν εἰς Καρχηδόνα.... Si autem parum placet emendatio τοῦ ἐπὶ, in ἀπὸ, sic rescribe : ἐξ αὐτῆς τῆς πόλεως, et tolle media hæc ἀπὸ Πίσης (Σπίνης), quæ librarius quidam forsan adjecit, ut ostenderet quo referendæ essent voces ἐξ αὐτῆς τ. π. Ceterum facile ΕΞ et ΕΠ confundi possunt; quæ particula ἐξ sæpissime nostro usurpatur pro ἀπό. Vide passim.

79. Καὶ ποταμὸς Ἴστρος] De duplici, imo et triplici hujus

(a) Lib. v, pag. 214 (p. 328, A).
(b) S. 100, pag. 299, fin.
(c) S. 109, fin. pag. 316.

fluminis ostio, in tria maria delabentis, confer Apollonii scholiastam *(a)*, cujus ultima verba sunt : Ὁ δὲ Ἴστρος, καταφερόμενος ἐξ ὑπερβορέων, ὅταν φθάσῃ ἐπὶ τὸν μεταξὺ Σκυθίας καὶ Θράκης τόπον *(b)*, σχίζεται εἰς δύο· καὶ τὸ μὲν αὐτοῦ εἰς τὸν Εὔξεινον πόντον βάλλει· τὸ δὲ ἕτερον εἰς τὴν Τυῤῥηνικὴν θάλασσαν. Conf. etiam Aristotelem *(c)* et Eustathium ad Dionys. *(d)*. Quam opinionem falsam plurimi inter veteres tuentur, sed abdicant Diodorus *(e)*, Plinius *(f)* Straboque *(g)*. De quo vide quæ accurate adnotaverunt cl. *Gossellinus* in Strabonem *(h)*, et Tzschuckius in Melam *(i)*. Consule præsertim cl. *de Sainte-Croix (k)*.

80. Vulgo Οὗτος ὁ ποταμὸς καὶ εἰς τὸν Πόντον ἐκβάλλει ἐνδιασκευῶς εἰς Αἴγυπτον] Locus est corruptus, quod nemo non videt. Alter codex habet, ἐνδιασκεύνως : quod nihil juvat. Forte sic legendum, οὗτος ὁ ποταμὸς καὶ εἰς τὸν Πόντον ἐκβάλλει πενταστόμως, ὡς Νεῖλος κατ' Αἴγυπτον. Veteres enim credidere, altero sese ostio Danubium in mare Adriaticum exonerare : quod nemo nescit, qui Ἀργοναυτικὸν Apollonii *(l)* legerit. Pomponius, lib. II, cap. III *(m)* : *Amnes autem, Æas, et Naro, et alius ab eo, qui jam dictus est Ister.* Sic reposuit Pintianus, quum ante legeretur, *et Danubius, qui dictus est Ister.* Atqui nemo veterum dixit, esse Istrum hoc loco, qui sit diversus ab illo altero Istro : solum dicunt, ex eo fluere, vel negant prorsus esse hoc loco Istrum, qui Istriam dividat. Sic igitur rescribe, *ex Danubio, qui jam dictus est, Ister (n).* Loquitur enim juxta falsam veterum opinionem. *Vossius.*

Quid velit Vossius de altero codice, nescio. Notavit Hœschelius : M. S. *uterque* ἐνδιασκευνῶς. In eo nihil debuit mutare noster. Quid autem? an hoc est emendare, si pro una illa voce scribas πενταστόμως, ὡς Νεῖλος? Quasi vellet ostendere facultatem suam in Græcis. Nonne melius tibi et Scylaci satisfactum dices, lector, si afferam ἐν Δτὰ σκευῇ ὡς? Sic enim scriptum fuit, quum significaretur ἐν Δέλτα σκευῇ, in literæ *Delta* habitu, prout contingit ad Ægyptum, quod notissimum. Id autem fieri nequit, nisi divisio fiat alvei in ostia. Sen-

(a) Lib. IV, v. 284. *Ib.* v. 291, 293 et 321.

(b) Locus ille μεταξὺ Σκυθίας καὶ Θράκης, ubi Ister fluvius in duos alvos scindebatur, Scythiæ omnino adscribitur a Stephano (voc. Σάπαι) et ab Apollonii schol. (ad lib. IV, v. 321).

(c) *De Mirab. Auscult.* p. 1160, C. Lutet. 1619.

(d) V. 298.

(e) Lib. IV, cap. 56, pag. 301 et 302.

(f) Lib. III, cap. 22.

(g) Lib. I, pag. 57 (p. 98, A).

(h) Lib. I, pag. 46, traduct. française, tom. I, pag. 103, not. 2.

(i) Ad lib. II, c. 4, §. 4, not. exeg. p. 385.

(k) *Exam. des hist. d'Alex.* pag. 706.

(l) Lib. IV, v. 308; et *ibid.* schol.

(m) §. 13, Tzschuck.

(n) Rescribit Tzschuckius :... *Aeas, et Nar, et Danubius, qui jam dictus est Ister.*

tentiam in loco Melæ vides, quam avide retinuerit, ut in pueritia conceptam tota ætate circumgestaverit, quum sit inanis omnino præ illo, quod bene legitur in mss. prout ipse citat; de quo alias. *Gronovius.*

Holstenius, cujus versionis particulam exhibet Johannes Lucius de regno Dalmatiæ et Croatiæ, reddit: *Exit autem hic fluvius ad pontum, fronte quasi ad Ægyptum conversa. Hudson.*

Perlegenti mihi adnotationes Vossii et Gronovii ad hunc locum, antequam in interpretationem Holstenio excogitatam incidissem, eadem conjectura subpetebat; et jam in mentem venerat emendationem Vossii, ut a vulgata lectione nimium recedentem, conjecturam vero Gronovii, ut minus græcæ linguæ ingenio consonantem, rejicere. Non licet enim, quod Gronovius agit, dicere ἐν Δέλτα σκευῇ, at ἐν τῷ Δέλτα σκευῇ. Rescribendum igitur ἀνδιαστομοῦν ὡς εἰς Αἴγυπτον. Danubius nempe, antequam in mare exeat, meridiem versus et Ægyptum convertitur; imo id ipsum ait Herodotus (a): Ὁ Ἴστρος... πρὸς Εὖρον ἄνεμον τὸ στόμα τετραμμένος. Valde pronus forem ad imaginem τῦ Δ in Scylace restituendam, si recentior scriptor esset; nam res est usitata apud geographos posteriores, ut in Danubii exitu plurima ostia et triangularem insulam, nomine Πεύκην, celebrent. De qua vide Strabonem (b), Stephanum (c), Apollonium et ejus scholiastam (d), Ptolemæum (e), Dionysium (f), Eustathium (g), auctoremque anonym. paraphr. in Dionysium (h), Plinium (i), Avienum (k) Priscianumque (l). Imo bis reperitur apud Xenophontem (m) τὸ Δέλτα καλούμενον τῆς Θρᾴκης. Sed quum illud peculiare habeat Herodotus, ut Danubii conversionem ad meridiem diserte expresserit, et similia Scylax coævus dicere videatur, sese ambo scriptores veterrimi invicem tuentur.

81. Μετὰ δὲ Ἴστρους Λιβυρνοί] Pariter Plinius exprimit *adhærentem Istriæ Liburniam et Flanaticum sinum* (n). Et inferius, meridionalis terminus Liburniæ definitur his verbis (o): *Arsiæ* (regionis Istrianæ civitati) *gens Liburnorum jungitur, usque ad flumen Titium.* Idem ait Florus (p).

(a) Lib. IV, cap. 99.
(b) Lib. VII, cap. 305.
(c) Voc. Πεύκ.
(d) Lib. IV, v. 309, 310.
(e) Lib. III, cap. 10.
(f) V. 301.
(g) Schol. ad Dionys. v. 242 et 301.
(h) Pag. 10, lin. 4, sub fin. tom. IV, Hudson.
(i) Lib. IV, cap. 12.
(k) *Descript. orb. terr.* v. 440.
(l) *Perieges.* v. 290.
(m) *Anabas.* lib. VII, cap. 1, tom. IV, pag. 437, Paris. — *Ibid.* cap. 5, p. 498, init.
(n) Lib. III, cap. 19, init.
(o) Lib. III, cap. 21, init.
(p) Lib. II, cap. 5.

Ceterum hic cernitur apud nostrum ignorantia locorum. Nempe non exprimit Istrianorum regionis formam, peninsulæ simillimam, nec remotiora litora, quæ Liburnorum sunt, et Plinio dicta *Flanaticus sinus*. Tenuere procul dubio Liburni hoc litus ad meridiem Istriæ, quod adluit sinus hodiernus *de Quarnero*.

82. Vulgo Πολεις εἰσὶ παρὰ θάλατταν Λιάς] Forte Ἰάς. Stephanus, Ἰάς, Ἰλλυρίας μέρος· οἱ οἰκοῦντες Ἰάται. *Vossius.*

Certe hæc omnia sunt corruptissima, ut liceat circumspicere opem. Quam valde dubito an afferat istud Ἰλλυρίας μέρος. Quomodo enim sic intelligetur Liburnorum urbs! Nec tamen occurrit commodius. Ninia urbs recensetur Straboni, sed non in principio Liburniæ. Itaque sequentia Ἴδασσα, Ἀττιενίτης videntur confusa esse pro Ταρσάτικα, Σενίτης, pro quibus in Plinio ex Ptolemæo leguntur *Tarsatica*, *Senia*; sicut in eodem Plinio dicuntur *Hymani* *(a)*, quos Scylax Ἡμίονοι, et qui huic Πεδῆται, ipse ex Callimacho Peucetias agnoscit. *Gronovius.*

Quamvis Holstenius pro *Lias*, *Idassa*, Scylacis urbibus ab aliis antiquis auctoribus non nominatis, *Iadram*, notissimam Liburnorum civitatem, in sua versione recte reposuerit; tamen cum Scylacem multa alia locorum nomina, quæ apud reliquos auctores non reperiuntur, usurpare constet; ideo fortasse *Idassa* antiquissimum Liburnicum nomen civitatis erat, in Iadram tandem mutatum. *Lucius.*

De tota hac vocum serie hæc conjicio; 1.° τὸ παρὰ θάλατταν aliena manu insertum, quum nusquam in Scylace alium locum inveneris, ubi nuntiaverit auctor simili modo dicendi, *sibi litorales urbes descriptum iri*. Scylax contra, ex perpetua consuetudine, litorales urbes simpliciter nominat, et interdum adjicit: *εἰσὶ δὲ καὶ ἄλλαι πόλεις τῶν.... ἐν μεσογείᾳ (b)*; 2.° pro Λιάς minime legerem Ἰάς cum Vossio, neque ex Λιὰς Ἴδασσα componerem Ἰάδρα vel Ἰάδερα cum cll. Holstenio et Lucio. Nihil enim subpetit, quod Vossio hujus Illyricæ urbis sedem ibi collocandam esse demonstraverit; sic ille ad arbitrium et temere emendat. Imo, quod ad Holstenium pertinet, tenor locorum omnino ejus emendationi contrarius est; nam Iadera fere ultima urbs est Liburniæ meridiem versus; apud Scylacem prima foret ad septentrionem. Ego vero, pro ΛΙΑΣ rescriberem ΑΙΔΕ; hunc enim epidicticum articulum Scylax usurpat,

(a) Lib. III, cap. 21.

(b) Conf. pag. 257, lin. 9; pag. 258, lin. 7, pag. 274, lin. 5, pag. 275, et passim.

ut sexcenties et sine exceptione reperitur; 3.° de Ἴδασσα Ἀπιτίνης, sat libenter conjecturam Gronovii reciperem; 4.° Δυύρτα quid sit nescio; 5.° τὸ Ἀλουψοί, nisi emendem Λοψοί cum Vossio, at saltem eamdem civitatem esse censeo; 6.° minime offendar, si τὸ Ὀλσοί pro colonia Italorum Volscorum habeatur, in posterum deleta. Et postremo τὰ Πεδῆται et Ἡμίονοι relinquantur meliorem medelam exspectantia.

83. Ἀλουψοί] Puto legendum Λοψοί. *Vossius.*

84. Πεδῆται] Credo eumdem hunc esse populum ac *Pedanos*, quorum meminerunt Stephanus *(a)*, Dionysius Halicarn. *(b)*, Pliniusque *(c)*. Fuere procul dubio Ὀλσοί et Πεδῆται hic collocati, coloniæ ex Etruria in Liburniam devectæ.

85. Κατὰ ταύτην τὴν χώρ.] Hic verba aliqua transposita videntur; nam sequentia, εἰσὶ δὲ καὶ ἄλλαι ἀνώνυμοι πολλαί, ponenda videntur post αὗται δὲ αἱ νῆσοι εἰσὶ μεγάλαι, ita ut rectus sensus esse debeat juxta Holstenii interpretationem: *Insulæ huic (regioni) objacent, quarum quidem nomina recensere possum, sunt enim Absyrtis insula stadiorum 310, lata autem 120; Electrides, Istria, Mentorides, hæ autem insulæ magnæ sunt, et aliæ multæ sine nomine. Juxta est Arbatis fluvius. Navigatio juxta Liburnorum regionem bidui est. — Lucius.*

Ego non transposita, sed inserta censeo hæc: εἰσὶ δὲ καὶ ἄλλαι ἀνώνυμοι πολλαί.

86. Εἴστρις νῆσος] Quid de hac insula? Forsan a peninsula Istria suum nomen duxit. Legebat Holstenius Ἀψυρτίς. Cf. not. 85.

Ut ut sit, videntur hæ tres insulæ *Istris*, *Litria*, *Mentorides* respondere hodiernis *Veglia*, *Cherso* et *Lossini.*

87. Κλείτρει Λιτρία] Literis transpositis videtur esse Κυρίτλα. *Gronovius.*

Atqui mihi videtur in hac scriptura Κλείτρει Λιτρία, secundam vocem esse quasi prioris emendationem, quod simile supra suspicatus sum in Ἀλυψοί, Ὀλσοί, et infra in §. 80, p. 287, de vocibus Ῥίς et Ἴστρις. Tamen sub duobus nominibus, crediderat Holstenius duas insulas *Electridem (d)* et *Istriam* latere.

88. Μεντορίδες] Insularum Mentoridum, quod sciam, nemo

(a) Voc. Πίδαν.

(b) *Antiq. rom.* lib. V, pag. 326, lin. 22; lib. VIII, pag. 495, lin. 2, et pag. 500, lin. 25.

(c) *Hist. nat.* lib. III, cap. 5.

(d) De qua vide *Apollon.* et ejus scholiast. ad lib. IV, v. 506.

meminit. Mentores hic describit periplus, qui falso Marciano Heracleotæ attribuitur :

Ὑπὲρ δὲ τούτους Ἴσμενοι, καὶ Μέντορες *(a)*.

Stephanus : Μέντορες, ἔθνος πρὸς τοῖς Λιβύρνοις. Vide quoque Aristotelem libello περὶ Θαυμασίων ἀκουσμάτων *(b)*. *Vossius.*

89. Καταρβάτης] Videtur hoc flumen idem esse ac plinianum *Titium*. Ita sentit Mannertus in *Geograph. der Griech. und R.* part. VII, pag. 286.

90. Vulgo οἱ Ἰλλύριοι παρὰ θάλατταν μέχρι Χλωνίας] Legendum Χαονίας, ut testantur sequentia, Μετὰ δὲ Ἰλλυρίους Χάονες, §. 28, p. 253, ut jam olim emendavit Salmasius. *Vossius.*

91. Vulgo Ἱεραστάμναι, Βουλινοὶ, Ὑλλινοὶ, Βουλινῶν, λινοτέρμονες] Corruptissimus locus. Ego sic castigabam, Ἱεραστάμναι, Βουλινοὶ, Ὑλλινοὶ, Βουλινῶν ἀγχιτέρμονες Ὕλλοι. *Vossius.*

Mihi videntur τὰ Βουλινῶν ἀγχιτέρμονες Ὕλλοι interpolatio mera, e margine inserta; et hæc est vocum repetitio, quæ fuit causæ cur supra rescripserim Ὕλλοι pro Ὑλλινοί. Cf. *Addenda.*

92. Εἰσὶ δὲ Βάρβαροι] Hunc locum uberius explicuit Scymnus *(c)*; et Hyllorum originem græcam refert, ut tandem adjiciat, quod Scylax nunc ait :

Ἐκβαρβαρωθῆναι δὲ τούτους τῷ χρόνῳ
Τοῖς ἤθεσιν ἱστοροῦσι τοῖς τῶν πλησίον.

Barbaros vero factos illos successu temporis ferunt, ob vicinorum mores.

93. Καποικοῦσι δὲ χερρόνησον] Cave ne hanc eamdem esse peninsulam credas, ac vulgo in tabulis geographicis dictam *Hyllin Chersonesum*, quæ ab Enchelæis initium ducit, et e meridie in septentrionem vergit, peninsulam hodie *di Sabioncello*. Hæc enim peninsula *di Sabioncello*, Scylacis *Hyllis* esse minime potest. Ita sentire Apollodorus, Dionysius, Plinius, Scymnusque *(d)* nos jubent. Apollodorus *(e)* sic : ὑπὲρ δὲ τοὺς Ὕλλους Λιβυρνοὶ, καί τινες Ἴστροι λεγόμενοι Θρᾶκες, *supra autem Hyllos* (ad septentrionem) *Liburni, et quidam Istri dicti Thraces.* Sic ad meridiem Liburniæ regionis collocanda est hæc peninsula. Plinii *(f)* de eadem, hæc verba sunt : *Liburniæ finis.......promontorium Diomedis, vel ut alii, peninsula Hyllis;* et plura subsequuntur nomina, antequam

(a) Scymn. Chii *Orb. descript.* v. 393.
(b) Pag. 1160, B, Lutet. 1619.
(c) V. 409, 410.
(d) V. 404, sqq.
(e) Ap. Stephan. voc. Ὑλλεῖς.
(f) Lib. III, cap. 22.

ad Naronem fluvium et ad *Naronam coloniam* devenias. Atqui ulterius etiam ad meridiem pergendum est, ut peninsulam istam, quam Hyllin esse volunt, reperias. Multum quoque ad id firmandum Dionysii *(a)* verba valent :

> Κεῖθεν δ' εἰς αὐγὰς στρεπτὴ παραφύρεται ἅλμη,
> Θῖνας ὑποξύουσα Λιβυρνίδας, ἀμφί τ' ἐρυμνὴν
> Ὑλλείων χθόνα πᾶσαν, ὅση παρακέκλιται ἰσθμῷ,
> Βουλιμέων τ' ἀκτάς.

Inde autem (ex imis Adriatici maris partibus circa Aquileam) *ad auroram conversum circumvolvitur salum, litora subradens Liburnica, circumque firmam Hylleorum terram omnem, quæcumque adjacet isthmo, et circum Bulimeorum litora.* Illud magis ac magis demonstrat, hanc peninsulam Hyllin nimis meridiem versus remotam fuisse, et temere cum alia peninsula confusam, nempe, quod Scylax ipse hanc alteram peninsulam infra laudaverit, et in regione Nestæorum collocaverit. Hæc altera peninsula respondet prorsus peninsulæ hodiernæ *di Sabioncello*. Cf. not 101, ubi causam erroris hujus forsan deprehendimus.

Ceterum optimas nuperrimasque tabulas geogr. *(b)* cum Scylacis verbis conferenti conjiciendum est, aut Scylacem naturam locorum omnino ignorasse, aut mutatos prorsus locos, et peninsulam magnam exundanti mari obrutam fuisse, insulasque ibi plures inter fluctus eminuisse. Vadosum prorsus orientale hujus maris litus, de quo hæc scribit Plinius *(c)* : *Illyrici* (maris) *ora mille amplius insulis frequentatur, natura vadosi maris, æstuariisque tenui alveo intercursantibus.* Sed ægre tamen conjicerem tantum *cataclysmum* in Dalmatiæ litore fuisse, de quo omnes sileant. Ut ut sit, quum insulas præcipuas antea et postea noster depinxerit, at ibi nullam laudaverit (ubi permultæ sunt), sed magnam peninsulam tantummodo, videtur ille longe aliam locorum naturam referre, et in sua Hyllorum peninsula tum omnes insulas recentiori *Zara* obpositas, tum *Ugliano, Melada* et *Isola Grossa*, quasi includere.

Videtur hujus peninsulæ isthmus coarctari ab imo sinu qui urbem *Novagrad* adluit, usque ad lacum *Urana*, proximum urbi *Zara Vecchia*. Cf. Mannertum l. c. p. 291.

(a) V. 384, sqq.

(b) Conf. *Carte de la Méditerranée*, par Rizzi-Zannoni et Lapie, 1808; et *Carte du golfe de Venise*, par M. Gauttier, capitaine de vaisseau, en 1820.

(c) Lib. III, cap. 26.

94. Ἀπὸ .... παραπόνιον ὀρθόν] Locum misere depravatum sic vertit Holstenius : *Sunt autem barbari, habitantque peninsulam paullo minorem Peloponneso : post peninsulam litus directum accolunt.* — *Hudson.*

Gronovium sequor; cujus et Vossii vid. not. in *Addend.*

95. Vulgo Παράπλους.... ἡμέρας μακρᾶς ἐπὶ Νέστον κόλπον] Hæc præternavigatio non est totius regionis e Liburnis ad Nestum, sed e peninsula tantum Hyllorum, id est circiter e *Zara Vecchia* ad amnem *Scardona.*

Ceterum multa mihi suadent ut legam Νέστον ποταμόν, ex Stephano : Νέστος, πόλις καὶ ποταμὸς Ἰλλυρίας. Nam primum quid sibi vult hæc scribendi forma Νεστὸς κόλπος! Facile quidem rescriberetur Νεσταῖος, quod vult Vossius; sed infra repetitur substantive τὸ Νέστου. Imo si hunc primum sinum admiserimus, unde incipiet *Manius sinus*, de quo infra! Nec scripsisset Scylax infra ἀπὸ δὲ Νέστου πλοῦς ἐστὶ κολπώδης, si Nestum ipsum κόλπον adpellavisset. Si nunc ad optimas tabulas geographicas oculos convertamus, reperiemus *Nestum* (quem hodie *Scardona* vocandum nullus dubito) in imo sinu latere : sed non est Scylacis mens κόλπον hic exprimere, et melius prosunt *fluvii* ad designandos regionum terminos, quam *sinus.*

Habemus ex emendatione facta, ἐπὶ Νέστον ποταμόν. Solet tamen noster fluviorum nominibus articulum præpositivum adjicere; sed adsunt et alia exempla : καὶ ποταμὸς Αἴας *(a)*, μέχρι Πηνειοῦ ποταμοῦ *(b)*, καὶ ποταμὸς Ἀχελῶος *(c)*.

96. Νεστοί] Nestus est urbs. Hujus ἐθνικόν Stephano est Νέστιος. Nec tamen Scylacem puto scripsisse Νέστιοι, sed Νεσταῖοι. Idque auctoritate scholiorum in Apollonium, ubi hic locus ex Scylace citatur : Τοὺς Νεσταίους Σκύλαξ φησὶν ἔθνος Ἰλλυρικόν. Ἀπὸ τούτων περίπλους ἐστὶν εἰς τὸν κόλπον Μάνιον. Καὶ Ἐρατοσθένης ἐν γʹ γεωγραφουμένων φησὶ, μετὰ Ἰλλυριοὺς Νεσταῖοι *(d)*. Sic legendum. *Vossius.*

Ego valde suspicor titulum hunc Νεστοί, et sequentem Μανιοί, non Scylacis esse; plura enim continent, quam quæ nuntiantur. Ex hoc Scylacis loco, et crebris passim dubitandi causis, ad id deveni, ut, magna ex parte, titulos recentis manus opus esse conjicerem : sunt tamen quos Scylaci forsan tribuerem. Cf. infra not. 305.

(a) S. 26, pag. 251, l. 10.
(b) S. 33, pag. 255, fin.
(c) S. 34, pag. 257, l. 6.
(d) Ad lib. IV, v. 1215.

97. Ἐν πόντῳ τῷ πόντῳ] Ἐν πόντῳ τῷ κόλπῳ melius potest legi, ut olim jam vidit Salmasius. *Vossius.*

98. Προτερεὰς, Κεραπιαὶ, Ὀλύντα] Puto (Κεραπιὰς) easdem esse, quas Plinius Creteas appellat. *Vossius.*

Solus noster habet τὰ Προτερεὰς et Ὀλύντα. Plinius *(a)* tamen hic collocat insulares *Colentinos.* Vide numquid sit commune *Colentinos* inter et insulam Scylaci dictam Ὀλύντα.

Est, ni fallor, Προτερεὰς hodierna *isola Zerona;* Κεραπιαὶ, Plinii *Creteæ*, respondent insulæ *Bua* et aliis parvulis circumjacentibus; forsan tandem erit, ut vetustum nomen Ὀλύντα dignoscamus in hodierna insula *Solta.* Hæ insulæ tres obviæ sunt intranti sinum, qui paullo post *Scardona* reperitur.

99. Κατὰ Φάρον καὶ Ἴσσαν] Mihi videntur hæ insulæ esse *isola Buzo* et *Lissa.*

100. Πόλεις Ἑλληνίδες] Scylax hic insulas πόλεις appellat: sed de eo inferius dicemus *(b). Vossius.*

Scilicet πόλις de insula dicitur, et simul de incolis. Quæ vox, si ad genuinam et veram ejus significationem redeamus, coloniam potius et cives exprimit, quam urbem aut domos.

101. Πολλὴ χώρα ἀνήκει] His verbis depingit Scylax hanc peninsulam, quæ aliis dicta est *Hyllis.* Cf. supr. not. 93. Nam extrema hujus peninsulæ pars occurrit naviganti, antequam, litora sequendo, ad Naronem fluvium, hodie *di Narenta*, pervenerit. Quæ peninsula nunc adpellatur *di Sabioncello.* Videtur Apollonius Rhodius *(c)* suam peninsulam Hyllensium ibi collocasse; et ille forsan causa fuit, cur omnes, in posterum eum secuti, priscorum scriptorum descriptiones etiam sequi crediderint, dum novam prorsus hujus litoris θέσιν describendo exhiberent.

102. Μελίτη] Si hanc insulam, et alteram infra *Corcyram nigram*, intellexeris sitam esse intra continentem et peninsulam *di Sabioncello*, erit Melite (τῆς παραλίας χώρας ἐγγύς) hodierna *Brazza*, altera, *Lesina;* si utramque insulam extra peninsulam *di Sabioncello* jacere malueris, erit Melite hodierna *Corzola*, et Corcyra nigra *isola di Meleda.* Sed hanc secundam conjecturam fere respuunt ulteriora Scylacis verba. Cf. fin. not. 103. De Melite adi *Pouquevillium (d).*

103. Καὶ ἐρρέχει] Legit Salmasius ἀπέχει. *Vossius.*

(a) Lib. III, cap. 22, med.
(b) Cf. not. 572.
(c) Lib. IV, v. 525 et pass.
(d) *Voyage en Grèce*, t. I, pag. 27 et 28.

Hœschel. ἐκπρέχει. Forsan in verbo ἐρρέχει residet origo τῆς ῥαχίας, tum aliis, tum Polybio memoratæ (1, 37), ut innuat insulam hanc circa promontorii oras, pati vehementes ferventesque maris æstus. Illud Vossii ἀπέχει, *abest*, non intelligo. *Gronov.*

In versione sua Holstenius aliquid post verba Ἐλληνίδες αἱ πόλεις et Κέρκυρα ἡ μέλαινα notis asterisci, deesse significat: et verba καὶ ἐρρέχει περὶ τὸ ἀκρωτήριον νῆσος αὐτη τῆς παραλίας χώρας σφόδρα (quæ Vossius in sua versione agnovit), cum cuinam insulæ adaptari possunt non constet, plane omisit. Eadem vero transponendo, et insulæ Pharo adaptando, aliqualiter sensus percipi potest, hoc modo: *Antequam vero ad Naronem fluvium perveneris, ampla regio in mare procurrit, atque insula litori vicina nomine Melita, tum alia huic vicina Corcyra nigra vocatur; a Melita abest stadiis* XX, *a maritima regione stadiis* VIII, *et plurimum abest promontorio suo (Pharus) insula a maritima isthac regione, altero vero promontorio pertingit ad Naronem fluvium. — Lucius.*

Conjecturam Salmasii sequor, et sic locum totum interpretor: extenditur Corcyra nigra ab occidente ad orientem. Id ipsum autem exprimit Scylax, quum nos doceat, unum hujus insulæ promontorium maxime a supradicta peninsula recedere, alterum contra continenti adjacere, et ad fluvium Naronem oppositum spectare. Illud idem natura locorum in optimis geographicis tabulis et nuperrimis præbet.

104. Ἀπὸ δὲ Νεστῶν.] Hic quoque pro Νεστῶν lege Νεσταίων, ut supra. *Vossius.*

105. Εἰς τὸν Νάρωνα] Hic sensum habet τὸ εἰς *penetrandi usque ad ostia fluminis*, sed non *navigandi per flumen*. Idem de sequentibus: εἰσπλεῖ δὲ εἰς αὐτὸν καὶ τριήρεις..... hæc ita intelligamus oportet, quum proxima verba, καὶ πλοῖα εἰς τὸ ἄνω ἐμπόριον ἀπέχον ἀπὸ θαλάσσης στάδια π′, nihil aliud significent, nisi parvula navigia usque ad emporium penetrare, relictis triremibus ad ostia fluminis. Sic perveniunt triremes tantum ad flumen, et τὰ πλοῖα ad emporium ipsum.

106. Vulgo Εἰσπλεῖ δὲ εἰς αὐτὸν καὶ τρίηρεις] Τετρήρεις est græcismus Vossianus, quum Hœschelius ediderit τριήρεις, per iotacismum, orta confusione ex τριήρης. *Gronovius.*

In editione Hœschelii τρίηρεις, per iotacismum (inquit Gronovius), orta confusione ex τριήρης. Cur τετρήρεις ediderit Vossius, aliorum conjecturis relinquo. *Hudson.*

Egregium virum acrius semper, sæpeque temere reprehendit Gronovius. Recte enim Vossius legit εἰσπλεῖ.... τετρήρεις, καὶ

πλῶα..... scilicet hic fusa sunt duo genera, et neutri vim habent. Vide græcismi ejusdem exempla plura apud Vigerum *(a)*, tum laudatum ibi Aristotelis hunc locum : οὐκ ἐπεξεφύετο τοῖς μὲν αἱ τρίχες, τοῖς δὲ τὰ πτερά.

107. Οὗτοι δέ εἰσιν Ἰλλύριοι.] Lege Ἰλλυρίων cum cl. Salmasio. *Vossius.*

Forsan legendum Ἰλλυρικόν, ut infra. Ceterum vulgata lectio non displicet. Sunt Illyrii κατὰ ἔθνος Manii.

108. Ἐστὶ τὸ εἴσω τοῦ...] Sæpius illud redditur per τὸ ἐντός, vel per τὸ ἔνδον, ut apud Herodotum *(b)* et Isocratem *(c)*. Scilicet sat procul ab urbe in mediterraneas partes eundum erat, antequam ad lacum deveniretur. Sin aliter, et lacus et tota simul amnis longitudo 80 tantum stadiis a mari, sicut urbs ipsa, recederent. Amnis enim ab hoc lacu profluit, ut infra Scylax ait. Ceterum nescio an his in locis hodiernum castellum *Stagno* aliquid cum Scylacis lacu commune habeat.

109. Αὐταριάτας] Cf. Strabon. *(d)* et *Mannertum (e)*.

110. Ἐπὶ τὸν Ἀρίωνα [Nusquam exstat id nomen. Scribe itaque Δρίλωνα : et sic quoque postea ubique. *Vossius.*

Hallucinatur Vossius Drilonem fluvium hic collocando, quem paullo ante Epidamnum urbem tantum in tabulis geographicis reperire est. Atqui longius patet hoc intervallum, quam ut sit *unius diei* iter. Ceterum exstat etiamnunc *Arionis* fluvii nomen apud *Ragusinos*, ipsius Maniorum regionis incolas. Diligentissimi exploratoris Pouquevillii *(f)* de Arione hæc verba sunt : *Dans la province de Breno, l'une de celles qui composent les états de Raguse, est la vallée d'*Ombla, *traversée par l'*Arion, *le prince des fleuves souterrains, qu'on voit avec surprise sortir du mont* Bergat.... *Les habitans du pays assurent, sans le prouver, que l'Arion est un écoulement des eaux du lac de* Popovo. Sic liquet Arionem vero nomine fluvium in litore medio Naronem inter et Rhizonicum sinum, collocandum esse. Cf. *Addenda.*

Nisi hæc Pouquevillii verba haberemus, crederemus respondere hunc Scylacis *Ariona* hodierno fluvio *di Brenta*, qui in mare exit versus insulam *Calamota.*

111. Ἀπὸ δὲ τοῦ Ἀρίωνος.... ὁ πλοῦς.....] Hic lacunam subesse suspicor, aut saltem singularem scribendi formam in Scylace reperio. Nempe hic usurpatur τὸ ἀπό.... deficiente meta, quo

(a) *Idiotism.* ed. Hermann, 1822, p. 193. Cf. Matthiæ, S. 303.
(b) Herod. lib. I, cap. 6.
(c) Isocr. *Panathen.* cap. 20, pag. 244, ed. Coray.
(d) Lib. VII, pag. 315, 316.
(e) Loc. cit. part. VII, pag. 317 sqq.
(f) *Voyage dans la Grèce*, tom. I, pag. 25.

diei dimidia perveniatur. Solet tamen Scylax et proficiscendi et adveniendi punctum perpetuo designare; et si forte a loco quolibet, ἀπὸ.., ad alterum nos non proxime perducat, ut in §. 108, p. 311 (ἀπὸ δὲ Ἐσπείδων, κόλπος ἐστὶ...), at saltem nullum ibi, aut fere nullum intervallum subauditur. Si lacunam hic subesse noluerimus, interpunctionem post τὸ ἥμισυ tollamus, et posita tantum virgula, erunt hæc verba ϗ..... ἐνταῦθα, εἰσὶν, quasi meta intervalli ab Arione amne definiti. Sed talem dicendi formam nusquam alibi in Scylace deprehendo, nisi pag. 314, init. Cf. not. 704.

112. Κάδμου ϗ Ἁρμονίας] De conjugio Cadmi et Harmoniæ adi Hesiodum *(a)*, Dionysium *(b)*, Apollonium *(c)*, Apollodorum *(d)*, Prisciani Periegesim *(e)*, et ibidem adnotationes Wernsdorfii *(f)*, Avienum *(g)*, Eustathium *(h)*, et Æschyli schol. *(i)*. Quas rupes, insulas esse *Calamota*, *di Mezza*, *Giupana*, ego suspicor, aut iis valde proximas. De quibus insulis, vide *Pouquevillii* itinera *(k)*.

113. Ἄπωθεν τὸ...] Non adeo sensus hic liquet. Si quis hæc intelligere voluerit, quasi hoc fanum procul ab Arione fluvio litus præternaviganti reperiretur, illud frigeret, quum intervallum ab Arione ad lapides Cadmi et ad fanum supra definiatur. Si vero subposueris hoc fanum esse obpositum Arioni in mare exeunti, et ab eo altum versus distare, sensus ille interpretationem nostram supra de tota phrasis compage tolleret, et lacunam esse pronuntiaret. Forsan quoque significat τὸ ἄπωθεν, situm fuisse hoc fanum in parte Cadmearum rupium ab Arione remotissimarum.

114. Εἰς Βουθόην ὁ πλοῦς ϗ τὸ ἐμπόριον] Puto scribendum esse, εἰς Βουθόην ὁ πλοῦς ϗ Ῥίζονα τὸ ἐμπόριον. De Butua versus est Sophoclis *(l)*: Βουθοίη Δείλωνος ἐπὶ προχοῇσιν ἀνάσσῃ. Apud Ptolomæum scribitur Βουλούα, pro Βουθούα, sive Βουτούα. *Vossius.*

Prorsus latet *numeri* lacuna post ὁ πλοῦς; sed minime indiget vossiana medela hic locus. Stephani de Buthoë hæc verba sunt: Ἔχει δ' ἐπὶ τοῦ μυχοῦ Ῥίζονα πόλιν ϗ ποταμὸν ὁμώνυμον. *Habet in intimo sinus recessu urbem Rhizona, et fluvium ejusdem nominis.* Hic Stephanus Rhizona depingit ceu Buthoæ subditam; tempus autem esse potuit, quum exstaret tantum-

(a) *Theogon.* v. 937.
(b) V. 390.
(c) Lib. I, v. 916; lib. IV, v 518.
(d) *Biblioth.* lib. III, c. 5, §. 4, p. 120, ed. Heyn.
(e) V. 383, 384.
(f) *Poët. minor.* tom. V, pag. 320, 321.
(g) *Descript. orb. terr.* v. 541.
(h) Ad loc. Dionys. cit.
(i) Ad *Sept. ad Theb.* v. 127, 128.
(k) *Voyage en Grèce*, t. I, p. 28 et 31, sqq.
(l) *Iphicl.* fragm. II.

modo juxta amnem Rhizona, emporium quoddam sine nomine, aut emporium Buthoæ addictum, cui in posterum fluminis nomen inditum est. Equidem lego infra ἐχόμενοι τοῦ Ῥιζοῦντος, quæ verba urbis nomen supra memoratum fuisse innuunt. Sed ego contrarium inde concludo : nam legitur τοῦ Ῥιζοῦντος, quod ad fluvium quemdam tantum referri potest; aliter enim haberemus τῆς Ῥιζ... Illud etiam notatu dignum, quod proxima sequantur hæc verba : ἐκ Βουθόης δὲ εἰς Ἐπίδαμνον, nec vero ἐκ Ῥιζοῦντος. Nempe a Buthoa, tanquam ultima urbe, ad alteram regionem transitur.

Hæc urbs Βουθόη, Plinii *(a) Butua* est. Alteram ex Sophocle vocis formam affert Etymologicus magnus *(b)*, Βουθοίη. Mendum irrepsisse suspicor in hunc Sophoclis versum, supra Vossio citatum. Nam non ad ostia Drilonis sedebat Buthoë urbs, sed Rhizonis amnis. Rescribe igitur, quod hexametrum versum rectius stantem reddit, Βουθοίη Ῥίζωνος ἐπὶ...., vel Ῥιζοῦντος.

115. Ἐγχελεῖς] Singulari numero usurpatur Ἔγχελυς Aristophani *(c)*. Censet Mannertus *(d)* hanc adpellationem, et plurimas alias, Scylaci ob ignorantiam locorum male exauditas fuisse ; et ideo sæpe illum discrepare a recentioribus geographis.

116. Ἐχόμενοι τοῦ Ῥιζοῦντος] Ῥιζοῦς Thessaliæ urbs erat : sed ea nihil ad hanc. Puto itaque legendum, ἐχόμενοι τοῦ Ῥίζονος. *Vossius.*

Quid prodest in hujusmodi nominibus ea emendare quæ ad varietates vocum adtinent ! Ceterum amnem ego, non urbem, hic exprimi censeo. Vid. supra not. 114.

117. Πλοῦς... ὁδὸς δὲ] Sic vocem voci Thucydides obponit, dicendo urbem Megaram ἀπέχοντα Συρακουσῶν οὔτε πλοῦν πολὺν, οὔτε ὁδὸν *(e)*. Confer dissertationem Dodwelli in Scylacem *(f)*.

118. Κατ᾽ ἄντιον....] Emendat magnus Salmasius κατ᾽ Οἰδάντιον. *Vossius.*

Si de Salmasii emendatione, κατ᾽ Οἰδάντιον, dixero solam emendatoris auctoritatem ei fidem facere, a vero non aberrabo. Nam cum antea de Œdantio mentionem non fecerit Scylax, haud convenit, ut in designando Dyrrhachii situ eam urbem dixerit e regione Œdantii, de qua

(a) Lib. III, cap. 22.
(b) Ad voc.
(c) Ap. Theocr. schol. ad idyll. XI, v. 10; in *Poët. minor.* Gaisf. tom. IV, pag. 156.
(d) Loc. cit. part. VII, pag. 303.
(e) Thucyd. lib. VI, cap. 49, sub fin. — Conf. *ibid.* cap. 97, segm. 1.
(f) S. XVII, pag. 196, 197.

nihil dixerat, et cujus Stephanus solus meminit, nec addit an ad mare, an in mediterraneo sita fuerit. Sed cum periplum scribat Scylax, oportet eam fuisse ad mare sitam : at si opposita Dyrrhachio ad mare fuisset, vel in litore Italiæ fuit (et de Italia eo loco non agitur), vel in sinu ad os Drilonis prope Lissum. Sed mirum foret, de ea nullam fecisse Cæsarem mentionem, nec alios qui de eo bello scripserunt, cum de Lisso, Acrolisso, Nymphæo in eo litore meminerint. Itaque mallem lectionem vulgatam manere, quæ nihil habeat absurdi, imo cum locorum situ bene conveniat. Nam a Buthoa urbe in Illyrico litore mare flexum incipit, et versus orientem, magno sinu facto, in terras se insinuat, tum recepto Drilone fluvio, paulatim ad occidentem litus recurrit, usque ad promontorium et peninsulam, ubi sita erat Dyrrhachium, et ideo tanta emergit differentia inter maritimum iter rectum, quod brevius, et terrestre, quod per magnum circuitum fiebat ob litoris flexum. Ergo, solo mari intercedente, Buthoa Dyrrhachium spectabat, et erat ex adverso, illa ad septentrionem, hæc ad meridiem, et sic non male Scylax dixit κατ' ἀντίον. *Palmerius.*

Merito κατ' Οἰδάντιον rejicit vir doctus, quum Scylacis mos sit ubique adversativam ponere statim post præpositionem, ante substantivum. Id ab illis nunc invertitur in hoc uno exemplo. In §. 52, p. 268, dicit κατ' ἀντικρὺ δὲ αὐτοῦ : in §. 110, p. 317, scribit κατ' ἐναντίον αὐτῶν. Sed Palmeriana relinquens, aliter existimo Scylacem agere. Nam quum Illyrii distincti sint in varios populos, quorum nonnullos infra quoque nominat, etsi loco multum scrupuloso, videtur hic etiam appellasse populum, in cujus finibus sita est Epidamnus. Sane erit hæc ratio non paullo probatior. Lego igitur : Ταυλάντιοι δέ ἐστιν τὸ Ἰλλυρικὸν ἔθνος. Ptolemæus Ταυλαντίων Δυῤῥάχιον. Hinc Euphorion conjungit Ἄστεα Δυῤῥαχίης τε καὶ ἔθνεα Ταυλαντίνων, apud Stephanum in Δυῤῥάχιον, a quo et ex Eratosthene citatur, ἐχόμενοι οἰκοῦσι Ταυλάντιοι. *Gronovius.*

Ταυλάντιοι legendum esse vidit Holstenius, ut constat ex F. Lucio *de Regno Dalmatiæ*, p. 13. *Hudson.*

Gronovii conjecturam admittere non licet, nisi mutando insuper ἐστιν in εἰσί, et delendo voculam τό. Palmerii ego sententiam eo libentius sequor, quod Mela *(a)* Pliniusque *(b)* scripserint in hoc loco fuisse *Illyrios proprie dictos.*

(a) Lib. II, cap. 3, §. 12, Tzschuck. *(b)* Lib. III, cap. 22.

119. Ὦ ὄνομα Πάλαμνος] Puto eumdem esse ac illum, qui Ptolemæo est Παννάσις. *Vossius.*

Forsan legi debet, ᾧ ὄνομα πάλαι Ἄψος. *Gronovius.*

120. Ὁδὸς ἡμερῶν δύο] Conf. supra not. 117.

121. Ἀπέχει στάδια ν'] De qua Plinius sic (a) : *Apollonia .... VII millia passuum a mari recedens.* Ibidem legitur quoque IV *millia.*

122. Vulgo Καὶ ποταμὸς Δίας] Lege, καὶ ποταμὸς Αἴας. *Vossius.* Hic amnis *Aoüs* aliis adpellatur; sic enim Strabo (b) : τὸν δ' Ἄωον Αἴαντα καλεῖ Ἑκαταῖος. Conf. ibid. Casauboni adnotat. et Palmerii *Græc. antiq.* pag. 141.

123. Καὶ ὁ Αἴας ποταμὸς ἀπὸ τοῦ Πίνδου ὄρους παρὰ τὴν Ἀπολλωνίαν παραρρεῖ] Hæc valde suspicor margini adscripta fuisse, ut præcedentibus καὶ ποταμὸς Αἴας παραρρεῖ τὴν πόλιν, adjiceretur *Æam fluvium a Pindo delabi.* Illud nempe supra prætermisit noster : sed prorsus in tantam verborum repetitionem non incidisset, ut Pindi mentio hic fieret.

124. Πρὸς Ὠρικοῦ] Vir eximius (Vossius) sic transtulit ultima verba : *Ab Orico civitate Oriciæ, quæ intra Ionium sita est, ad mare stadia sunt* LXXX, *ad Amantiam vero stadia* LX. Quæ translatio cum rei veritate pugnat; nam certissimum est Oricum civitatem sitam fuisse ad ipsum maris litus, ut patet ex Cæsare *Civil.* 3, ubi de Cn. Pompeio Oricum expugnare tentante, sic ait : *Tres cohortes Orici tuendi causa reliquit* (Cæsar) *iisque custodiam longarum navium tradidit..... huic officio præerat oppidoque Acilius legatus : is naves nostras in interiorem partem post oppidum reduxit...... Quibus rebus cognitis, Cn. Pompeii filius, qui classi Ægyptiæ præerat, ad Oricum venit..... et reliquis partibus simul ex terra scalis et classe mœnia oppidi tentans.* Ex his Cæsaris verbis luce clarius est, Oricum non fuisse situm stadiis octoginta a mari, sed ad ipsissimum litus. Ergo puto sic exprimi debere Scylacis verba : *Ab Orico magis intra Ionium sinum, quam est Oricia regio, stadia 80 descendit in mare, ab Amantia vero 60.* Sed eos numeros non esse corruptos nollem asseverare; non enim conveniunt iis, quæ supra dixit eodem loco, scilicet ab Apollonia ad Amantiam esse stadia 320. Nam Apollonia a mari distabat stadiis 50, ut ipse Scylax nos docet, ad quod spatium si addas stadia sexaginta, emerget numerus stadiorum 110 ab Amantia ad Apolloniam, per

(a) Lib. III, cap. 23. (b) Lib. VII, pag. 316.

circuitum et maris litus, quod suadet falsum esse numerum stadiorum 350, supra positum; vel vice versa, si numerus 320 verus est, falsos esse alios necesse est. *Palmer.* (*Exerc.* p. 269).

Merito quidem Vossiana deserit vir egregius. Sed quæso quis intelligit ipsius verba! Quid illud est, quod ab Orico magis descendit ad mare! utrum terra, an aqua! utique enim Æas fluvius intelligi non potest; et inter Amantiam et Oricum alius fluvius Ptolemæo ponitur, nimirum Celydnus. Longe alia desiderantur. Scribo : *Εἰς τὸν Ἰόνιον ἡ Ὀρεστιὰς καθήκει ἐς θάλασσαν. Ab Orico magis intra Ionium sinum Orestias ad mare pertinet per stadia* LXXX. *Amantiæ vero stadia sunt* LX. Omnis geographia veritatem hujus conjecturæ probat. Et *καθήκειν ἐς θάλασσαν* non usurpat Scylax pro descendere in mare, sed de latitudine, quam possident ad mare litorales regiones. Sic in §. 32, p. 255, *καθήκουσι κατὰ μικρὸν ἐπὶ τὴν θάλασσαν, exiguum spatium ad mare possident.* Sic et de Arcadia, §. 45, p. 261, 262. *Gronovius.*

Quem locum male prorsus intellexit Vossius; sed imperfectam explanationem suam Palmerio ipsi exprobrare ausim. Quo ille retulit verbum *καθήκει*, *descendit!* Ex ultimis ejus verbis et supputationibus liquet illud pendere ab Apollonia urbe, ut secum reputabat. Sed minime : res agitur hic de flumine Æante, et totum amnis decursum a Scylace expressum agnoscere mihi videor. Sic verba Scylacis impleo : (*οὗτος ὁ ποταμὸς Αἴας*] *καθήκει εἰς θάλατταν*, (*ἀπέχων*) *πρὸς Ὠρικοῦ* (*ὄντος*) *μᾶλλον τῆς Ὠρικίας εἴσω εἰς τὸν Ἰόνιον* (*πέλαγος πεπραμμένου*), *στάδια π'*, *τῆς δὲ* (*πρὸς*) *Ἀμαντίας στάδια ξ'*. Scilicet Aous amnis non recta ad mare delabitur, sed curvato itinere, parallelam litori lineam aliquantisper sequitur, antequam ad occidentem convertatur. Hunc amnis flexum ab Orico ferme et Amantia incipere ait Scylax, et ab utraque urbe distare plus minusve; plus ab Orico quæ in mare altius procurrit, minus ab Amantia utpote magis mediterranea. Fateor equidem hic semel vocem *καθήκειν* de amne usurpari, et semper de regionibus aut promontoriis, quæ ad mare pertingebant. Hæc erunt tui judicii, lector. Fateor etiam in tabulis nostris, Aoum amnem, quavis ex parte, plus distare ab urbibus Orico et Amantia, quam 60 aut 80 stadiis. Mihi prorsus non tollitur omnis dubitatio; sed nulla probabilior suppetit conjectura. Ceterum hallucinatur Gronovius de sensu verbi *καθήκειν*. Pausaniæ locum huc adferam, quem suæ sententiæ convenientissimum vir credidisset, sed contrarium

prorsus, qualem Scylacis ipsius locum judico. Pausaniæ hæc verba sunt *(a)*: Ἀπὸ δὴ τοῦ ὄρους τούτου τὸ ἄλσος ἀρχόμενον πλατάνων, τὸ πολὺ ἐπὶ τὴν θάλασσαν καθήκει. Nempe hic lucus non *magnum spatium ad mare obtinet*, sed *magna ex parte ad mare excurrit.* Verumenimvero alia adsunt verba, quibus Scylax exprimit sensum, quem illuc adfert Gronovius. Noster enim scribit supra p. 247: Παροικοῦσιν οἱ Ἰλλύριοι παρὰ θάλατταν μέχρι......

125. σάδια ξ′] Credo evanuisse literam numeralem σ′ apud Scylacem, eumque scripsisse σάδια σξ′, nam sic quadraret numerus. *Palmerius (b).*

126. Vulgo Ἀγίνταvες ὑπὲρ τῆς Ὠρικίας] Corrige Ἀτίνταvες, ex Strabone, Polybio, Stephano, Lycophrone, aliisque. Apud Thucydidem lib. II *(c)* legitur, Ἀντιτάνες: sed corrupte. Horum regionem Aristoteles Ἀπλανίαν vocat in libello *de Mirabilibus.* Legendum vero est Ἀτιντανίαν. Verum alibi in eodem libello multo corruptius legitur, ἐν τῇ Ἀπολλωνίᾳ τῇ πλησίον κειμένῃ τῆς τῶν Ἀτλαντίνων χώρας, &c... Sed et hic pro Ἀτλαντίνων legendum esse Ἀτιντάνων, non dubitandum. *Vossius.*

127. Vulgo Καὶ Καρίας μέχρι Ἡδωνίας ἐν τῇ Κασπίδι] Locus est adeo corruptus, ut vix similem in Scylace invenias. Quid enim hic facit Καρίας? quid Κασπίδι? præterea an fidem meretur, Atintanas usque Hedoniam Thraciæ extensos fuisse? denique quid hic est Διὸς ὄνομα? Puto, sic restituendum esse totum hunc locum: Ἅπασιν ὅμοροι ἐν μεσογείᾳ Ἀτίνταvες ὑπὲρ τῆς Ὠρικίας καὶ Χαονίας μέχρι Αἱμονίας ἐν τῇ Ἑσπιώτιδι χώρᾳ εἶναι λέγονται. Ἐκ τούτου πεδίον ὠνομασμένον Ἐρυθεία. ἐνταῦθα ὁ Γηρυόνης λέγεται ἥκειν, καὶ τοὺς βοῦς βουκολεῖν. Plurimi enim ex veteribus arbitrati sunt, Herculem non ex ea Erythia, quæ extra Columnas Herculis, boves Geryonis abegisse, sed ex Epiro. Et sic certe sentit Hecatæus, auctor antiquissimus; ut testis nobis est Arrianus, lib. II *(d)*, cujus verba minime pigebit adscribere: Γηρυόνην δὲ, ἐφ᾽ ὅντινα ὁ Ἀργεῖος Ἡρακλῆς ἐστάλη πρὸς Εὐρυσθέως, τὰς βοῦς ἀπελάσαι τὰς Γηρυόνου, καὶ ἀγαγεῖν εἰς Μυκήνας, οὐδέν τι προσήκειν τῇ γῇ τῶν Ἰβήρων, Ἑκαταῖος ὁ λογοποιὸς λέγει· οὐδὲ ἐπὶ νῆσόν τινα Ἐρύθειαν, ἔξω τῆς μεγάλης θαλάσσης, σταλῆναι Ἡρακλέα· ἀλλὰ τῆς ἠπείρου τῆς περὶ Ἀμπρακίαν τε καὶ Ἀμφιλόχους βασιλέα γενέσθαι Γηρυόνην, καὶ ἐκ τῆς ἠπείρου ταύτης ἀπελάσαι Ἡρακλέα τὰς βοῦς, οὐδὲ τοῦτον φαῦλον ἆθλον τιθέμενον. Idem plane legitur apud Eustathium in commentariis ad Dionysium *(e)*, verbis parum mutatis. Illustris de

(a) Pausan. lib. II, cap. 37, init.
(b) *Græc. antiq.* pag. 169, 170.
(c) Cap. 80. Ibi vide var. lect. et not. Dukeri.
(d) Pag. 43, C, D, Stephan.
(e) Ad v. 558, pag. 106, Huds.

hac re locus est apud Aristotelem περὶ Θαυμασίων ἀκουσμάτων: ubi inquit, in Ænianum regione, circa urbem Hypatam, inventam esse columnam, cum antiquissima hac inscriptione:

> Ἡρακλέης τεμένει τε Κυθήρᾳ Περσεφαάσσᾳ
> Τηδορυνῆας ἀγέλην ἐλάων ἠδ' Ἐρύθειαν ἄγων.
> Τὰς δ' ἐδάμασσε πόθῳ Πασιφάεσσα θεά.
> Τῇδε δή μοι τέκνῳ τῷ δ' εὐρύθοντι δάμαρτι
> Νυμφογενὴς Ἐρύθη, δὴ τόδ' ἔδωκα πέδον
> Μναμόσυνον φιλίας, φηγῷ ὑπὸ σκιερᾷ.

Quibus versibus ille statim subjicit, ex eo tempore locum illum in Epiro Erythum appellatum fuisse. Neque enim in Oceano usquam reperiri insulam Erythiam. Sed non possum hic præterire ea, quæ de desolatæ hujus inscriptionis emendatione et illustratione ad me scripsit vir illustris et incomparabilis cl. Salmasius. Verba ejus ex literis excerpta hic apponam. Duæ, inquit, sunt inscriptiones, non una, et totidem quidem versibus constantes. Prima est Herculis, qui τέμενος, hoc est, certum agri spatium consecravit Φερσεφαάσσῃ, sive Proserpinæ, alias Cereris filiæ; hic vero Cytheres, hoc est Veneris, cum per illa loca transiret, abductas boves ex Erythia Epirotica ducens. Hunc eundem Herculem amore illius Φερσεφαάσσης captum fuisse, eadem inscriptio declarat. Jam verba ipsa constituamus, quæ depravatissima sunt in omnibus editis:

> Ἡρακλέης τεμένιζε Κυθήρας Φερσεφαάσσῃ,
> Τῆδ' ἀγέλην ἐλάων, ἐκ δ' Ἐρύθης ἀνάγων,
> Τόνδ' ἐδάμασσε πόθῳ Φερσεφάεσσα θεά.

Potest et legi, ut vulgatum est, Πασιφάεσσα, ut eadem sit ἐπιθετικῶς, quæ Φερσεφάεσσα, *Proserpina omniluca.* Melius tamen Φερσεφάεσσα. Ea est, quæ et Περσέφασσα, aut Φερσέφαττα, et Περσεφόνη, Latinis Proserpina, Cereris filia. Hic dicitur Cytheres filia, id est, Veneris. Certe Venerem et Lunam, eandem esse deam plerique veterum tradiderunt; et Lunam et Cererem eandem. Hercules autem in hac inscriptione, Proserpinæ amore captus traditur; quem et fabulæ eundem cum Dite patre volunt esse. Raptum vero Proserpinæ etiam in Epiro contigisse quidam scripsere, a rege quodam Molotto, quem Ἀϊδωνέα appellarunt. Scripsimus, ἐκ δ' Ἐρύθης ἀνάγων, vel ἀπάγων. Quæ indubitata est emendatio. Non enim in Erytheam duxit armenta Hercules; sed ex Erythea abduxit, sive

Epiroticam velis, sive malis illam ultra Gades. Ἐρύθη pro Ἐρύθεια tralatitium est, ut Πηνελόπη, Πηνελόπεια, Κυθήρη, Κυθήρεια. Ἡρακλέης autem τεμενίζειν dicitur Persephaessæ, qui dat et assignat illi τέμενος. Quod verbum hoc sensu tralatitium, et aliquot locis mihi lectum. Sequitur altera inscriptio, quæ nihil pertinet ad priorem. Erythe νυμφογενής, unde nomen, ut videtur, nactus est ille Epiri locus, consecravit marito, natoque, locum arboribus consitum: mortuis nempe, qui ipsorum monumento cederet, ut mos fuit veterum. Verba ipsa ita mihi videntur constituenda:

> Τηλεδάμῳ τέκνῳ καὶ Εὐρύτῳ ἡ δάμαρ αὐτοῦ
> Νυμφογενὴς Ἐρύθη δὴ τόδ᾽ ἔθηκα πέδον
> Μναμόσυνον φιλίας, φηγῷ ὑποσκιερόν.

Ex τῆδε δέ μοι, fecimus Τηλεδάμῳ, quod est nomen proprium filii Erythes. Nunquam cuiquam, nisi nominatim appelato, istius modi consecrationes fieri solitæ. De Euryto fateor esse divinationem, sive Εὐρύθῳ magis placeat, sive Εἰρύθῳ, ut idem nomen habuerit maritus ac conjux; quia fortasse ex eodem patre, ut illo sæculo non inusitatum. Εἴρυθος autem pro Ἔρυθος, ut εἴελον poetice pro ἕελον. Conjugem esse, quæ marito dedicat hoc monumentum cum agri spatio adjuncto, manifestum est. Falsum igitur, quod editum est, ἠδὲ δάμαρτι. Correximus etiam φηγῷ ὑποσκιερόν, pro φηγῷ ὑπὸ σκιερᾷ, ita sententia postulante. Ineptum quippe esse πέδον dedicare, quod totum tegeretur umbra fagi. At per φηγῷ ὑποσκιερὸν πέδον intelligit fagis consitum et inumbratum, τὸ ἄλσος. Hactenus Salmasius. *Vossius*.

Hunc locum misere depravatum emendavit vir eruditissimus Isaacus Vossius in suis ad hunc auctorem notis, et multa et præclara congessit ad hujus loci intelligentiam: non usquequaque tamen mihi litasse videtur τῇ εὐστοχίᾳ (*felici conjecturæ*): ideo nostram super eo loco sententiam proferre nobis cum sua gratia liceat. Et bene quidem pro Ἀγίλανες legendum censet Ἀτίντανες. Optime etiam meo judicio τὸ Καείας mutat in Χαονίας: sed in sequentibus non satis apte videtur legisse Αἱμονίας ἐν τῇ Ἑστιαιώτιδι χώρᾳ εἶναι λέγοντας. Nam et Scylax postea de Thessalia scribit, quam Αἱμονίαν non vocat, et nimis recedit ea lectio a vulgata. In qua mutatione illud non videtur convenire, quod Æmoniam partem Estiotidis videtur facere, cum sub nomine Æmoniæ antiquo tota

Thessalia comprehendi soleat, et potius dicendum foret Ἑστιώτιδος ἐν τῇ Αἱμονίᾳ, tum addit duas voces, quarum in eo loco nullum est vestigium, nempe ὀκ τύτυ. Præterea cum ex loco Arriani probet Ἐρυθείαν fuisse in Epiro circa Ambraciam, tamen per hanc mutationem eam transferre videtur circa Estiotidem Thessaliæ. Hæc me cogunt doctissimi viri, et nunquam mihi sine honore nominandi, emendationem in hac parte non admittere, sed minima mutatione sic legere: ὑπὲρ τῆς Ὠρικίας καὶ Χαονίας μέχρι Δωδωνίας. Ibi pono punctum: deinde Ἐν τῇ Κάστιδι χώρᾳ εἶναι λέγεται πεδίον ὄνομα Ἐρυθεῖα. Et credo de voce Δωδωνία omnes manus daturos, nam Chaoniam Dodonia sequitur in Molosside, vel etiam Chaoniæ latius sumptæ pars erat, et ut ab Orico Oriciam regionem nominavit Scylax, sic a Dodone celebriore multo Dodoniam fecit. De Castide nihil est, quod dicam : ejus enim seu regiunculæ seu loci alibi, quod sciam, non fit mentio. Sed ideo non est forte exterminanda ex hoc loco ea vox. Nam quot loca, quot regiunculæ fuerunt, quarum auctores, qui ad nos usque pervenerunt, vel semel, vel nunquam fecerunt mentionem! Ideo donec aliunde lux affulgeat, nihil mutandum in ea voce putarem, si mei arbitrii res foret : de eo judicabis, erudite lector. *Palmerius* (*Exercit.* p. 269).

Recte hic doctissimus vir distinctionem ponit ante voculam ἐν. Sed scire oportet a Vossio eam imprudenter vel de industria deletam, quum Hœschelius eamdem servasset post verbum εἶναι male translatam.

Pro ἐν Καστίδι χώρᾳ lege minima conversione Κεστρίδι, quæ prorsus plena ingenii et eruditionis emendatio debetur Luc. Holstenio, viro in studiis his præcipuo. Hunc enim locum ab eo in ejus notulis ad Stephanum pag. 327 innui puto, quem vere vocat vexatissimum. *Gronovius.*

In versione Holstenii apud J. Lucium de regno Dalmatiæ, sic se habent verba Scylacis : *Omnibus hisce gentibus in mediterraneis contermini sunt Atintanes, supra Oriciam et Chaoniam, usque ad Edoniam..... In Chaonia regione exigua quædam insula esse fertur, nomine Erythia. Huc Geryonem venisse..... Hudson.*

128. Ὁ Γηρυόνης] Vide supr. Vossii adnot. Cf. Tzschuckium ad Melam (a). De voc. infra ἥκειν, sensum præteriti referente, cf. Matthiæ *Gramm. gr.* §. 504, 2, et auctorr. laud. ap. *Letronnium* in *Recherch. pour servir à l'histoire de l'Égypte*, p. 111.

(a) Not. exeg. ad lib. III, pag. 182.

129. Κατὰ ταῦτα] Fors. μετὰ. Et contra notat cl. *Bastius (a)* non semel κατὰ male mutatum in μετὰ.

130. Ἐν τῇ Ἠπείρῳ] Hæ voces manifesto posterioris manus additamentum. Nam silet postea Scylax de Epiro, et jam ante nos docuit, sese extendere Illyriam a Liburnia ad Chaoniam. Cf. *Dissert. in Scylac.* §. VII, p. 208 et 209, et *Addenda.*

131. Παρὰ ταῦτα] Hic semel scribit Scylax νῆσος παρὰ ταῦτα. Forsan legendum κατὰ.

132. Σασών] Sic adpellata Straboni; Σασώ Ptolemæo *(b)*, *Sasonis* Plinio *(c)*, et Silio Italico *(d)* *Sasson.* Uberius hodiernum hujus insulæ statum describit *Pouquevillius (e).*

133. Εἰς Ὠρικὸν πόλιν] De situ hujus urbis, et de limitibus Epiri septentrionalibus, paullulum disputarunt Palmerius, Cellariusque *(f)*, viri doctissimi. Scilicet quum Plinius *(g)* incipientem Epirum ab Acroceraunii montibus depinxerit, et alibi dixerit idem ille *(h)* post Oricum incipere Epiri litus, et montes Acroceraunios, quod testatur Mela *(i)*, declarando *primam urbem* esse in sinu Adriatico Oricum, relicta Epiro, relictisque montibus Cerauniis; quumque contra Ptolemæus Oricum exhibuerit ceu *primam Epiri urbem*, inde concludebant viri eximii graviter inter se discrepare Plinium et Ptolemæum. Sed nil mirum quod urbs illa modo Illyriæ, modo Epiro adscripta fuerit. Scilicet dicere quivis potest sese extendere omnino Ceraunios montes ad meridiem ab Orico urbe, nec immerito contra Oricum in his montibus contineri. Acroceraunii enim montes ἐσχατεύοντες, præterita urbe Orico, pertinent septentrionem versus usque ad promontorium nunc dictum *di Linguetta*, vel *di Glossa.* Datis igitur Cerauniis montibus pro septentrionali meta Epiri, Oricum Epirus sibi vindicabit, si Ceraunios montes produxeris usque ad promontorium Sasonis insulæ proximum. Inde duplex apud veteres sententia. Ceterum incaute, ni fallor, Ptolemæum a Propertio falsi damnatum credidere. Propertii *(k)* ad suam Cynthiam hæc verba sunt:

. . . .
Ut te, felici prævecta Ceraunia remo,
Accipiat placidis Oricos æquoribus.

Atqui, ait Palmerius, Cellario probatus, *si necesse Cynthiæ*

(a) Cf. *Indic. Græcit.* ad Greg. *de Dialect.*
(b) Lib. III, cap. 13.
(c) Lib. III, cap. 26.
(d) Lib. VII, v. 481.
(e) *Voyage en Grèce*, tom. I, pag. 41, sq.
(f) *Geograph. antiq.* tom. I, pag. 693, sq.
(g) Lib. IV, ad init. *Epiros.... Acroceraunii incipit montibus.*
(h) ....*Oppidum Oricum ... Inde initium Epiri, montes Acroceraunia*, lib. III, c. 23.
(i) Lib. II, cap. 3, §. 12, ed. Tzschuck.
(k) Lib. I, *Eleg.* VIII.

erat, ab Italia solventi, prævehi Ceraunia, ut Oricum teneret, etiam necesse fuisse videtur, Oricum fuisse ultra Ceraunia in Epiro. At non intellexerunt viri egregii non totam Cerauniorum montium longitudinem Cynthiæ hic prætervehi, sed hanc tantummodo partem quæ in prominente ibi peninsula continetur. Sed hæc obiter; nam nulla in Scylace *Epirus.*

134. Ὠρικοί] Scribe Ὠρίκιοι. Quæ sequuntur, suspecta sunt. *Vossius.*

135. Οἱ δὲ Ἀμαντιεῖς] Totum hunc locum suspectum habuit Vossius, unam vocem ego. Valde suspicor τὸ Ἀμαντιεῖς nihil aliud esse, quam vocem Ἀμαντία, margini primum adscriptam, et postea insertam mutatamque in Ἀμαντιεῖς, orta confusione ex proxima voce εἰσίν. Ceterum hic Amantia, potius ut regiuncula Oriciis addicta, quam vere populus, ostenditur. Ita Stephanus: Ἀμαντία, Ἰλλυριῶν μοῖρα, πλησίον Ὠρικοῦ καὶ Κερκύρας. Semel deleta hac voce Ἀμαντιεῖς (quæ minime apud Stephanum, pro gentis nomine reperitur), clarius oratio fluit: εἰσὶν μέχρι ἐνταῦθα Ἰλλύριοι ἀπὸ Βουλινῶν, quod mire congruit cum his superioribus nostri verbis, quæ post Liburnos, in Illyria scripsit: καὶ παροικοῦσιν οἱ Ἰλλύριοι παρὰ θάλατταν μέχρι Χαονίας. Chaoniam enim nunc ulterius habemus.

136. Vulgo Τὸ δὲ στόμα τοῦ Ὀνέου κόλπου ἐστὶν ἀπὸ Κεραυνίων, &c.] Quisnam sit iste sinus Oneus, nusquam invenio. Novi quidem Oneos, gentem Illyricam: sed quid hi ad rem? tu, si emendatum velis locum, rescribe: τὸ δὲ στόμα τοῦ Ἰονίου, quam lectionem sequentia satis confirmant. *Vossius.*

137. Ὡς φʹ] *Sunt quingenta circiter stadia.* Scribit tamen Strabo, intervallum ab *Hydrunte* ad *Sasonem* insulam esse tantum 400 stadiorum *(a)*. Atqui idem distant ab Italiæ litore obposito et Saso insula et Ceraunii montes. Sed hæc duo mensuræ genera ad idem redeunt, quod luculenter probatur a doctiss. viro *de la Nauze*, in *Mém. de l'Acad. des inscr. (b)*. Nempe geographi græci a romanis hanc freti mensuram mutuabantur, 50 M. passuum constantem *(c)*. Veteres autem Græci, quum millibus romanis decem stadia respondere crederent *(d)*, pro 50 M. passuum, 5000 stadia numerabant, quod hic agit Scylax. Recentiori contra ætate, millibus romanis respondebant octo tantum stadia *(e)*; inde fit, ut Strabo pro 50 millibus passuum, stadia quadringenta numeraverit. Idem supputatur

(a) Lib. VI, p. 281, fin. (p. 431, init.).
(b) Tom. XXVIII, pag. 374 - 379.
(c) Plin. III, cap. 2.
(d) Conf. *Mém. de l'Acad.* tom. XXVIII, pag. 372.
(e) Conf. loc. laud. pag. 373, 379.

in Antonin. Itiner. *(a)*. Ceterum illud διάρμα constat duodecim hodiernis leucis maritimis, quarum viginti unus *gradus* complectitur *(b)*. Scribit Agathemerus *(c)* os hujus sinus esse σταδίων αψ′ (1700 stadiorum); sed illud mendose.

138. Ἔστι τὸ στόμα τοῦ κόλπου] Timeo ne videar paullo facilius interpolationes veluti per insomnia deprehendere. Hic tamen suspicor ἔστι τὸ στόμα τοῦ κόλπου, esse quasi titulum et monimentum marginale præcedentium, oculorum gratia in margine scriptum. Illud mihi suadent, tum locus ipse quem obiter hæc verba tenent, tum ulteriora Scylacis hæc : τὰ δὲ ἐντὸς ὁ Ἰόνιος. Minime enim adjecisset interiora τοῦ διάπλου Ionium sinum esse, si jam hujus sinus os laudavisset.

139. Τὸ δὲ αὐτὸ] Unum idemque esse sinum cum duplici nomine simpliciter adserit Scylax. Strabo *(d)* contra sic de faucibus Ionii et Adriatici sinus, scribit : τὸ μὲν δὴ στόμα κοινὸν ἀμφοῖν ἐστι, διαφέρει δὲ ὁ Ἰόνιος, διότι τοῦ πρώτου μέρους τῆς θαλάττης ταύτης ὄνομα τοῦτ᾽ ἐστὶν, ὁ δ᾽ Ἀδρίας τῆς ἐντὸς μέχρι τοῦ μυχοῦ, νυνὶ δὲ καὶ τῆς συμπάσης. *Fauces sunt utrique communes, eoque tantum differunt, quod priori maris seu exteriori parti nomen* IONII *tribuitur*, ADRIÆ *autem interiori usque ad intimum sinus recessum : quamquam hodie totum mare nomen illud gerit.* Strabonis vestigiis insistit Apollonii scholiastes *(e)*, cujus verba sunt : Τὸ Ἰόνιον πέλαγος τῆς Ἰταλίας, εἰς ὃ ἐκδίδωσιν ὁ Ἀδρίας. διὸ καί τινες αὐτὸ Ἀδρίαν ὀνομάζουσι, κατὰ μετάδοσιν τοῦ ὀνόματος. Eadem repetit Gemistus Pletho *(f)* : ὁ δὲ Ἰόνιος κόλπος, μέρος ἐστὶ τοῦ νῦν Ἀδρίου καλουμένου. Hæc censeo Strabonem ex suo ingenio sumsisse ; scilicet ille conjiciebat *Ionicum* nomen convenire partibus Græciæ proximis, *Adriaticum* contra partibus remotis quæ *Adriam* urbem adluebant. Sed aliter conjicit, qui Hellanici *(g)* hæc verba perpendit : Οἱ Πελασγοὶ ὑφ᾽ Ἑλλήνων ἀνέστησαν, καὶ ἐπὶ Σπινῆτι ποταμῷ ἐν τῷ Ἰονίῳ κόλπῳ τὰς νῆας καταλιπόντες, Κρότωνα (legit Casaubonus Κόρτωνα) πόλιν ἐν μεσογείῳ εἷλον. Tum locus ille, tum nomen ipsum *Ionici* maris, antiquissimas Ionum hinc inde in sinu illo colonias testantur. Imo Dionysius Halicarn. hæc scribit *(h)* : Ἰταλίαν δὲ καλῶ τὴν ἀκτὴν σύμπασαν, ὅσην ὅ τε Ἰόνιος κόλπος καὶ Τυῤῥηνικὸς, καὶ τρίτας περιέχουσιν ἐκ γῆς Ἄλπεις. Hic totum mare Adriaticum aperte Dionysio dicitur *Ionicum*, et quæ quidem

(a) Pag. 489, ed. Wesseling.
(b) Conf. loc. laud. pag. 375.
(c) Lib. I, cap. 3, init.
(d) Lib. VII, pag. 317.
(e) Ad Apollon. lib. IV, v. 308.
(f) *Geographia inedit.*
(g) Apud Dionys. Halicarn. *Antiquitat. roman.* lib. I, cap. 28, pag. 22, lin. 34. ed. Francof.
(h) *Ibid.* lib. I, pag. 8, lin. 33.

adpellatio ad remotissima tempora respicit. De hujus adpellationis antiquitate vide quæ conjicit vir doctiss. *Letronnius (a)*. Ceterum unum et idem esse mare Ionium Adriaticumque censuerunt Marcianus Heracleota *(b)* et Lycophronis schol. *(c)*. Vanum judico quod scribit Palmer. (*Exercit.* p. 44), nupero Poppo probatus (in Thucyd. t. II, pag. 125).

140. Vulgo Ἐν ταύτῃ] In cod. Hervuort. αὐτῇ. *Hæschelius.*

Referendum saltem τὸ αὐτῇ ad νῆσος, nec vero ad πόλις, et sic interpungendum : ....νῆσός ἐστι Κόρκυρα (καὶ πόλις), ἐν αὐτῇ λιμένας ἔχουσα τρεῖς κατὰ τὴν πόλιν. Cf. *Addenda*.

141. Ἡ ἐπὶ τὴν Χαονίαν] Cf. *Dissert.* in Scyl. §. VII, p. 208.

142. Vulgo Λιμὴν, ᾧ ὄνομα Ἔλεο] Puto scribendum Ἔλαια ex Ptolemæo. Unde Ἐλαιάτις χώρα apud Thucydidem *(d)*. Alii videntur hunc portum appellare λιμένα Γλυκύν. Confundit vero hunc vir maximus ad Strabonem, cum palude Acherusia. Sed male, quod e Scylace manifestum sit. Acheron enim prius in paludem Acherusiam defluit : quæ et inde nomen accepit. Inde vero in Portum Dulcem devehitur, marique miscetur. Ita enim Thucydidis verba capienda. *Vossius.*

Magis cum Ptolemæo consentiret qui legeret, Γλυκ.., et suppleret Γλυκὺν λιμένα; nam sic credo scripsisse Scylacem... Portus qui fuit in effluxu Acherontis, ubi Acherusius lacus in mare se exonerat, a Strabone, l. 7, dicitur Γλυκὺς λιμήν.... An distinguendus sit ille portus a lacu, an vero cum illo continuetur,... non liquet ex antiquis. Is. Vossius [supra] Casaubonum reprehendit ex hoc loco Scylacis, quod in notis ad Strabonem confundit Acherusium lacum cum Dulci Portu.... Sed ex Thucydide potius mihi videtur intelligendus Scylax : locus enim Scylacis est corruptus, at ex eo male intellecto quidam in ipsa scaturigine Acherontis lacum ponunt, et quando ait, *In hunc lacum exit Acheron fluvius et lacus Acherusius,* videtur continuare portum cum lacu, cujus aquas secum egerit Acheron, et sic non male, ut mihi videtur, Casaubonus. *Palmerius (e)*.

Etiamnunc suum nomen retinuit hic locus, gallice *Pouquevillio (f)* dictus *port d'Élia.* De Acheronte et lacu Acherusia Scylacis infra, cf. Platonis ludos poeticos in *Phæd.* §. 64, p. 89, ed. Wyttenb.

143. Κασσωπία] Utrumque dicitur et Κασσωπία, et Κασσιοπία. *Vossius.*

(a) *Recherches sur Dicuil*, pag. 173, 174.
(b) Pag. 9, Huds.
(c) Ad Alexandr. v. 604, pag. 69, col. A.
(d) Thucyd. I, 46.
(e) In *Græc. ant.* pag. 182 – 184.
(f) *Voyag. dans la Grèce*, t. II, c. 33, p. 2.

Scribit Procopius *(a)* Κασώπη, quod Josephus Scaliger emendat in τὸ Κασιώπη. Hic fors. rescrib. Κασσωποί εἰσιν.

144. Ἕως εἰς τὸν Ἀν. κ.] Obscurius vetus interpres vertit: *pertingunt usque ad sinum Anactorium.* Plura Scylax ait.

145. Τοῦ σ7όματος] Vossius *ab alveo;* quod non intelligo, quum græca sint commodissima. *Gronovius.*

Liquet aperturam hujus sinus a Scylace collocari, non in ore illo quod mari propius est, et urbem hodiernam *Prevesa* adluit; sed in ulteriore ore illo, quod promontoriis *Scaphidi* et *della Madona* coarctatur. Nempe versus sinum Anactoricum navigantibus, transeundum est per alterum sinum, nunc dictum *bassin de Prevesa.* Conf. tabul. geogr. quam cl. *Barbié du Bocage* adnexit Pouquevillii itinerario *(b).* Sic intelligitur cur extra sinum Anactoricum Scylax urbem Anactorium recte posuerit. Hallucinatur *Danvillius*, judice ipso *Barbié du Bocage (c),* quum scribit *Anactorium* urbem priorem intrantibus sese obviam offerre, ulterius contra *Actium (d).* Imo prior adparet *Actium*, posterior intus *Anactorium.* Testis adest, ni fallor, sententiæ meæ Dionysius Halicarn., his verbis *(e)*: Ἄραντες δὲ αὐτόθεν (scilicet a Leucadiorum peninsula), καὶ ἐπὶ τὸ Ἄκτιον ἐλθόντες, ὁρμίζονται τοῦ Ἀμβρακικοῦ κόλπου πρὸς τὸ ἀκρωτήριον. Quod vetus interpres sic vertit: *Hinc ad Actium delati, stationem habuerunt in Ambracici sinus promontorio,* et quod sic ego: *Hinc ad Actium delati, stationem petunt versus Ambracici sinus promontorium.* Nempe quum ad Actium devenere, nondum in sinu ipso sunt; sed inde navigatione iterum facta, ad promontorium adpellunt, quo sinus aditus coarctatur. Conf. infra not. 158, et *Addenda.*

146. Μολοτ7οί] Cod. Hervuort. Μολοτ7ία. *Hæschelius.*

Utrumque recte. Latini *Molossiam* vocant. Fallitur autem vir maximus Carolus Sigonius, quod *Molosos* scribere conetur pro *Molossis* apud Livium; ut recte in omnibus codicibus legebatur: eo scilicet quod sic in vitioso Stephani codice foret scriptum. *Vossius.*

Si Μολοτ7ία legeris, rescribendum postea ἐστίν.

147. Μετὰ δὲ Μολοτ7ίαν] Sequitur hic præternavigationem Scylax in sinu Anactorio.

148. Ἀμβρακία] Amplectitur vox Ἀμβρακία, ut sequentia

(a) *Gothic.* lib. IV, pag. 354, lin. 43.
(b) *Voyage dans la Grèce*, tom. II, sub fin.
(c) Cujus adi *Græciæ Tabul. geogr.* Hodiernam veteris *Actii* sedem censet vir doctiss. esse *Ponta*, oppositam civitati *Prevesa.*
(d) D'Anville, *Geogr. anc.* t. I, p. 252.
(e) *Antiquitat. roman.* lib. I, pag. 40, lin. 34.

demonstrant, et territorium hujus nominis, et urbem a qua adpellationem suam ducit regiuncula. Id ipsum scribit auctor Etymolog. magni : Ἀμβρακία πόλις Ἠπείρου, ἀφ᾽ ἧς ἐκλήθη Ἀμβρακία ἡ χώρα (a). Ceterum hæc civitas apud Etymolog. *Epiro* adscribitur, at *Thesprotiæ* apud Stephanum (b). Refert idem Stephanus alibi (c), hanc urbem primum *Paraliam* dictam fuisse, deinde *Epuïam*, antequam Ambracia vocaretur. Tandem illa nuper dicta *Nicopolis* (d). Meminit insuper Stephanus nominis cujusdam Δεξαμεναί, de quo sic : Δεξαμεναὶ, μέρος τῆς Ἀμβρακίας.... Ibi anceps hæret doctiss. Berkelius, *quid hoc loco Ambraciæ nomine intelligat Stephanus, utrum urbem, an vero regionem*. Notat ibidem ille fere similiter scripsisse Stephanum : Ἀχραδινὴ, μοῖρα Συρακουσῶν. Atqui ad idem hic redeunt et μέρος et μοῖρα, nempe de urbis parte intelligenda sunt. Nam si Stephanus regionis partem exprimere voluisset, prorsus scripsisset Δεξαμεναὶ, πόλις τῆς Ἀμβρακίας. Ceterum si hunc Stephani locum cum Scylacis verbis contulerimus, licebit conjicere Δεξαμενάς fuisse μέρος hujus munimenti portusque Scylaci memorati, unde rem piscatoriam incolæ exercebant. Forsan quoque Stephanus innuit partem urbis, ubi aquæductus erant, unde sumtum id nomen. De scribenda voce Ἀμβρακία per π vel per β, cf. doctiss. Tzchuck. (e), et Poppo ad Thucyd. t. II, pag. 140, n. 14.

149. Στάδια π᾽.] Doctissimo *Corayo*, gallico Strabonis interpreti, visum est hic mendum latere, et pro Π [80] Η [8] legendum esse. Nempe hæc in Strabone legerat : παραῤῥεῖ δ᾽ αὐτὴν (πόλιν Ἀμβρακίαν) ὁ Ἄραχθος ποταμὸς, ἀνάπλουν ἔχων ἐκ θαλάττης εἰς αὐτὴν, ὀλίγων σταδίων.... (f). Habuit vir cl. ducem hujus sententiæ Berkelium (g), et hæc pauca Strabonis stadia, octo fere esse censuit, ex eo quod *Sponius* (h) Ambraciæ ruinas a mari tertia leucæ parte, id est, octo ferme stadiis recedentes agnoscere crediderit. Nuperus contra ejusdem regionis explorator Pouquevillius (i), majorem quam stadiorum 80 viam se ex urbe egisse compertum habuit; ideoque 120 stadia pro 80 in Scylace desiderat. Ego Scylacis vulgatam lectionem, quam Dicæarchus repetitione ipsa confirmat (k), integram

(a) Conf. Palmer. *Græc. antiq.* lib. II, cap. 7, pag. 300.

(b) Voc. Ἀμπρακία.

(c) Voc. Ἐπυΐα.

(d) Conf. Strab. VII, 325 (pag. 501, A, Amstel.). Lycophr. schol. *ad Alex.* v. 671.

(e) Ad Mel. lib. II, not. exeg. pag. 332.

(f) Strab. lib. VII, pag. 325 (pag. 500, C, Amstel.)

(g) Adnot. ad Stephan. voc. Ἀμπρακία.

(h) *Voyage d'Italie*, tom. I, pag. 82.

(i) *Voyage dans la Grèce*, t. II, cap. 35, pag. 80.

(k) *Stat. græc.* v. 28.

servari velim. Ceterum Strabo ita intelligi potest, quasi non res ibi ageretur de navigatione *usque ad urbem*, sed de loco quodam fluminis, ad quem naves, *versus urbem tendentes*, pervenire tantum poterant. Forsan quoque, si usque ad 80 stadia non surgeret Scylacis numerus, ad idem redirent *pauca* hæc Strabonis stadia, et Scylacea stadia. Exempli enim gratia, quum latitudinem corinthiaci isthmi quadraginta stadiorum esse Strabo dixerit, hanc eamdem ὀλιγοστάδιον αὐχένα Eustathius *(a)* adpellavit. Ut ut sit, erravit *Sponius* de Ambraciæ ruinis, ubi jacerent. Nam sat procul ab amne illas reperit, nec vero in ora ipsa, sicut apud omnes constat. Quod ad Pouquevillium adtinet, qui Ambraciam contendit respondere hodierno loco *Rogous,* non adsentientem ille habet doctiss. *Barbié du Bocage :* nempe vir cl. Ambraciam arbitratur esse hodiernum locum, dictum *Louro*. Atqui hic locus mari propior, quam *Rogous*.

150. Τεῖχος] Quæ quidem vox apud veteres geographos haberi solet pro munimento ad portus tegendos ædificato; quod jam vidit Vossius. Cf. *Dissert.* nostr. in Scylac. §. XI, p. 213.

151. Καὶ λιμὴν κάλλιστος] De eo portu cum Scylace consentit Strabo. Sed videtur pugnare Lucanus, qui lib. V *(b)* dixit :..... *oræque malignos Ambraciæ portus*. Quod dissidium ut solvatur, intelligo illum Ambraciæ portum magnum et securum fuisse, sed difficilis accessus et maligni. *Palmer. (c)*.

Cujus portus nulla vestigia hodie supersunt, teste *Pouquevillio (d)*.

152. Ἐντεῦθεν ἄρχεται ἡ Ἑλλὰς συνεχὴς εἶναι] Ipsissima exstant apud Dicæarchum *(e)*.

> Ἡ δ' Ἑλλὰς ἀπὸ τῆς Ἀμβρακίας εἶναι δοκεῖ
> Μάλιστα συνεχὴς τὸ πέρας· αὕτη δὲ ἔρχεται
> Ἐπὶ τὸν ποταμὸν Πηνειὸν, ὡς Φιλέας γράφει,
> Ὄρος τε Μαγνήτων Ὁμόλην κεκλημένον, &c.

Secundum illum versum sic lege : Μάλιστα συνεχὴς τὸ πέρας αὐτῆς δ' ἔρχεται. *Vossius*.

Græcia incipit esse συνεχὴς, id est, *continua*. Scilicet quum

(a) Ad Dionys. Perieg. v. 403, l. 24, Huds.
(b) V. 651, 652.
(c) *Græc. antiq.* lib. II, cap. 7, pag. 315.
(d) *Voyage en Grèce*, tom. II, cap. 35, pag. 79.
(e) *Stat. Græc.* v. 31, sqq. pag. 3, Huds.

permultas græcas civitates hinc inde Scylax apud ceteras gentes nominaverit, quæ *Græciam* ipsam esse omnino existimat (nam Ἑλλάδος nomen, quidquid loci græcam originem habuit, in se complectitur), nunc continuam, nec interruptam græcarum civitatum seriem descriptum iri nuntiat. Est Ἑλλὰς συνεχής gallice, *la Grèce formant un corps.* Idem intelligendum tradit, et iisdem verbis Dicæarchus *(a)*, quem male vertit vetus interpres sic : *Græcia ab Ambracia esse videtur maxime extensa.* Confer infra not. 348.

153. Ὁμολίς] Apud ceteros; si Plinium Stephanumque excipias, *Homolium* mons tantummodo est. Quem Strabo *(b)* Ὁμόλιον vel Ὁμόλιν adpellat; Theocritus *(c)*, Ὁμόλας ἐρατὸν πέδον, apud quem scholiastes sic, Ὅμολος δὲ Θετταλίας ὄρος, ἔνθα τιμᾶται ὁ Πάν; Dicæarchus *(d)*, Ὁμόλην; Pausanias *(e)*, Ὁμόλην; et simili adpellatione Stephanus. Reperitur quoque apud eumdem Ὁμόλιον, πόλις Μακεδονίας καὶ Μαγνησίας; sed de diversis omnino locis nunc agitur. Ὁμόλην ait etiam Θεσσαλίας ὄρος esse Apollonii scholiastes *(f)*. Antiquitatem vero Peripli illud insuper testatur, quod hujus urbis Homolii vel Homolæ plerique obliti sint, duoque tantum præter Scylacem scriptores, Plinius *(g)* Stephanusque, meminerint. Inde conjicere licet hanc urbem jamdudum deletam fuisse, et quasi restitutam a duobus recentioribus, in quorum libris (ut ait ipse de se Plinius in elencho tertii libri), *continentur oppida, portus, &c....qui sunt aut fuerunt.* Originem hujus urbis referre videtur Pausanias *(h)*, narrando Thebanos aliquot exsules, ante Trojam captam, hunc montem incoluisse, donec eos Thersandrus, Polynicis filius, in patriam revocaret. Potuerunt alii eumdem locum derelictum occupare usque ad Scylacis ævum. Cf. *Dissert.* nostr. in Scylac. §. XII, p. 214.

154. Ἄργος τὸ Ἀμφιλοχικόν] De origine hujus urbis, vide Thucyd. lib. II, cap. 68; Strabon. lib. VII, pag. 325, 326. Cf. Tzschuckium in Melam. *(i)*. Hodiernum est hujus urbis nomen, fluctibus obrutæ, *Philo-Castron* aut *Philochio* *(k)*.

155. Καὶ Εὔριπος] Quid sit *Euripus* civitas, nescio. Sed legere ex arbitrio Ἔχινος cum Gronovio *(l)*, quamvis mihi

(a) V. 31, 32.
(b) Lib. IX, pag. 443.
(c) *Idyll.* VII, v. 103.
(d) V. 34.
(e) Lib. IX, cap. 8.
(f) Lib. I, v. 594.
(g) Lib. IV, cap. 9.
(h) Loc. cit. pag. 728.
(i) Not. exeg. ad lib. II, cap. 3, §. 10, pag. 335.
(k) Conf. *Voyage de Pouqueville en Grèce*, tom. II, pag. 106.
(l) *Vid.* proximam infra Gronovii not.

displiceat, forsan conveniens aliis erit. Equidem incognitum vetusque nomen in veteri geographo servari malim, quam vestigia antiqua, si modo in recentiori geographia non amplius adpareant, tollere.

156. Vulgo καὶ Οὐελπὸν ἐν τῷ Ἰκονίῳ] Monstrum est hæc lectio, nec facile est dicere, quid reponendum sit : ex ordine tamen locorum posset quis suspicari legendum esse, καὶ Ἱερὸν ἐν τῷ Ἀκτίῳ, *et sacrum in Actio.* — *Palmerius* (*Exercit.* p. 270).

Recte profecto vir doctissimus ita adpellat, licet taceat prior editor. At mihi nec præcedens Euripus illa Acarnaniæ uspiam apparet. Et difficile probatu erit, id sacrarium tempore Scylacis illic jam fuisse. Imo locus Actii posterioris videtur notari in illis λιμὴν ἀκτή. Itaque legere tentabam καὶ Ἔχινος, καὶ Θύρειον ἐν τῷ Ἰονίῳ. Notum utrumque oppidum Stephano in Acarnania. *Gronovius.*

Neuter mihi conjecturam probat. Palmerius enim a vulgata lectione liberius et ad arbitrium recedit. Gronovius autem sequentibus Scylacis verbis repugnantia proponit, quum in mari Ionio plures urbes, Argosque præsertim collocaverit, quæ in sinu Anactorio reponendæ sunt. Scylax enim postea : ἔξω τοῦ Ἀνακτορικοῦ κόλπου κ. τ. λ. Sic palam noster urbes in sinu conclusas ab urbibus extra sinum positis distinguendas curavit. Omnino igitur pro ἐν τῷ Ἰκονίῳ legendum ἐν τῷ κόλπῳ. Scilicet τὸ ἰῶτα quod ad latus articuli adpositum erat (προσγεγραμμένον), utpote majusculis exarati, ΤΩΙ, librarius oscitans sequenti voci adfricuit. Imo has literas ΛΠΩΙ (λπῳ) legebat ille, quasi ΝΙΩΙ (νίῳ) scriberetur, quia confusæ procul dubio in veteri codice quodam illæ erant, et hanc scripturam ΛΠΩΙ, male junctis Λ et Π, referebant. Inde Ἰκονίῳ pro κόλπῳ prave nobis traditur. Ceterum pro Οὐελπὸν lego Θυρεῖον cum Gronovio. Reperio enim, tum Stephanum scribentem, ἔστι καὶ Ἀκαρνανίας Θυρεῖον, tum Livium *(a)*, urbem eamdem Tyrrheum jam vocatam, in mediterraneis Acarnaniæ partibus sitam esse innuentem : quod interpretationi nostræ sat congruit.

157. Ἔξω τοῦ Ἀ. κ.] Scribitur in cod. Hervuort. κόλπου αὐτοῦ Ἀνακτόρειον. *Hœschelius.*

158. Ἀνακτόρειον] De situ hujus urbis vide quæ jam supra adnotavimus *(b)*. Adde, nuperum viatorem *Cousinery* in loco hodie dicto *Asio* reperisse plurima numismata Anactorii

(a) Lib. XXXVI, cap. 2. *(b)* Not. 145.

nomen referentia, et ibidem procul dubio collocandam esse antiquissimam hanc civitatem. Confer etiam inscriptionem quam doctiss. *Boissonadus* inseruit ad calcem *Holstenii Epistolarum (a).* Notandum, quod apud Thucydidem *(b)* Corinthii, ut amicas circa Leucadem urbes tutarentur, castra posuerint in litore Thesprotiæ et ἐπὶ Ἀκτίῳ. Atqui sedem in anfractu remoto sinus minime collocassent : sed in eminenti litore, unde facile omnia prospicerent, et facile invaderent in hostes.

159. Καὶ λιμὴν Ἀκτή] Id accipiendum de Acta Acarnanum urbe, de qua vide Stephanum. *Vossius.*

Nec si Acta accipiatur de urbe, ut monet Vossius, ideo potest dici λιμήν (nam si est urbs, cur portus dicitur), nec Græcis dicitur λιμὴν ἀκτή. Sed distingui debet Ἀνακτόριον καὶ λιμήν. Ἀκτὴ καὶ πόλις Λευκὰς καὶ λιμήν. Post Anactorium et portum ejus dicit sequi actam et urbem Leucadem ac portum. Post hæc scribit nob. Grentemesnilius in *Græcia antiqua*, p. 406 : Ἀκτὴ ἀνέχει ἐπὶ τὸν Λευκάταν, *Acte erigitur in Leucatam. — Gronov.*

160. Vulgo Αὕτη ἀνέχει ἐπὶ τῶν Λευκαταιῶν] Illustris vir, cl. Salmasius, sic hunc locum emendavit : Αὕτη ἀνέχει ἐπὶ τὸν Λευκάταν, ὅ ἐστιν ἀκρωτήριον· πόῤῥω δὲ τῆς θαλάττης αὕτη ἡ πόλις ἣν τὸ πρὶν καὶ Ἐπιλευκάδιοι ἐπωνομάζετο. *Vossius.*

An non potius, αὕτη ὄνομα ἔχει ἐπὶ τοῦ Λευκάτα, οὗ ἐστιν ἀκρωτήριον Κριθωτὴ ἐν τῇ θαλάττῃ? Crithoten hanc videbis notam geographis ut ἄκραν Ἀκαρνανίας. *Gronovius.*

In emendatione Vossiana aliquid desiderari mihi videtur; nam sibimet contradicunt verba. Si enim urbs erigitur in Leucata promontorio, quomodo dicitur fuisse longe a mari? Itaque pro αὕτη ἀνέχει, legerem libenter ἀκτὴ ἀνέχει, minima mutatione et optimo sensu. *Palmerius (c).*

Temere a Scylacis verbis aberrat Gronovii emendatio; optandam prorsus Salmasii conjecturam saltem ex parte sequimur. Porro legimus : Αὕτη ἀνέχει ἐπὶ τὸν Λευκάταν, ὅ ἐστιν ἀκρωτήριον πόῤῥω ἐν τῇ θαλάττῃ. Αὕτη ἡ πόλις τὸ πρὶν καὶ Ἐπιλευκάδιοι ἐπωνομάζετο. Parum sensit cl. vir Salmasius discrepare hanc suam lectionem πόῤῥω τῆς θαλάττης, cum sequentibus verbis, quod jam deprehendit cl. Palmerius. *Epileucadiorum* enim civitas, quid aliud, quæso, significat, præter *urbs eorum qui* ἐπὶ τῇ ἀκροτάτῃ κορυφῇ τοῦ ὄρους *sedent?*

161. Αὐτοὶ ἔχουσιν] Meminit Dionysius Halicarn. temporis,

(a) Pag. 418, sqq.
(b) Lib. I, cap. 30.
(c) In *Græc. antiq.* lib. III, cap. 10, pag. 405, 406.

quo Acarnanes etiam hunc locum olim tenebant *(a)*; adjicitque auctor idem, Leucada, Corinthiis ademtam, Acarnanibus restitutam fuisse a Romanis *(b)*.

162. *Αὕτη δὲ ἔστι νῦν νῆσος τὸν ἰσθμὸν ἀποτεταφρευμένη*] Thucydidis ætate peninsula etiamnum erat Leucadia. Scylacis autem tempore, aut non multo ante, videtur hic isthmus perfossus fuisse. Postea rursus obstructæ sunt humo istæ angustiæ. Plinius, lib. IV, cap. I : *Leucadia peninsula, quondam Neritis appellata, opere accolarum abscissa a continenti, ac reddita ventorum flatu congeriem arenæ accumulantium, qui locus vocatur Dioryctos, stadiorum longitudine trium.* Ipse tamen Plinius, lib. II, cap. 90, adversari sibi videtur, cum inquit, *mare perrupisse Leucada :* cum hic tamen dicat, opere accolarum abscissam esse a continenti. Sed bis puto redditam esse continenti. Nam Livius *(c)* (*si prior pars hujus libri Livio adscribenda sit*) diserte testatur, belli Philippici tempore peninsulam fuisse. *Leucadia nunc insula est, vadoso freto, quod perfossum manu, ab Acarnania divisa. Tum peninsula, et ab occidente regioni arctis faucibus cohærens.* Sic scribendum. Tempore Livii, et Strabonis, et etiam aliquanto antea, constat insulam fuisse. Postea vero rursum continenti annexa est. Nec enim aliter Plinius sibi constat. *Vossius.*

Multum abest quin diffugiant omnino cum Vossii verbis, de Leucadiæ mutationibus tenebræ. Minime curavit vir egregius veteres scriptores inter se diligenter conferre, et geographiæ quasi chronologiam perpendere. Scilicet primum, male intellexit hæc Plinii verba, *mare perrupisse Leucada,* quæ non ad verbum hic habenda sunt, si modo capitis laudati titulum consideraveris : *de terris in totum mari permutatis.* Hæc prorsus peninsulæ abscissionem quamcumque tantum exprimunt, et iisdem omnino adludunt, quæ alibi aliter Plinius reddit. Sic in errorem abreptus vir, bis voluit Leucadiam redditam fuisse continenti, id est, ter peninsulam fuisse et bis insulam. Imo ex sequentibus locis liquet, peninsulam fuisse ex principio Leucadiam, postea insulam, mox iterum peninsulam et iterum insulam, ut etiamnunc reperitur *(d)*. Homerus *(e)*, a Strabone ipso laudatus *(f)*, Νήρικον, civitatem quamdam, *ἀκτὴν Ἠπείροιο*, id est, Epiri peninsulam

(a) *Antiquitat. roman.* lib. I, pag. 40, lin. 30.

(b) Loc. cit. pag. 41, lin. 20.

(c) Lib. XXXIII, cap. 17.

(d) Conf. Sainte-Croix, in *Mém. de l'Acad.* t. XLII, p. 372.

(e) *Odyss.* XXIV, v. 376, 377.

(f) Lib. X, pag. 452.

memorat. Ex eodem Strabone *(a)* discimus Corinthios quosdam a Cypselo missos, hanc peninsulam incoluisse, et perfosso isthmo insulam fecisse. Quam migrationem testatur Herodotus *(b)* his verbis : Λευκάδιοι..... ἔθνος ἐόντες Δωρικὸν ἀπὸ Κορίνθου; quod opus Leucadiorum anno fere 650° ante Christum peractum fuit, Cypseli ætate; nil ergo mirum, quod Scylax Leucada ἀποπεφραγμένην dixerit, quippe qui anno circiter 500° ante Christum vixerit. Ad hanc ætatem eamdem respicit insula Λευκάς in Scymno Chio *(c)*. Facta tum insula Leucas Dodwellum latuit, qui ex Homero usque ad bellum peloponnesiacum eam fuisse peninsulam adserit *(d)*. At paullo post Scylacis ætatem, vivente forsan Herodoto, *arenarum ista congeries*, de qua Plinius, insulam reddidit continenti. Thucydides enim *peninsulam* Leucadiorum tantum novit, quum Lacedemonii, septimo belli peloponnesiaci anno, naves sexaginta, quæ apud Corcyram erant, per Leucadium isthmum clam transportaverint, ut ad Pylum redirent αἱ (νῆες) ὑπερενεχθεῖσαι τὸν Λευκαδίων ἰσθμόν *(e)*. Peninsulam quoque memorat Dicæarchus *(f)*, anno circiter 300 ante Christum; imo florente Philippo, Persei patre, anno 197 ante Christum, etiamnum Leucadia peninsula erat, nec desierat esse ex Thucydidis ætate. Hæc diserte testatur Livius *(g)* in loco quem paullo supra Vossius adtulit. Dum viveret autem ipse Livius, insula rursum erat Leucadia, ut locus idem discendum tradit; et insula etiam Dionysii Halicarn. ætate *(h)*. Nescio an postea alias vices perpessa sit hæc insula : sed nihil aliud agit Plinius *(i)*, quam breviter hæc ipsa omnino referre, quæ uberius ego ex veterum testimoniis confirmare volui. Prorsus insula erat Leucadia Plinii ævo, qui paullo junior Livio tantum fuit. Sed *insulæ* nomen Leucadiæ iterum non tribuit, quia omnibus hæc res comperta erat, et relatu inutilis.

163. Vulgo Φαρα] Puto legendum Φεραί. Ea autem civitas Ætolorum apud Stephanum, et Eustathium in comment. ad Homerum, qui ex eo hausit. Sæpe enim civitates Ætolorum et Acarnanum, confunduntur. *Vossius.*

164. Vulgo πόλις Ἀλύζια] Scribe cum Salmasio Ἀλυζεία. *Vossius.*

165. Κάρνος] Stephanus, Κάρνος νῆσος Ἀκαρνανίας. *Vossius.*

(a) Loc. cit. (pag. 693, C).
(b) Lib. VII, cap. 45.
(c) *Orb. descript.* v. 464.
(d) In *Dissertat. in Scylac.* §. VIII, init. pag. 179.
(e) *Thucyd.* lib. IV, cap. 8. Cf. *ib.* III, 94.
(f) V. 49.
(g) Lib. XXXIII, cap. 17.
(h) Conf. *Ant. rom.* lib. I, p. 40, lin. 33.
(i) Lib. IV, cap. 1.

Nusquam, quod sciam, mentio fit hujus *Carni* Acarnaniæ.

166. Οἰνιάδαι] Salmasius Οἰνειάδαι, ut omnes. *Vossius.*

Dicta Οἰνιάδαι Thucydidi II, 102, Polybio IV, 45 et IX, 33, Stephano voc. Ἐρυσίχη, Dionysio Halic. *Antiq. rom.* I, p. 41, l. 22, et ceteris. Cf. Palmer. *Græc. ant.* p. 398, sqq. Sic melius rescripsissem apud Scylac. Aiunt quidem Vossius, et Casaubonus ad Strab. p. 705, interdum Οἰνειάδαι scribi. Sed Stephanus unus, quod sciam, ita habet ad voc.; sed ipse voc. Ἐρυσίχη scripserat Οἰνιάδαι, et censet Berkelius in secundo loco ita legendum esse. Quæ civitas olim Ἐρυσίχη dicta, teste Stephano. Cf. Strabonem, lib. X, p. 705, 706, qui, dum scribit Stephanus, voc. Ἐρυσίχ. : τὴν χώραν τῶν Οἰνιαδῶν πᾶσαν, Ἐρυσίχην *apud quosdam* vocari, distinguere contra videtur Erysichæos ab Œniadis, quod jam vidit Welkerus in *Fragm. Alcm.* p. 27, 28. Nempe Strabo, Œniadas postquam supra retulerit, adjicit hæc p. 706 : τῆς δὲ μεσογαίας κατὰ μὲν τὴν Ἀκαρνανίαν Ἐρυσιχαίους τινάς φησιν Ἀπολλόδωρος λέγεσθαι. Scribit Thucydidis scholiastes ad l. II, 102, hanc urbem sua ætate adpellatam fuisse *Dragamesten*, quæ antea *Œnias* dicebatur : Οἰνιάς, πόλις ἐστὶν ἐν τῷ στομίῳ τοῦ Ἀχελώου, ἡ καὶ νῦν Δραγαμέστη λεγομένη.

167. Καὶ εἰς ταύτας] Id est, ad Astacum et ad Œniadas. Sæpe Scylax urbes memorat quæ in mediterraneis partibus sunt, sed ad quas navibus perveniebant. Idem illud vel historicis usitatum, et Herodoto passim, tum II, 4, fin., de Ægyptiaco *lacu Mœrios*, ἐς τὴν ἀνάπλοος ἀπὸ θαλάσσης ἑπτὰ ἡμερέων ἐστὶ ἀνὰ τὸν ποταμόν. Cf. Thucyd. I, 104; Pausan. IV, 34 init., et quos laudat Letronnius ad Strab. *trad. franç.* t. V, p. 216. Scilicet mercaturæ præsertim gratia geographicas res scribebant, quod periplorum omnium propositum fuisse innuit Strabo, his verbis, p. 13, B :... οἱ τοὺς λιμένας καὶ τοὺς περίπλους καλουμένους πραγματευθέντες, *qui portus et periplos, ut vocant, describere decreverunt*.... Hic Strabo ostendit fere idem esse, et periplos componere, et portus, ubi mercatura agitur, designare.

168. Παράπλους ἐστὶν ἡμερῶν δύο] Noctes sæpissime sub diebus comprehenduntur a Scylace, ut et hic. Nam alii duorum dierum et noctium præternavigationem Acarnaniæ taxant. Dicæarchus (vs. 56, 57) :

> .....ἡμερῶν δὲ καὶ νύκτων δύο
> Ἔσθ' ὁ παράπλους αὐτῆς· ἔχεται δ' Αἰτωλία.

Vulgo pessime apud Dicæarchum, ἡμερῶν δέκα καὶ νύκτων δύο. Quod miror alios non observasse. *Vossius.*

Fors. excidit καὶ νήσων ex textu nostro, quod potius ego suspicor.

169. Ἤπειρον ποιεῖ] Hæc Herodotus *(a)* de amne Achelöo: Ὃς ῥέων δι' Ἀκαρνανίης, καὶ ἐξιεὶς ἐς θάλασσαν, τῶν Ἐχινάδων νήσων τὰς ἡμίσεας ἤδη ἤπειρον πεποίηκε. Confer etiam Thucydidem, plura de illis insulis conjicientem *(b)*: Μέγας ὢν ὁ ποταμὸς [Ἀχελῶος] προσχοῖ αἰεὶ, καὶ εἰσὶ τῶν νήσων αἳ ἠπείρωνται· ἐλπὶς δὲ, καὶ πάσας οὐκ ἐν πολλῷ τινὶ ἂν χρόνῳ τοῦτο παθεῖν. *Hic fluvius, quoniam est magnus, limum semper aggerit: nonnullæ etiam illarum insularum factæ sunt continentis pars; et credibile est ceteris quoque, non admodum longo temporis progressu, idem eventurum.* Quæ autem conjecerat Thucydides, nisi omnino perfecta vidit celeberr. Wood *(c)*, at saltem continuo pergentem labore fluvium agnovit, et insulas jam plures continenti junctas.

Conf. Plinium *(d)*, Strabonem *(e)*, Pausaniam *(f)*, Dionysium *(g)*, Eustathium *(h)*, auctorem Παραφράσεως in Dionysium *(i)*, et adnotat. doct. *Barbié du Bocage,* ad Peregrinationes *Chandleri (k)*.

170. Ἐχινάδες] De quibus cf. doctiss. *de la Porte du Theil* in notis ad Strabonem *(l)*, et Tzschuckium ad Mel. *(m)*.

171. Αἰτωλία] Cf. quæ congessit de Ætolia Tzschuckius ad Melam *(n)*, et adde quod fuerit et Αἰτωλίς Lycophroni *(o)* dicta. Regnantibus Constantio et Constante, *Ætolia* totam *Epirum* amplectebatur, quod nos docet auctor latinus *Expositionis totius mundi*, his verbis de Epiro: *Provincia vero a quibusdam* EPIRUS, *a quibusdam* ÆTOLIA *(p)*.

172. Καλυδὼν, Μύκαρνα] Magni Salmasii emendatio est, Ἀλίκυρνα pro Μύκαρνα. Vide Stephanum, qui solus hujus urbis meminit. *Vossius.*

Sed ut pagi, et in Acarnania siti: quæ descriptio hinc alienior; etsi potuerit placere viris doctis. Grentesménilius in *Græc. antiq.* pag. 486, Λυκίρναν ex Strabone retinet. Certe Μακυνία vel Μακύνη fuit hic urbs, unde ethnicum Μακυνεύς, ut jubent appellare eam viri docti, quum Stephani editiones interponant literam ρ, quæ aliis potuit omissa, aliis retenta fuisse, certe ad hanc Scylaceam Μύκαρνα valde appropinquat.

(a) Lib. II, cap. 10, fin.
(b) Lib. II, cap. 102.
(c) *An Essai on the original genius and writings of Homer*, pag. 9.
(d) Lib. IV, cap. 19.
(e) Lib. I, p. 59; lib. X, p. 458 (p. 703).
(f) Lib. VIII, cap. 24.
(g) Vs. 435.
(h) Ad Dionys. v. 431, p. 80, Hudson.
(i) Ad loc. cit. sub fin. t. IV, pag. 14, lin. 18, Hudson.
(k) Tom. III, not. 268, pag. 489.
(l) Not. ad *Traduction française de Strabon*, lib. X, tom. IV, pag. 57.
(m) Not. exeg. ad lib. II, cap. 7, S. 10, p. 724, sqq.
(n) Not. exeg. ad lib. II, cap. 3, S. 4, pag. 206.
(o) *Alexandr.* v. 671.
(p) In Gronovii *Geogr. antiq.* pag. 265.

Et tamen istud Salmasianum nuperrime sub nomine Holstenii recoxerunt viri sane χαρίεντες. *Gronovius.*

Addere debuisset Gronovius, ut Salmasii conjecturam tolleret, ex Strabone citato sumtam fuisse Stephani *Alicyrnam*, atqui nusquam in Strabone, ut vidit Berkelius *(a)*, reperiri simile urbis nomen; ergo ad suam emendationem redeundum esse. Ceterum ex Plinio *(b)* et Strabone *(c)* confirmatam Gronovii conjecturam, nonnihil imperfectam tamen censeo, quum suam tandem lectionem Scylaci accommodatam non dederit. Stephanus autem, haud intractatus Gronovio, dixit: Μακρύνεια, πόλις Αἰτωλίας. Στράβων *(d)* δεκάτῃ. Hæc varietas scripturæ, et vulgatæ lectionis ratio, me impellunt, ut, Scylace, Strabone, Stephanoque inter se collatis, rescribam Μάκυρνα. Sic nihil aliud erit, quam trajectio literarum υ et α.

173. Ὁ Δελφικὸς κόλπος] Nusquam hic sinus apud nostrum dicitur Κορινθιακός aut Κρισσαῖος. Minime contra Straboni scribitur Δελφικὸς κόλπος.

174. Ἐστὶ στάδια ι´] Non decem, sed septem tantum stadiorum, os sinus hujus esse ait Thucydides *(e)*: Διεχέτην δὲ ἀπ᾽ ἀλλήλων (Rhium utrumque) σταδίους μάλιστα ἑπτὰ τῆς θαλάσσης· τοῦ δὲ Κρισαίου κόλπου στόμα τοῦτό ἐστιν. Totidem numerat Agathemerus *(f)*.

175. Καὶ ἐπ᾽ αὐτοῦ ἱερὸν] Forte legendum καὶ ἐπ᾽ αὐτῷ Ῥίον, *et juxta mons præruptus.* De quo Thucydides, Polybius, Diodorus, Strabo, Plutarchus, Pausanias, et alii. *Palmerius.*

Minime Ῥίον pro ἱερόν legendum. Thucydides *(g)* enim, Strabo *(h)* Stephanusque *(i)* Rhium, Ætoliæ urbem, eamdem esse declarant, ac priscam Molycriam. Ne addamus igitur jam memoratæ supra *Molycriæ* hanc illius repetitionem, *Rhion.* Ceterum dictum sit illud obiter: quamvis *Rhium* Achaiæ urbem proprie Græci adpellaverint, oppositam vero in Ætolia *Antirrhium (k)*, constat tamen Antirrhium *Rhium* quoque simpliciter dictam fuisse, quod Thucydides, Strabo Stephanusque *(l)* nos docent.

176. Καὶ ἐπ᾽ αὐτὴν πόλεις εἰσὶν ἄλλαι] Offendit me hæc lectio ἐπ᾽ αὐτήν. Nihil aliud significare ibi videtur, quam *insuper, præter hanc aliam* (Naupactum). Atqui reperias τὸ

(a) *Ad Stephan.* voc. Ἀλίκυρνα.
(b) Lib. VI, cap. 2.
(c) Lib. X, pag. 451.
(d) Rectior hæc Strabonis citatio.
(e) Lib. II, cap. 86.
(f) Lib. I, cap. 5, pag. 194; Gronov. pag. 15, 16, Hudson.
(g) Lib. II, cap. 86.
(h) Lib. VIII, pag. 336.
(i) Ad voc.
(k) *Vid.* Strab. loc. cit.
(l) Loc. cit.

ἐπί cum dativo significans *præter*, ut in Euripidis Iphigenia in Aul. *(a)* :

> Τίκτω δ' ἐπὶ τρισὶ παρθένοισι παῖδά σοι
> Τόνδ' · ὧν μιᾶς................

Imo de ἐπί in composit., cf. Thucydidis locum, ubi Corinthii, postquam socii ceteri Lacedæmonios ad bellum contra Athenienses suscipiendum instigare desiissent, verba *insuper* fecere, ἐπεῖπον τοιάδε *(b)*. Sed non reperio τὸ ἐπί cum quarto casu in eumdem sensum adhibitum. Fors. leg. ἐπ' αὐτῇ.

177. Ἀπὸ μεσογαίας μέχρι....] Sensus jubet voces ἀπὸ μεσογαίας, omnino ab hisce μέχρι Αἰνιανῶν separare. Sic autem gallice vertas : *L'Ætolie est limitrophe à toute la partie de la Locride qui regarde l'intérieur des terres, et cette contiguité se prolonge jusqu'au pays des Ænianes.*

Ceterum videtur tunc temporis Ænianum regionem multum patuisse in mediterraneis locis. Nam ex Scylace videmus eos Ætolis finitimos occidentem versus, Maliensibus orientem versus *(c)* et septentrionem versus Thessaliæ *(d)*.

178. Εὐάνθις] Lege Οἰάνθεις : est enim urbs Locrorum Ozolarum ad mare sita, de qua Thucydides *(e)*, Scylax, Plinius *(f)*, Pausanias *(g)*, Mela *(h)*, &c. Ptolemæus quidem, et tabulæ habent Εὐάνθια; sed tota antiquorum turba contra est, et Stephanus ex Hellanico et Hecatæo Οἰανθείαν et Οἰάνθην habet. Ideo, si postea mutato nomine, Εὐάνθις vel Εὐάνθια vocata est, quod ex Ptolemæo et tabulis conjicere licet, id non obtinebat tempore Scylacis, qui inter antiquos numeratur, et qui procul dubio secundum sui temporis morem Οἰάνθεις vel Οἰάνθις scripserat. Sed sciolus quidam exscriptor ex posteriorum more corrigere aggressus est. *Palmerius* (*Exercit.* pag. 271).

Cf. Tzschuckium ad Mel. *(i)*.

179. Vulgo Κυρραῖον πεδίον] Vel cæco patet rescribendum esse Κιρραῖον. Id neglexit et insuper habuit doctissimus Vossius, ut obviam : nam eximia viri eruditio non patitur aliter judicare. *Palmerius* (*ibid.*).

Vid. et *Græc. Antiq.* lib. 6, cap. 1, pag. 587, et Berkelium ad Stephanum in voce Ἀντίκυραι. *Hudson.*

(a) V. 1164, Barnes.
(b) *Thucyd.* lib. I, cap. 67, fin.
(c) §. 63, pag. 275.
(d) §. 65, pag. 276.
(e) Lib. III, cap. 101.
(f) Lib. IV, cap. 5.
(g) Lib. X, pag. 897. Kühn.
(h) Lib. II, cap. 3.
(i) Not. exeg. ad lib. II, cap. 3 §. 10, pag. 323.

Idem rescribit (Κιρραῖον) Valesius ad Harpocrat. *(a)*.

180. Ἐλλεβορίζοντες] Dioscorides (IV, 150) de helleboro: Πρωτεύει δὲ ὁ Ἀντικυρικός. Anticyræ helleborum valde prædicant Stephanus, Strabo *(b)*, Pausanias *(c)*, Plinius *(d)* Horatiusque *(e)*. Cf. Salmas. *Plin. Exerc.* p. 752, et *de Homonym.* cap. 50.

181. Κορσιαί] Κορσεία est aliis. Stephanus, Χορσία πόλις Βοιωτίας· Παυσανίας ἐνάτῳ. Ἐκ δὲ Κυρτώνων ὑπερβάλλοντι τὸ ὄρος, πόλισμά ἐστι Χορσία. Sic enim scribendum. Sane in Pausania non scriptum est Χορσία, ut ille, sed Κορσεία. Puto idcirco, id ipsius Stephani esse errorem, quod vitiosum codicem secutus fuerit. Facile enim mutatur Κ in Χ. *Vossius.*

Mirum mihi videtur, quod post Phocenses, urbem *Corsias* collocet Scylax, et inde Bœotiæ descriptionem incipiat; quum *Corsiæ* non ad mare Corinthiacum, sed prope fontes Platanii in parte Bœotiæ septentrionali, quam deinde describit, sitæ sint. Vel Scylax toto cœlo erravit, vel pessime eum tractarunt librarii. Nam manifeste legendum est: Κρευσία, Σίφαι, καὶ λιμὴν Εὔτρητος. Hanc lectionem confirmat Pausanias pag. 306. Sic quoque Ptolemæus Bœotiam auspicatur: Βοιωτίας, Σίφαι, Κρέουσα. Quod autem in Scylace Κρευσία repcsuerim, feci auctoritate Strabonis, sic urbem vocantis lib. IX, et quia vulgatæ lectioni magis respondet. *Berkelius (f).*

182. Vulgo Σφάσις] Lego Σίφαι, ex Ptolemæo, Stephano, et aliis. Pausaniæ est Τίφα. Absque dubio corrupte. *Vossius.*

183. Καὶ λιμὴν Εὔτρητος] Hunc Holstenius eumdem statuit in observationibus ad Ortelium, quem Homerus *(g)*, Strabo *(h)* et Stephanus *Eutresin* nominant. Sed pedibus ire non possum in cl. viri sententiam : nam præterquam quod τὸ Εὔτρησις, quam scripturam auctores citati constanter tuentur, et ab Εὔτρητος terminatione multum discrepent, etiam situs longe est diversus. Nam *Eutresis* ab omnibus collocatur in mediterraneis, in via Thespiis Platæas ducente, cum *Eutretus* a Scylace inter maritima oppida ad sinum Corinthiacum recenseatur. Illud Scylacis Εὔτρητος, vix crediderim censeri debere pro nomine proprio alicujus portus; videtur mihi appellativum, quo nihil aliud denotatur, quam Siphas habuisse portum. Hoc profecto Siphæenses decebat, præ aliis habere portum, qui præ cunctis Bœotis, rei maritimæ peritiam sibi a multis

(a) Ad voc. Κιρραῖον, not. pag. 45, Lugd. Batav. 1683.
(b) Lib. IX, pag. 418, B.
(c) Lib. X, cap. 36, pag. 891.
(d) Lib. XXV. cap. 5.
(e) *Satyr.* lib. II; *Sat.* III, v. 166. — *Art. poët.* v. 300.
(f) Ex *Adnot. in Stephan.* voc. Εὔτρησις.
(g) *Iliad.* II, 502.
(h) Lib. IX, pag. 411, B.

sæculis vindicabant, prædicantes Typhin, cui Argus navis gubernacula credita sunt, suum indigenam fuisse, teste Pausania in Bœoticis. *Berkelius (a).*

Ego vero ægre τὴν ὁμωνυμίαν inter Homerum et Scylacem denegaverim. Adjectivi formam, subaudito τόπος, usurpare Scylax potuit pro substantivo. Ceterum si Berkelius et alii offendantur, quod urbs mediterranea pro portu habeatur, facile est rem conciliare, referendo καὶ λιμὴν ad præcedentem urbem Siphas, et sic interpungendo: Σίφαι καὶ λιμὴν (b), Εὔτρησις, καὶ.... Siphæ enim maritima vere urbs erat, de qua Stephanus, Σίφαι, ἐπίνειον τῆς Θεσπιακῆς, *Siphæ, navale Thespiacæ.* Confer etiam Thucydidem *(c).*

184. Vulgo Καὶ τεῖχος ὁ Βοηθῶν] Scribe τεῖχος τῶν Βοιωτῶν, ut Salmasius. *Vossius.*

185. Vulgo Αἰγόσθεναι] Optime Salmasius, Αἰγόσθενα. *Vossius.*

186. Vulgo Πηγαὶ, τεῖχος, Γεράνεια Ἄρις] Laborat hic locus a mala interpunctione, et a mendo etiam. Lege, Πηγαὶ τεῖχος, Γεράνεια ἄκρις, si tamen vox ἄκρις, Homero et poëtis usurpata, a geographis, qui soluta metro oratione scripserunt, potuit usurpari: aliter legendum foret ἄκρα. Male τεῖχος Geraniæ junctum est: non enim unquam ibi fuit urbs seu castellum, quod sciam, sed Thucydides eum locum vocat στενὸν, *angustias:* omnes alii montem vocant, nam in montibus sæpe sunt angustiæ. At Πηγαὶ munimentum fuit Megarensium, de quo passim occurrit mentio apud auctores. *Palmerius* (*Exercit.* pag. 271).

Ἄρις] Corrupta lectio. Forte Ἄρνη, quod tamen non puto. Nam alii hanc Bœotiæ attribuunt. *Vossius.*

Immo videtur vox postrema Ἄρις esse contracta ex Αἴγειρος. Ita enim Theopompo vocatam fuisse Megaricam urbem, quæ aliis Αἰγείρουσα vulgo, testatur Stephanus. *Gronovius.*

Lego Γεράνεια ὄρος ex Stephano, cujus hæc verba sunt: Γεράνειά ἐστιν ὄρος μεταξὺ Μεγάρων καὶ Κορίνθου. *Gerania mons est inter Megaram et Corinthum.*

187. Στάδια ρ'] Legit Hœschelius, σταδίων ρ'. Sed male. Sic semper loquitur Scylax. *Vossius.*

Recte scribitur στάδια. Ceterum si legeretur σταδίων, id non semel esset; nam in *Hermione (d)* infra reperias: ταύτης δὲ περίπλους σταδίων π'.

(a) Ex *Adnot. in Stephan.* ibid.

(b) Sic legitur bis in §. 92, Ὀλβία καὶ λιμὴν, Καλλίπολις καὶ λιμήν. Ceterum solet noster sæpius scribere..... πόλις καὶ λιμήν.

(c) Thucyd. lib. IV, cap. 76.

(d) §. 53.

188. Vulgo Ἱερὸν αἴγνον] Videtur hic aliquid deesse. Quod jam observavit Salmasius. Pro ἱερὸν αἴγνον vero lege ἱερὸν Ἥραιον, vel ἱερὸν ἅγιον Ἥρας. *Vossius.*

Emendat Vossius ἱερὸν Ἥραιον, vel ἱερὸν ἅγιον Ἥρας. Ultimum præferrem : nam ἱερὸν Ἥραιον non solet dici, ut nec ἱερὸν Ποσειδώνιον, nec ἱερὸν Ἑρμεῖον, nec ἱερὸν Ἀρτεμίσιον, sed absolute Ἥραιον, Ποσειδώνιον, Ἑρμεῖον, Ἀρτεμίσιον, Δῖον, Ἡράκλειον : non enim sumitur adjective τὸ Ἥραιον, sed mutato ordine dicendum foret Ἥραιον ἱερόν, utrumque substantive. Tum magis accedit ad vulgatam lectionem ἱερὸν ἅγιον. Suspicari etiam quis posset non insulse, legendum esse, ἱερὸν ἄκρον, ubi erat ἱερὸν Ἀκραίας Ἥρας ex Strabone. *Palmerius* (*ibid.*).

Video admodum suspensos viros doctos, et alter satis exegit alterius cogitationes; ne dicam ab ipsis auctoribus valde diffidenter prolatas, ut exstare videatur etiamnum locus tentandi posteris. Nempe describit situm occidentalem Isthmi, sicut inferius orientalem, ubi memorat ita, ἡ Κορινθίων χώρα ἐστὶ πρὸς ἠῶ, καὶ τεῖχος Κεγχρειάς καὶ ἰσθμός, οὗ ἱερὸν Ποσειδῶνος. Eodem ordine nunc progredi voluisse videtur. Scribe igitur : ἱερὸν, Λέχαιον, ἰσθμός. Sic Plinius opponit, *Lecheæ hinc, Cenchreæ illinc.* Adde Ptolemæum et omnes alios. *Gronovius.*

Emendationem Gronovii sequor, quæ Strabonis descriptioni congruit, et a vulgata lectione parum recedit; nam ex ΛΕΧΑΙΟΝ facile fit corruptio in ΑΙΓΝΟΝ. Hic considerandum est Scylacem locorum seriem paullulum rumpere, nempe ut urbem præcipuam, Corinthum, adpellatum eat, et inde iterum tria locorum nomina solito ex ordine itineris referat. Templum enim Junonis, quod ἱερόν tantum ibi dicitur, Scylax collocat proximum urbi Megarensium, *Pagis.* Quibus mire congruit Strabo (a) : Ἐν δὲ τῷ μεταξὺ τοῦ Λεχαίου καὶ Παγῶν, τὸ τῆς Ἀκραίας μαντεῖον Ἥρας ὑπῆρχε τὸ παλαιόν, *Inter Lechæum et Pagas antiquitus oraculum fuit Junonis Acrææ.* Ex Scylace et Strabone igitur Λέχαιον reperimus, dum relictis *Pagis* et *Junonis templo*, Corinthum versus tendimus. *Isthmi* nomen postremo Scylax dedit, et recte : nam in arctis tantum faucibus illis isthmus erat, Corintho proximus, in quo duplex Corinthiorum portus, unus in Saronico sinu, alter, id est *Lechæum*, in Corinthiaco.

189. Vulgo Ἐπῦθεν] Leg. ἐντεῦθεν. *Hæschelius.*

190. Πρὸς τὴν ἐπὶ ἡμῶν θάλασσαν] Utrumque mare in utro

(a) Lib. VIII, pag. 380.

que latere isthmi sic distinguit quoque Strabo *(a)* :..... ἀπαγγειλάντων (τῶν ἀρχιτεκτόνων) μετεωροτέραν τὴν ἐν τῷ Κορινθιακῷ κόλπῳ θάλατταν, τῆς κατὰ Κεγχρέας εἶναι, *renuntiantibus architectis, mare quod est in sinu Corinthiaco, celsius eo esse, quod ad Cenchreas.* Cf. *Dissert.* §. IV, pag. 207. Noster alibi (§. 52, p. 268), hunc sinum vocat, κόλπον τὸν πρὸς ἰσθμόν.

191. Στάδιοι τετταράκοντα] Totidem stadia numerant Agathemerus *(b)* et Strabo *(c)*.

192. Ταῦτα κολπώδη] Scribitur ταῦτα κολπώδη πάντα, in cod. Hervurt. *Hudson.*

Quemadmodum hic *sinuosos stadios* concipiat Vossius, aut quales sint, sane non assequor. Nec ea mens Scylacis. *Gronov.*

Et referendum quidem est τὸ κολπώδη ad naturam locorum, nec vero ad stadios ipsos peragendos, quod male innuit Vossius hac sua interpretatione :.... *est quadraginta stadiorum, idque sinuosorum.* Ego male in versione latina intellexi κολπώδης eodem sensu, quo κόλπος bis usurpatur apud Xenophontem in *Hellen. (d)*, nempe de asperitatibus montanis. De litore eodem scribit Strabo *(e)* : Κοίλη δ' ἐστὶ (ἡ ἠϊὼν), καὶ ποιεῖ τὸν δίολκον πρὸς τὴν ἑτέραν ἠϊόνα τὴν κατὰ Σχοινοῦντα, πλησίον ὄντα τῶν Κεγχρεῶν. Recte vertit Xylander, cl. *Corayo (f)* probatus, κοίλη δ' ἐστὶ, *sed introrsum flectitur* (litus). Nam quamvis τὸ κοῖλος de asperis locis sæpe sumatur, ut in Theophrasto, *Hist. plant.* IV, 14, §. 12, sæpius etiam sumitur de portuum cavitatibus. Conf. laudd. exempl. in H. Steph. *Thes. l. gr.* col. 5118 - 5120, edit. Lond., et in primis Strabonem, V, p. 356, C. ed. Amstel. Imo sensum Strabonis et Scylacis clarius explanat Dio Chrysostomus (orat. VI, p. 87, B) : Ἐν δὲ τῇ Κορίνθῳ τὸ θέρος εὔπνουν διὰ τοὺς εἰσήκοντας κόλπους, ἀεί ποτε τῶν πνευμάτων ἐκεῖ συρρεόντων. Sic vertendum ταῦτα κολπώδη, *hæc omnia sinuosa sunt ;* et nunc judicarem interpolationem hæc esse, aut vix et ne vix quidem παρεμβολήν, quæ ab auctore quidem proficisci potuit. Ceterum, ni fallor, exprimit Scylax hunc isthmum esse stadiorum 40, et esse montosum, ideo prorsus, quod adludere velit huic consuetudini navium per isthmum transvehendarum, quam δίολκον Strabo vocat. Nihil enim fere, nisi navigationis gratia, noster scribit.

193. Σικυὼν πόλις] Hic aperte tum de urbe, tum de contiguo ejus territorio agitur. Sic supra, ἡ Κόρινθος πόλις, et

(a) Lib. VIII, pag. 334 (pag. 515, B).
(b) Lib. I, cap. 5.
(c) Lib. I, pag. 54 (pag. 94, B).
(d) Hellen. lib. V, cap. 6. §§. 17 et 18.
(e) Lib. VIII, pag. 380 (pag. 583, A).
(f) *Traduction française*, tom. III, p. 258.

urbis nomen est, et regiunculam urbi subditam complectitur. Ceterum scribit Strabo hanc urbem prius Μηκώνην dictam, et antea etiam Αἰγιαλεῖς (a); imo adpellata fuit et *Hellas*, ut colligitur ex proverbiis e Suida collect. (b). Adde quæ congessit Tzschuckius de Corintho (c).

194. Vulgo Ταύτη παρήκεις] Lege ταύτης. *Vossius.*

195. Vulgo Πελλώνη] Lege Πελλήνη, ut omnes. *Vossius.*

196. Vulgo Ἄσωρα] In utroque ms. ad marginem legebatur Αἴγειρα: recte. *Vossius.*

197. Vulgo Αἴγιον, Αἰγαίας, Ῥύπης] Legendum Αἴγιον, Αἰγαί, Ῥύπαι, &c. *Vossius.*

Totum hunc locum felicissime restituit doctissimus Vossius, nisi quod pro Ῥύπαι mallem scripsisset Ῥύπες, ut apud Stephanum et hoc loco. *Palmerius* (*Exercit.* p. 272).

Non adtenderunt viri cll. hic perturbato ordine scribi Αἴγιον, Αἰγαί, quasi *Ægæ* esset ad occidentem *Ægii*. Sed Herodotus (d) diserte testatur proximam Ægiræ fuisse urbem Ægas occidentem versus. Idem exprimit Strabo (e), quum ab oriente in occidentem adnumeraverit Sicyonem, Pellenem, *Ægiram*, *Ægas*, ... *Ægium*, Rhypenses, Patrenses, ... et Dymam. Herodotus etiam ostendit Rhypenses vicinos fuisse *Ægio*, non *Ægis*, his verbis (f): . . . . καὶ Αἴγιον καὶ Ῥύπες καὶ Πατρέες. Ergo rescribendum apud Scylacem Αἰγαί, Αἴγιον.

Lego Ῥύπες cum Palmerio, Strabone fretus. Ceterum hæc civitas Rhypæ Strabonis ævo jam deleta fuerat, Ῥύπες μὲν οὐκ οἰκοῦνται (g). Imo ille alibi de urbe et promontorio Achaiæ, Rhio, hæc scribit (h): Κεῖται δὲ μεταξὺ Πατρῶν καὶ Αἰγίου. Tollitur hic e medio urbs Rhypæ, nec amplius stare videtur.

198. Ἐξωτερὶν] Non dubito, quin rescribendum sit, ἐξοχαὶ Ῥίον, ut de Rhio promontorio accipiatur. Nam ἄκρα proprie sunt ἐξοχαὶ πόντου. *Vossius.*

Legendum forsan ἔξω καὶ Ῥίον. Patræ enim et Dyma sunt extra os Delphici sinus. De ι et αι mutat. cf. cl. Boissonadum ad *Tiber. Rhet.* pag. 26.

199. Ἀχαΐας] Non solum Ἀχαΐα apud veteres scribitur sed etiam Ἀχαιΐα apud Stephanum, quod Ἀχαΐα rescribere vult Berkelius (i). Sed monet Tzschuckius (k) ex Eusta-

(a) Lib. VIII, pag. 382 (pag. 587, A).
(b) *Cent.* XII, §. 17.
(c) Not. exeg. ad Melam, lib. II, cap 3, §. 7, pag. 288, sqq.
(d) Herodot. lib. I, cap. 145.
(e) Lib. VIII, pag. 385 (pag. 591, C).
(f) Loc. cit.
(g) Lib. VIII, pag. 593, C, ed. Amstel.
(h) *Ibid.* pag. 335 (pag. 517, B).
(i) Ad voc.
(k) Ad Mel. not. exeg. lib. II, c. 3, §. 4 tom. VI, pag. 202.

thio *(a)* per duplex ι antiquos rhetoras scribi voluisse, uti est in Homero, qui vocat Ἀχαιΐδα γαῖαν *(b)*. Eadem hæc forma reperitur in Æschylo *(c)*, ubi Pauwius, Brunckius Schütziusque legunt Ἀχαιΐδα, Porsonus *(d)* contra et Blomfieldus *(e)* Ἀχαΐδα.

200. Εἰσὶν ἔθνος Ἦλις] Legendum arbitror ἐστίν. Nam pluralem numerum tali in loco adhibet noster, quum sequitur *populi*, non *regionis* nomen. Sic μετὰ δὲ Ἦλιν Ἀρκαδία ἔθνος ἐστίν; et infra ἐστὶν ἔθνος Μεσσήνη. Sed aliter in his: Μακεδόνες εἰσὶν ἔθνος, εἰσὶν ἔθνος Φωκεῖς, Βοιωτοί εἰσιν ἔθνος.

201. Vulgo πόλεις] Leg. πόλις, quum Cyllene una referatur.

202. Vulgo Ἠλιεῖς] Legendum omnino Ἠλείοις. *Vossius.*

Vox infra συνοικία πόλεων explanatur verbo συνῴκισεν εἰς τὸ αὐτό, in *Marmor. Oxon.* lin. 35, pag. 3. Cf. Valck. ad Ammon. p. 171.

203. Ἄχρι ἐπὶ τῆς Λεπρεατῶν] Forte legendum, ἄχρι πόλεως Λεπρεατῶν. Nisi mavelis delere τὸ πόλεως. *Vossius.*

Lege ἐπὶ τῆς Λεπρεατῶν. *Palmerius* (*Exercit.* p. 272).

Si nunc egit de spatio cursus usque ad Lepreum urbem, debuit igitur in capite sequenti tantum eam intelligere χώραν Λεπρεατῶν, quæ erat ab urbe ista versus Messeniam: quod satis absonum. Et in §. 48, p. 264, dicit quidem ἕως ἐπί, sed in aliis locis tantum μέχρι, vel πρός, vel ἐπί, vel ἕως, ut non admodum quoque placeat copiosum illud ἄχρι ἐπί. Desideratur loci nomen, quod, quum esset agri Lepreatis, tamen medio inter se et Lepreum intervallo dabat Arcadiæ accessum ad mare. Id vide an sit ἄχρι Ἐπίου Λεπρεατῶν. *Gronovius.*

Optanda mihi Palmerii emendatio.

204. Ἐπὶ θάλατταν κατὰ Λεπρέων] Obscurius vertit prior latinus interpres: *Pertingit Arcadia usque mare ad Lepreum.* Quam obscuritatem in deterius ille deduxit, ut infra ex adnotationibus patet, ubi sic Vossius: *Obstat regio Lepreatarum, quominus Arcadia ad mare pertingat.* Atqui ait Scylax, partem Arcadiæ tunc temporis Lepreatarum territorium fuisse. Recte hunc locum intellexit doctissimus vir *de Sainte-Croix (f)*. Sed quod adtinet ad Scylacis verba, forsan legendum κατὰ Λέπρεον; forsan κατὰ Λεπρεατῶν, id est, Arcadia descendit ad mare *per Lepreatarum terram.* Cf. *Dissert.* in Scyl. §. IX, p. 210.

Plinius *(g)* oppidum *Leprion* Elidi adscribit, et ulterius *(h)*

(a) Ad Hom. *Il.* XIII, v. 349, p. 909.
(b) *Iliad.* I, v. 254; III, v. 75.
(c) *Sept. ad Theb.* v. 28.
(d) Ad Euripid. *Hecub.* v. 287.
(e) Ad Æschyl. loc. cit.
(f) *Mém. de l'Acad.* tom. XLII, pag. 353.
(g) Lib. IV, cap. 5.
(h) Cap. 6.

in Arcadia *Lepreon Arcadiæ* memorat. Sed hæc duo, unum idemque sunt, quæ duplicavit Plinius, ideo quod varias ejusdem loci pro variis temporibus descriptiones incaute collegerat. Simili errore laborabat, quum *Macrocephalos* et *Macrones (a)*, duplicem gentem esse credidit; quod recte deprehendit doctiss. *Corayus* ad Strabonem *(b)*.

205. Vulgo Εἰσὶ δὲ πόλεις αἱ μέγαλαι] Lege ex cod. altero, εἰσὶ δὲ πόλεις ἐν μεσογείᾳ αἱ μεγάλαι αἵδε, &c. *Vossius.*

In his miror, cur vocem αὐτῶν expellat Vossius, quum utique de illa nihil dicat Hœschelius, ut haud dubie in mss. exstet. *Gronovius.*

206. Παρέπλους δὲ τῆς Λεπρεατῶν χώρας] Non mirandum, Scylacem heic, ubi de Arcadia loquatur, ad Lepreatas convertere sermonem. Nam Arcadia mediterranea est regio, et nusquam mari vicina, nisi apud Lepreum urbem maritimam; quæ obstat, quominus ad mare pertingat; et idcirco Lepreatarum præternavigationis stadia enumerat, non Arcadum. *Vossius.*

Hallucinatur hic Vossius. Conf. supr. not. 204.

207. Πρώτη Μεσσήνη καὶ λιμὴν Κυπάρισσος] Scylacis tempore nulla adhuc urbs fuit Messene, sed nomen erat totius regionis, non urbis, ut optime notavit Pausanias Messeniacorum initio, et tunc demum Messene urbs facta fuit, postquam Thebani, duce Epaminonda, Messenios exules undiquaque revocaverunt pluribus post Scylacis Periplum annis, quippe qui opus illud Dario Ocho dicaverit, quod ait antiqua hypothesis ad Scylacem. Tum Messene urbs non fuit prima secundum ordinem quem sequitur Scylax, imo fere ultima. Ideo credo excidisse hoc loco nomen Πύλος, de qua meminisse debuit ob loci celebritatem, et quod sequitur, καὶ λιμὴν Κυπάρισσος, *et portus Cyparissus.* Id omnino suadet. Fuit enim Cyparissus portus in Pyli Messeniaci vicinia. Itaque puto legendum : πρώτη Μεσσήνης Πύλος καὶ λιμὴν Κυπάρισσος. *Palmerius* (*ibid.*).

Minime cl. Palmerii emendationem admitto, neque alteram hanc doctissimi *de Sainte-Croix*, qui sic legi vult *(c)* : καὶ πόλεις ἐν αὐτῇ αἵδε· Πρώτη Κυπάρισσος καὶ λιμὴν, Πύλος Μεσσήνη ἀπέχουσα κ. τ. λ. Plurimos video recentiores, imo Strabonem ipsum *(d)*, et Pausaniam *(e)*, negantes urbem ullam Messenen ante Epaminondam exstitisse. Inde delenda nimirum Scylacis

(a) Lib. VI, cap. 4.
(b) Lib. XII, tom. IV, 2.e part. pag. 41; *Traduction française.*
(c) In *Mém. de l'Acad.* t. XLII, pag. 373.
(d) Lib. VIII, pag. 358.
(e) Lib. IV, cap. 1.

Messene urbs. Pausanias locum Odysseæ laudat *(a)*, unde discimus Ulyssem hospitio exceptum fuisse ἐν Μεσσήνῃ, ἐν οἴκῳ Ὀρτιλόχοιο, et paullo infra, τὰς Μεσσηνίους pecora abripuisse. Concludit Pausanias hic de regione, minime vero de urbe rem esse, quum pater Ortilochi Diocles, in urbe Phera habitaverit, ἐϋκτιμένῃ ἐνὶ Φηρῇ *(b)*. Scilicet illam domum Ortilochii ἐν Μεσσήνῃ, et domum Dioclis ἐν Φηρῇ, unam eamdemque esse vult. Sed hoc subponi potest, quod valde crediderim, non eamdem fuisse habitationem Ortilochi, ac patris Dioclis. Illud quoque objicit Pausanias, quod Homerus non meminerit Messenes in secundo Iliadis libro, dum plurimas alias urbes laudaverit : sed viculus erat procul dubio tunc temporis Messene, quam nominare non curavit Homerus inter magnas urbes regionis hujus, quæ tota nondum Messenia adpellabatur, ut posterum. Vanum est quod scribit Pausanias : Ἀφίκοντο (Πολυκάων καὶ Μεσσήνη) ἐς ταύτην τὴν χώραν, καὶ συμπάσῃ μὲν ἐπέθη τῇ γῇ Μεσσήνη τὸ ὄνομα ἀπὸ τῆς Πολυκάονος γυναικός. *Devenerunt in hanc ipsam regionem, et totum territorium Messene, ex Polycaonis uxore, adpellatum fuit.* Nempe non repente tota regio nomen idem latius accipit; neque Græcia vetus, imo Thessalia, subito Ἑλλὰς dicta fuerat. Meminit alibi Homerus Μεσσηνίων, ideo quod prædati fuerant, sed non ob loci celebritatem. Deleta igitur Pausaniæ argumenta, aut saltem valde in dubitationem redacta, relinquo, quum ipse fere de se dubitare videatur dicendo : πόλιν οὐδεμίαν πω κληθῆναι πρότερον ΔΟΚΩ Μεσσήνην; *urbem nullam unquam antehac dictam fuisse Messenen puto.* Imo quid in animo volvebat Pausanias, dum ulterius scriberet *(c)* : Αὐτῇ μὲν δὴ τῇ πόλει Μεσσήνην ἔθεντο ὄνομα· ΑΝΩΙΚΙΖΟΝ ΔΕ ΚΑΙ ΑΛΛΑ ΠΟΛΙΣΜΑΤΑ! Messenen prorsus urbem a remotis temporibus exstitisse arbitror, ex eo quod incolarum nomen vix reperias, nisi habitatiunculæ cuidam addictum sit. Scylacis consuetudo est hujus modi : 1.° si de territorio unius urbis agitur, ita ille scribit μετὰ...... πόλις ἐστίν; 2.° si de territorio plurium civitatum, illud *gens* est, quæ sæpius ab heroë quodam oritur, et ita Scylax scribit, μετὰ.... ἔθνος ἐστίν. Et modo, minime reperitur ulla in urbe gentis nomen, modo sequitur urbs, gentis totius adpellationem referens, quod in Μεσσήνῃ accidit. Nam ἐστιν ἔθνος Μεσσήνη, et paullo infra

(a) *Odyss.* XXI, v. 15.
(b) *Iliad.* V, v. 343. — *Odyss.* III, v. 488. Kühn.
(c) Lib. IV, cap. 27, pag. 346, init.

πόλις Μεσσήνη. Sic ulterius : Μετὰ Ἐχινειεῖς, Βέχειροι ἔθνος, et simul Βεχειρὰς πόλις. Illud quoque considerandum, quod hic vetus Messene reponatur in occidentali Peloponnesi litore, et *prima (a)* reperiatur a septentrione naviganti, dum recentior juxta Ithomum montem, mediterraneas regionis hujus partes tenuerit. In medium nunc prodeat Diodori Siculi locus, qui, quum non aperte nos doceat Messenen urbem olim exstitisse, tum nullam umquam fuisse ante Epaminondam minime tamen adserit. Cujus hæc verba sunt : Ἐπαμινώνδας δὲ.... συνεβούλευε οἰκίσαι τὴν Μεσσήνην, πολλὰ μὲν ἔτη γεγενημένην ἀνάστατον ὑπὸ Λακεδαιμονίων.... ἀνεζήτησε τοὺς ὑπολελειμμένους τῶν Μεσσηνίων, καὶ.... ἔκτισε τὴν Μεσσήνην.... (καὶ) ἀνέστησε πόλιν ἐπίσημον ἑλληνίδα *(b)*. *Epaminondas autem..... decrevit restituere Messenen, multis ab annis a Lacedæmoniis deturbatam..... accersivit superstites Messenios, et..... restituit Messenen..... et restauravit* πόλιν *inclitam græcanicam.* Hæc verba intellexit Tzschuckius *(c)*, quasi Diodorus exstitisse vere urbem adsereret. Sed hunc locum attente perlegenti perpetua concipitur dubitatio, utrum de *regiuncula* an *urbe* deleta, hæc narrentur. Nempe suspicor memoriam ipsam antiquæ urbis Messenes apud multos obliteratam fuisse ; sed videtur Diodorus anceps id effugere, ut aliquid adserat aut neget de antiqua hac urbe, num exstiterit. Ut ut sit, nostram sententiam nisi tuetur Diodorus, at saltem non imminuit.

Sed aliud mihi objicietur; nempe quod *Messene* urbs jam deleta prorsus fuerit, ea ætate qua Scylacem vixisse censeo, id est, anno 500 ante Christum. Discrepant enim inter se veteres de tempore, quo expulsi fuerint Messenii, quod jam vidit Perizonius ad Ælianum *(d)*; sed apud omnes removetur hæc clades antiquior anno 500° ante Christum. Redierunt in Peloponnesum Messenii tertio ann. Olymp. 102ª, id est, 370 ante Christum *(e)*. Sed multa est inter veteres discrepantia de exsilii diuturnitate *(f)*. Anni sunt 230 ex Plutarcho *(g)* et Æliano *(h)*; trecenti circiter, τριακόσια ἔτη μά-

(a) Hunc incipiendi modum sæpe usurpat Scylax, ut in Bœotia : Καὶ ἐν αὐτῇ πρῶτον ἱερὸν Δήλιον. In Maliensibus : Εἰσὶ δὲ Μαλιεῦσιν ἡ πρώτη πόλις Λαμία. In Macedonia : Πρώτη πόλις Μακεδονίας Ἡράκλειον.

(b) Diodor. lib. XV, cap 66, t. II, p. 54, Vesseling.

(c) Ad Melam, not. exeg. lib. II, cap. 3, S. 4, pag. 237.

(d) Ad *Var. Hist.* XIII, 42, pag. 920, ed. Gronov.

(e) Pausan. IV, 27.

(f) Nempe non semel profligati et expulsi fuere Messenii. Cf. Pausaniam, lib. IV, cap. 13 et 23. Inde et ex simili temporum confusione, orta supputandi ratio diversa apud varios.

(g) In *Apophthegm. impp.* pag. 194, B, ed. Francof. 1599.

(h) *Var. Hist.* XIII, 42.

λιςα, ex Pausania *(a)*, totidem ex Isocrate *(b)*; imo 400, teste Dinarcho *(c)*. Tot hæc supputationes non rem esse sinunt seriorem annis sexcentis ante Christum. Diserte insuper ait Archidamus *(d)* : Ἡμεῖς τοίνυν Μεσσήνην εἴλομεν, πρὶν ἢ Πέρσας λαβεῖν τὴν βασιλείαν. Atqui Babylonem Cyrus occupavit anno tantum 538°. Sic expulsi jam fuerant Messenii, florente Scylace. Sed hæc non vetant quin noster urbis *Messenes* meminerit, si modo florentibus Messeniis exstitisset. Fuere aliæ urbes Messeniæ, quibus suum nomen non fuit ademtum, ideo quod olim Messeniorum imperio parerent. Diruta in posterum prorsus fuit, nomine ipso priscorum dominorum gloriam et adpellationem regionis male referente; sed, Scylacis ætate, aut nondum incolis carebat, aut scriptori placuit loci diruti situm ostendere.

Ceterum subodoratus est Tzschuckius *(e)* duas Messenas apud veteres distingui posse. Increpat Ptolemæum *(f)* Cellarius *(g)*, quod maritimis urbibus ille *Messenen* adnumeraverit. Illud forte non mendosum omnino suspicatur Tzschuckius. Nempe erravit prorsus Ptolemæus, non quod maritimam Messenen fecerit, sed quod maritimam Messenen in eo tractu posuerit ubi mediterranea habenda est ex omnibus *(h)*. Litoralem hanc urbem dictam legerat in veterrimo quodam libro; sed, ubi prior Messene fuisset, imo an fuisset, ignarus, recentiori prioris situm tribuit.

Μεσσήνη dicitur quoque Μέσση, Μέση et Μεσήνη Stephano. Forsan quoque eadem habenda ac Μεσσόα. Cf. *Welkerum* in *Alcmanis fragment.* *(i)*.

208. Καὶ λιμὴν Κυπάρισσος] Memoratur locus Κυπαρισσήεις Homero *(k)*; Cyparissa apud Plinium *(l)*, Κυπάρισσαι Ptolemæo *(m)*, Κυπαρισσαία Stephano, Κυπαρισσία Straboni *(n)*, Κυπαρίσσιαι Pausaniæ *(o)*. Meminit etiam Strabo *(p)* fluvii ejusdem nominis : ὁ δὲ ποταμὸς Κυπαρισσήεις. Sed apud nostrum Cyparissus erat Messenes urbis tantum portus.

Quæ civitas, in confiniis Triphyliæ et Messeniæ sita, utrique adscribi potuit, mutatis sæpe limitibus. Duplex tamen,

(a) Loc. cit.
(b) Archidam. pag. 288, ed. Basil. 1594.
(c) *Orat. contra Demosth.* pag. 99.
(d) Ap. Isocrat. loc. cit.
(e) Ad Mel. II, 3, §. 4.
(f) Lib. III, cap. 16.
(g) *Geogr. antiq.* lib. II, cap. 13, tom. I, pag. 765.
(h) Pausan. lib. IV, cap. 31.
(i) Pag. 2.
(k) *Iliad.* II, 593.
(l) Lib. VI, cap. 5.
(m) Lib. III, cap. 16.
(n) Lib. VIII, pag. 349, sub fin.
(o) *Messen.* lib. IV, sub fin. — *Arcad.* lib. VIII, init.
(p) Loc. cit.

ut cl. Heynius *(a)* adnotavit, urbs Cyparissus apud veteres plurimos distinguitur.

209. Ἀπέχουσα] Τὸ ἀπέχουσα ad τὸ Μεσσήνη referamus oportet, et habeamus καὶ λιμὴν Κυπάρισσος pro inserta quasi parenthesi. Sin aliter, aut legeremus λιμὴν..... ἀπέχων, aut emendaremus καὶ λίμνη Κυπάρισσος. Nam non potest distare portus a mari.

210. Ἰθώμη ἐν μεσογείᾳ] Hic omnino distinguitur Ithome a Messena urbe, et liquet ibidem fere fuisse novam urbem, ab Epaminonda erectam, ubi priscus fuerat vicus Ithome.

211. Λακεδαίμων] Forsan legendum μετὰ δὲ Μεσσηνίαν Λακεδαίμων. Quod suadet usitata series rerum.

212. Ἀσίνη, Μοθώνη] Hæc procedunt ordine turbato: nam Mothone seu Methone fuit adhuc Messenæ, et secundum ordinem, quo procedit, debuit locari ante Asinem, quam facit Laconiæ principium. Tum Coronem non numerat urbem in eo litore satis celebrem. Itaque vel Scylacis codex non est satis integer et valde corruptus, vel ipse Scylax, vir ex Asia longe a Peloponneso, de ejus regionis partitione et urbibus non satis doctus fuit. *Palmerius* (*Exercit*. p. 272).

Id unum, perturbationis aspectum præbet, quod Asine ante Methonem male ponatur. Nam Coronen, olim *Ægeam*, recenti nomine a Thebanis tantum adpellatam fuisse refert Pausanias *(b)*, nec ideo potuit a Scylace memorari. Vetus autem *Ægea* potuit inter præcipuas Lacedæmoniorum urbes non adnumerari.

213. Ἀχίλλειος λιμὴν, καὶ Ἀντίπυγος] Scribe cum Salmasio, Ἀχίλλειος λιμὴν, καὶ ἀντίπυγος τούτου ψαμαθοῦς λιμήν. Non enim nomen proprium, sed attributivum. *Vossius.*

De urbibus hujus regionis, quas Achilli Agamemnon promiserat, vide Strabonem *(c)*.

214. Καὶ ἀντίπυγος] Hanc vocem explanat Stephanus *(d)*: Μετὰ γὰρ τὸ Ταίναρον, πόλις ἐκδέχεται Ψαμμαθοῦς. Uberius etiam Strabo *(e)* Pausaniasque *(f)*.

215. Ἱερὸν Ποσειδῶνος] Cujus meminit Strabo *(g)*. Cf. Tzschuck. ad Mel. *(h)*.

216. Καὶ Λᾶς πόλις] Cave ne hanc urbem, inter Achilleum

(a) *Var. lect. et observat. in Iliad.* lib. II, v. 593.

(b) *Messen.* lib. IV, cap. 34, pag. 365, init. ed. Kühn.

(c) Lib. VIII, pag. 359.

(d) Voc. Ψαμμαθοῦς.

(e) Lib. VIII, pag. 363.

(f) *Laconic.* cap. 25, pag. 275, init. ed. Kühn.

(g) Lib. VIII, pag. 364.

(h) Not. exeg. ad lib. II, cap. 3, §. 8, pag. 295.

portum et Psamathum cum Tænaro ponas. Pergit describere noster litora sequendo.

217. Vulgo Γιθείων] Scribe Γύθειον, ut Salmasius. *Vossius.*

218. Ἐν ᾧ νεώριον] De Gythio sic Strabo *(a)* : Γύθιον ἔχει, ὥς φασι, τὸ ναύσταθμον ὀρυκτόν.

219. Βοία πόλις] Sic omnes, præter Ptolemæum; apud quem Βοαί pro Βοία. *Vossius.*

220. Κύθηρα κατὰ ταύτην] Sic jam emendavit Salmasius, καὶ Μαλέα ἄκρα· κατὰ ταύτην κεῖται Κύθηρα νῆσος καὶ πόλις καὶ λιμήν. *Vossius.*

Non placet ita violente aliquid expellere, quod primo impetu vix intelligas. Itaque vocem ΚΥΘΗΡΑ majore charactere exprimi censui, ut pateat esse interjectionem Scylacis in capite præfigere soliti nomen regionis, de qua est acturus, quod rursus videtur fecisse in voce Κρήτη, ubi ΚΡΗΤΗΣ ΘΕΣΙΣ ab Vossio etiam trahitur in suspicionem. *Gronovius.*

Salmasii Vossiique conjecturam sequor.

221. Καὶ λιμήν] De quo vide Thucydidem *(b)*.

222. Κατὰ δὲ ταύτην ἐστὶ Κρήτη νῆσος] Hæc sequitur et ipsa, et de ea mox dicit similia, ut nunc designari non debeat. Sed scripsit auctor Κρανάη. *Gronovius.*

Nullo modo possumus Gronovio adsentiri de legendo Κρανάη pro Κρήτη. Si enim Strabonem ille sequitur, hæc insula Atticæ propinqua fuit : si Stephanum, etiam hallucinatur Gronovius. Nam Stephanus ait Cranaen fuisse in conspectu Gythii urbis. Jam autem transivimus de Gythio ad Eurotam, ad Bœam urbem, ad Maleam promontorium, nec redire possumus ad præterita, ut mentio fiat de insula ista. Ceterum in hoc loco passim luxuriat iterationibus Scylax.

223. Ἡ περιειργμένη] Valde ego suspicor aliena manu adscripta margini fuisse hæc, ἡ περιειργμένη ἄκρα Μαλέα, quæ Scylacis verbis commixta tandem incaute fuerunt. Nempe referendæ erant voces μετὰ δὲ ταύτην ad promontorium Maleam, quod jam procul a mente recedebat, ob memoratas obiter insulas. Ideo librarius quidam admonitionem illam dederat. Ego sic locum rescribo : μετὰ δὲ ταύτην (Μαλέαν), Σίδη πόλις, κ. τ. λ. Cf. infra not. 651, fin.

224. Σίδη πόλις] Hujus meminit Pausanias in Laconicis *(c)*, et a Sida Danaï filia dictam ait. *Hudson.*

(a) VIII, 363.
(b) Lib. IV, cap. 53.
(c) Lib. III, cap. 22, pag. 268., med. ed. Kühn.

225. Πρασία πόλις] Hæc civitas, Strabonis *(a)* ætate, Argolidis pars erat.

226. Μέθανα πόλις καὶ λιμὴν] Transposuit situm hujus urbis, si ita scripsit, Scylax. Nam Methana fuit inter Trœzenem et Epidaurum Sacram dictam, quod fefellit Scylacem, qui supine et inadvertenter Methanam transtulit ad alterum littus, ubi fuit alia Epidaurus Limera dicta. *Palmerius* (*Exercit.* p. 273).

Hic ego Scylacem a cl. Palmerii vituperatione tueri tentabo. Nempe tenui emendatione facta, legimus pro Μέθανα, Ἀνθάνα, ex urbe Plinii, *Anthane (b)*, vel Ἀνθήνη, ex Thucydide. Quamvis Pausanias dixerit *Brasias* ultimam esse Eleutherolaconum urbem, Βρασιαὶ ἐσχάτη μὲν ταύτη τῶν Ἐλευθερολακώνων *(c)*, fuit tamen *Cynuria* quædam, Κυνουρία γῆ, quæ modo Laconiæ pars fuit, modo Argolidis. Meminit Thucydides *(d)* Cynuriæ regiunculæ, de qua frequens orta disceptatio, utpote de terminis Argivos inter et Spartanos. Hæc adjicit ille: Ἔχει δὲ ἐν αὐτῇ Θυρέαν καὶ Ἀνθήνην πόλιν. νέμονται δ' αὐτὴν Λακεδαιμόνιοι. *Habet hæc* (regio) *Thyream et Anthenam urbem, eamque* (regionem) *possident Lacedæmonii.* Confer Stephanum, ibique adnotata.

227. Ἐγγυτάτω.... τῆς Εὐρώπης] Cf. not. 40.

228. Ἡμέρας δρόμος] Quod intervallum fere idem, Strabo ait esse 700 stadiorum: ἀπὸ δὲ Ταινάρου (ἐπὶ τὸ Κριοῦ μέτωπον) οἱ στάδιοι ἑπτακόσιοι *(e)*.

229. Ἀπὸ δὲ Φαλασάρνων] Legendum puto Φαλασαρνίων. Stephanus enim sic: Φαλάσαρνα, πόλις Κρήτης.... ὁ πολίτης Φαλασάρνιος.

230. Πρὸς νότον δὲ ἄνεμον πλοῦς εἰς Λιβύην] Hic subest lacuna. Nam hæc non scripsisset Scylax, ut diceret tantum esse Libyam ad notum Cretæ sitam. Hic unum dabatur, quod vocant διάρμα. Illud idem exprimit Strabo *(f)* his verbis: Κεῖται δὲ τὸ τῶν Κυρηναίων ἐπίνειον κατὰ τὸ ἑσπέριον ἄκρον τῆς Κρήτης, τὸ τοῦ Κριοῦ μέτωπον, ἐν διάρματι δισχιλίων σταδίων· ὁ δὲ πλοῦς Λευκονότῳ. *Cyrenensium navale occidentali Cretæ promontorio, quod est Criumetopon, obponitur 2000 stadiorum trajectu; navigatur autem Leuconoto.* Notandum autem cum Casaubono, alibi *(g)* Strabonem huic διάρματι 3000 stadia tribuisse. Scribit quoque geographus a Cyrenæa regione ad Criumetopon, duorum

(a) Lib. VIII, pag. 368.
(b) Lib. IV, cap. 5.
(c) Pausan. *Lacon.* lib. III, c. 24, p. 271, sub fin.
(d) Thucyd. lib. V, cap. 41.
(e) Lib. X, pag. 475 (pag. 728, B).
(f) Lib. XVII, p. 837 (p. 1194, B).
(g) Lib. VIII, pag. 363 (pag. 558, B).

dierum ac noctium duarum navigationem esse, δυοῖν ἡμερῶν καὶ νυκτῶν πλοῦς *(a)*.

231. Ἐπὶ Χερρονήσου δὲ τὰς ἁλιάδας] Salmasii est lectio, Ἀπὸ Χερρονήσου εἰς τὰς ἁλιάδας τῶν Κυρηναίων, &c. *Vossius.*

Et ad hoc Salmasianum formatur ab interprete latina versio. Etiam ab aliis annotatur Chersonesus in Creta. Itaque hactenus illa bene cedunt. Verum nullus adeo ventorum inscius aut fuit, aut est, ut ad notum ventum diceret institui solitam navigationem ex Creta in Libyam, hoc est, ex septentrione meridiem versus, quo respectu Creta jacet ad Libyam. Certe quum Jason ex Pelio flexurus Peloponnesum ad Delphos præter opinionem a Malea deferretur in Africam, id non vento noto factum dicit Herodotus libro IV *(b)*; sed ὑπολαβεῖν ἄνεμον βορέην καὶ ἀποφέρειν πρὸς τὴν Λιβύην. Nam notus contra favet ex Africa navigantibus in septentrionem. Itaque Strabo, quum lib. XVII *(c)* peragrat Cyrenaicam, dicit ejus partem κεῖσθαι κατὰ Κόρυκον τῆς Κρήτης ἐν διάρματι χιλίων καὶ πεντακοσίων σταδίων νότῳ, nempe ex Cyrenaica solventibus, de qua narrat. Denique si omnia in illis consideres, quæ istic colligatio, qui nexus! Videtur igitur sic emendandus hic locus. Ἀπὸ δὲ Φαλασάρνων Κριοῦ μέτωπόν ἐστιν ἀκρωτήριον πρὸς νότον ἄνεμον. Πλοῦς δὲ εἰς Λιβύην ἐπὶ Χερρονήσου τὰς ἁλιάδας τῶν Κυρηναίων· ὁ δὲ πλοῦς ἡμέρας καὶ νυκτός. *Post Phalasarna est Criumetopon promontorium ad ventum notum* scil. spectans, vel ab eo latere versus austrum, *unde navigatio in Libyam ad Haliadas Chersonesi Cyrenæorum. Est autem navigatio diei et noctis.* Chersonesus Cyrenes magna satis nota est, et in sequentibus facit ejus mentionem Scylax. Etiam Κριοῦ μέτωπον καλεῖσθαι τὸ νότιον ἀκρωτήριον annotavit ibidem Strabo p. 474 *(d)*. *Gronovius.*

Haud vidit Gronovius, non idem esse navigare meridiem versus, πλεῖν πρὸς νότον, et navigare noti flatus sequendo, ὑπολαβὼν ἄνεμον βορέην. Sed quod ad totum locum adtinet, aut ego vehementer fallor, aut posterioris manus opus est hæc tota phrasis : Ἐπὶ Χερρονήσου....... πλοῦς ἡμέρας καὶ νυκτός. Et primum, si hanc *Chersonnesum* Cretæ esse volueris, cur illius non jam amplius meminit noster, dum Phalasarna pariter supra laudata secundum infra locum obtinet! Si eam Cyrenæorum esse malueris, et Gronovii emendationem secutus fueris, omnia nimium perturbantur. Imo quid sibi vult τὸ

(a) Lib. X, pag. 475 (pag. 728, B).
(b) Cap. 179, init.
(c) Pag. 838 (pag. 1195, B).
(d) (Pag. 727, B).

ἁλιάδας, quod Vossius vertit *litora* et Gronovius nullo modo vertit! Quæ vox apud Hesychium et alios, aut *navigium piscatorium*, aut *piscatoris filiolum* significat. Et tandem intervallum e Cyrenæorum regione ad Cretam hic scribitur iter esse *diei* tantum *et noctis*, πλοῦς ἡμέρας καὶ νυκτός; Strabo contra hoc ait esse *duorum dierum ac noctium*; cf. supr. not. 230. Ego vero suspicor τὸ ἁλιάδας respicere ad navigia expedita piscatorum, quæ minimo temporis intervallo hoc iter forsan peragebant. Voluit librarius quidam aliquid peculiare in margine addere; et illud ipsum perturbavit forsan ea, quæ Scylax scripserat post πλοῦς εἰς Λιβύην.

Ceterum diserte scribit Strabo duas fuisse Chersonesos, unam Cretæ, alteram Cyrenæorum priori fere obpositam. Cujus hæc verba sunt: .... Ζεφύριον, (Cyrenæorum portus), καὶ ἄκρα Χερρόνησος λιμένα ἔχουσα· κεῖται δὲ κατὰ Κόρικον τῆς Κρήτης ....*(a)* et paullo ulterius: εἶτα μέγας λιμὴν (apud Cyrenæos), καθ᾽ ὃν ἡ ἐν τῇ Κρήτῃ Χερρόνησος ἵδρυται.

232. Στάδια ͵βφ´] Non 2500, sed 2300 stadiorum hanc longitudinem esse scribit Strabo *(b)*, μήκει.... πλειόνων ἢ δισχιλίων σταδίων, καὶ τριακοσίων. Refert etiam ille plurium supputationes. Cf. ibi adnot. Casauboni.

233. Στενὴ δὲ, καὶ τέταται.... πρὸς ἡλ. ἀνατολάς] Cum iis verbis concinunt hæc Strabonis: .... Κεῖσθαι (τὴν Κρήτην).... ἐπὶ μῆκος ταύταις ταῖς χώραις (Cyrenaicæ et Græciæ) παράλληλον ἀπὸ τῆς ἑσπέρας ἐπὶ τὴν ἕω. Cf. Plinium lib. IV. cap. 12.

234. Καὶ αὐτόχθονες] Herodotus *(c)* enim sic: Τὴν γὰρ Κρήτην εἶχον τὸ παλαιὸν πᾶσαν Βάρβαροι.

235. ΚΡΗΤΗΣ ΘΕΣΙΣ] Aliquis id margini adscripsit, unde in textum irrepsit. *Vossius.*

Id nequaquam pro vero habendum est. Sed est interpositum ab ipso Scylace, ut simile jam antea occurrebat, et infra sequetur. Unde has voces majore charactere exprimi curavi. *Gronovius.*

236. Ὡς ἀκρωτήρῳ ἐστὶ πρὸς τῇ] Πρὸς τῷ ἀκρωτηρίῳ, Salmasius. *Vossius.*

Placuit ea conjectura Vossio, ut probat versio. Sed quale tandem in Creta fuit promontorium versus solem occidentem, Scylaci tam accurate notatum, his duobus judicibus! Nominat nullum. Aliis ibi ponitur Corycus. Id ignoratur Scylaci, qui ipsam πόλιν πρὸς ἥλιον δυόμενον agnoscit primam Phalasarna,

(a) Lib. XVII, p. 838 (p. 1195, B).
(b) Lib. X, p. 474 (p. 727, C).
(c) Lib. I, cap. 173.

velut describente Strabone τῶν ἄκρων· τὸ μὲν ἑσπέριόν ἐστι τὸ περὶ Φαλάσαρνα, ut studiose illic interpres, *de extremitatibus occidua est circa Phalasarna*, idque εἰς δύο ἀκρωτήρια μεριζόμενον. Hinc patet erroneam esse conjecturam istam, et aliud cernes dici ab Scylace, si attendas scripsisse ΚΡΗΤΗΣ ΘΕΣΙΣ. Ὡς ἀκρωτηριῶ, ἐστι πρ. hoc est, ut scindam in partes, ut particulatim exsequar. Verbum istud ignotum est hodie, nisi quod ex Hesychio docemur Ἀκρωτηριῆσαι, κόψαι, quod ipse H. Stephanus et alter Græculus nequiverunt ferre, ideoque mutabant in Ἀκρωτηριάσαι, sed inepte : et recta vetus scriptura in Hesychio, cujus exemplum hic dat Scylax. *Gronovius.*

Parum placet et mihi Salmasii, Vossio probata, emendatio; ægre tamen Gronovii conjecturam sequar. Quid enim sibi vult significatio ista *secandi!* Ego quoque hanc sententiam subodorari crediderim : *ut sit pars unde incipiam,* aut gallice, *pour commencer par une extrémité*, quasi scriberetur ἀπ' ἀκρωτάτυ μέρυς ἀρχομένῳ, ἐστ.... Sed prorsus medelam exspectat locus. Fors. leg. ἀπ' ἄκρας ἑσπέρας.

237. Πολύῤῥηνα] Cum simplici ρ scribendum hic esse docet Spanhemius *(a)*. *Hudson.*

Lege Πολυῤῥηνία cum Ptolemæo, vel Πολύρην cum Stephano.

238. Ἀπὸ βοῤῥᾶ πρὸς νότον] Id est fere usque ad promontorium *Criu-Metopon.*

Polyrrhenii, ex Strabone *(b)*, erant ad vesperam Cydoniatarum, et distabant 30 stadiis a mari, 60 a Phalasarna.

239. Δικτυνναῖον Ἀρτέμιδος ἱερόν] Cujus delubri locum in occidentali insulæ parte diserte ostendit noster, quum paullo supra dixerit se ab occidente initium sumere. Concinit Dicæarchus *(c)* Scylaci. Recte ergo scribit Spanhemius *(d)* omnino distinguenda esse Δικτυνναῖον ὄρος ad occidentem situm, et Δικταῖον ὄρος *orientale*, ut Strabo ipse ait *(e)*. In quo erravit Callimachus.

240. Vulgo Ὑρτακίνα] Recte Johan. Meursius, vir maximus, legit Ὑρτακίνα. *Vossius.*

241. Κυδωνία] Quæ civitas ex Strabone *(f)* sita erat in occiduis insulæ partibus, Laconicam respiciens, sed a mari quadraginta stadiis remota. De qua confer Tzschuckium in Melam *(g)*.

(a) *De Præst. et us. numism.* pag. 902.
(b) Lib. x, pag. 479 (pag. 734, A).
(c) *Stat. Græc.* in Creta, pag. 25, Huds.
(d) Ad Callimach. *in Dian.* v. 199.
(e) Lib. x, pag. 475 (p. 729, init.).
(f) Lib. x, pag. 479.
(g) *Not. exeg.* in lib. II, cap. 7, §. 12, pag. 816, sq.

242. Vulgo Σάλυρος] Legendum Ἔλυρος, ut recte observavit idem Meursius. *Vossius.*

De qua vide Berkelium ad Stephan. *(a).*

243. Μέλισσα πόλις] Scribe Πρὸς νότον δὲ Λίσσα, vel Πρὸς νότον μὲν Λίσσα. *Vossius.*

244. Ὀλοῦς καὶ Πᾶν] Πάννονα Ptolemæo est urbs Cretæ, sed mediterranea. Lege itaque cum Salmasio, καὶ λιμὴν ἐν αὐτῷ Ὀλοῦς, καὶ πόλις: ut πόλιν, et λιμένα, dicat esse τὸν Ὀλοῦντα. Oluntis vero urbis meminerunt plurimi. *Vossius.*

Quamvis Ptolemæus *Pannonam* suam inter mediterraneas urbes collocaverit, id non foret causa, cur hoc nomen hinc rejiceretur. Nam paullo infra animadvertit ipse Vossius *Sybritam* a Ptolemæo in mediterraneo tractu reponi, dum sit apud nostrum ad meridionale litus sita. Ceterum Vossium sat libenter sequor.

245. Πρὸς βορέαν δὲ ἄνυα Πηρία χώρα] Lege πρὸς Βορέαν δὲ ἄνεμον ἡ Ἀπτερία χώρα. Urbs ipsa dicitur Ἄπτερα, παρὰ τὸ ἐκεῖ τὰ περὶ νικηθείσας ἀποβαλεῖν τὰς Σειρῆνας. Et hinc χώρα Ἀπτερία. Diodorus Siculus *(b)*: Οἱ δ᾽ οὖν κατὰ τὴν Κρήτην Ἰδαῖοι Δάκτυλοι παραδέδονται τήν τε τοῦ πυρὸς χρῆσιν καὶ τὴν τοῦ χαλκοῦ καὶ σιδήρου φύσιν ἐξευρεῖν, τῆς ἀντίας Ἀπτεραίων χώρας, περὶ τὸν καλούμενον Βερέκυνθον, καὶ τὴν ἐργασίαν, δι᾽ ἧς κατασκευάζεται. Sic legendus locus ille Diodori. Vulgo enim pessime legitur, τῆς Ἀντισαπτεραίων χώρας, &c. *Vossius.*

Relinquo Diodorum. In aliis nihil nisi quod Meursius habet; nisi quod audacior literas αν contemnit ac deglutit. Sed quæ potuit fuisse causa Scylaci, ut sic insipide repeteret illa πρὸς Βορέαν δὲ ἄνεμον! Hanc debuerat edere auctor hujus mutationis. Item quæ causa potuit depravare librarium, ut modo recte scriberet, nunc tantopere corrumperet! Quin etiam Olus hic dicitur esse versus boream, quum tamen Strabo id attribuat regioni Phæstiæ; Phæstum autem dicitur condidisse Minos ἐπὶ θαλάσσης ἐῤῥωμμένην ἐπὶ μεσημβρίαν *(c)*, et πρὸς νότον mox ponit Scylax. Hæc omnia videre licet in collectionibus Meursii. His ut singulis vix succurram, ita certe videtur hinc corrigendum Ὀλοῦς, Κάνδανος, Βοίη, Ἀντεία, Ἀπτεραία. Sunt nota omnia. Πᾶν pro urbe ex hoc uno loco tolerare potuit Meursius, quod miror. *Gronovius.*

Averruncent a nobis dii similem emendandi rationem, similesque urbium factas ex lusu instaurationes. Equidem adsentior

(a) Voc. Ἔλυρος.
(b) Lib. v, cap. 64. Wesseling.
(c) Diodor. lib. v, cap. 78.

Gronovio vulgatam Strabonis lectionem Ὀλύσσην vindicanti, quam Salmasius *(a)*, Casaubonus *(b)*, atque nuper Strabonis interpres gallicus *du Theil (c)*, deletam voluere. Imo liquet ex Strabone *(d)* Ὀλύσσην seu Ὀλοῦντα, ut vult Scylax, partem fuisse Phæstiæ, et in eodem litoris tractu sitam. Stephanus etiam meridionalem locorum situm confirmat scribendo *(e)* : Ἔστι δὲ Φαιστιάδος καὶ ὁ καλούμενος Λισσής. Atqui si Stephanum contulerimus cum Scylace paullo infra scribente πρὸς νότον Φαῖστος, sic meridiem versus, πρὸς νότον, urbs et lacus Lissa collocabuntur. Erant igitur cum Lissa meridionales, tum Phæstus, tum a Phæsto haud remota Olus. Video tamen aliquid in Scylace discrepantis esse cum Strabone. Strabo enim fere adjacentes urbes Phæstum et Olunta referre videtur, dum Scylax Phæstum sat procul occidentem versus ab Olunte collocaverit. Sed apud Scylacem Phæstus urbs fere tantum est; apud Strabonem vero, et urbem ipsam et totum litus illud complectitur, quod paullum ad meridiem et ad occidentem simul spectat. Curavit referre Strabo, tres urbes olim tribus Cretæ partibus imperitasse; Cnossam, litoribus ad Græciam spectantibus, Gortynam oris meridionalibus, Phæstum occiduis. Ad id recidit geographus, quum Phæstiam refert, a promontorio Criu-Metopo usque ad ἄκραν illam litoris, ubi Phæstus urbs sedet, sese protendentem. Certe Strabo in Phæstiæ territorio sitas esse dixisset urbes, quas medias inter Criu-Metopon et civitatem Phæstum memorat Scylax. Sed redeamus ad Scylacem : offenditur, nec immerito, Gronovius, quod Olus apud nostrum ponatur ad septentrionem; sed vir egregius nullum remedium emendando affert. Ego vero valde suspicor subesse lacunam post καὶ λιμὴν ἐν αὐτῷ, et deesse nomen hujus *portus* vel *loci*. Inde transit Scylax ad meridiem, ubi Olunta collocat. Nunc minime delenda mihi videtur hæc dicendi forma iterum mox usurpata πρὸς βορέαν δέ....., nec locorum nomina in illius locum addenda. Ceterum pro καὶ Πᾶν, rescribant alii καὶ πόλις cum Vossio, alii Πάννονα ex Ptolemæo; at, quod ad sequentia adtinet, Vossii emendationem sequor.

246. Μεσάπος] Μεσσάπολις est in Dicæarcho. *Hudson.*

247. Vulgo Μετὰ δὲ Ὀσμίδαν, Ἐλεύθερναι] Lege Μετὰ δὲ, Ὀσμίδα, Ἐλεύθερναι πρὸς Βορέαν. *Vossius.*

Sed vulgatam commode interpretatur Meursius *post Osmi-*

(a) *Exercit. Plinian.* pag. 118.
(b) Adnot. ad Strab. lib. x, pag. 479.
(c) Ad loc. Strab. cit. traduct. française, tom. IV, pag. 361.
(d) Loc. cit.
(e) Voc. Φαιστός.

dam vero Eleutherna. Ordinem satis conspicuum facit ipsa hæc loquutio. *Gronovius.*

248. Συβρίτα] Hæc nimis aperte posita sunt ab Scylace, quam ut mererentur ab Meursio negligi solum Ptolemæum citante, ut mediterraneam urbem ostentaret. Immo ut Scylaci constet veritas, descripsi Florentiæ iter Creticum posterioris temporis, ubi in australi litore ponuntur *Pergamea, Lapsa, Matalia, Pinotisa, Suveta, Nichiton, Sfichium.* Hanc enim tertiam ab ultima reor eandem esse. Addendus geographus Ravennas. *Gronovius.*

Puto eamdem esse, quæ Σίβυρτος aliis dicitur. *Hudson.*

249. Πρὸς νότον Φαιστός] Viginti stadiis a Libyco mari distantem, Strabo hanc urbem depingit *(a)*. De hujus vocis accentu hæc scribit Eustathius *(b)* : Φαιστὸς μὲν ὀξυτόνως, πόλις Κρήτης· Φαῖστος δὲ βαρυτόνως, κύριον ὄνομα, ὃν Ἰδομενεὺς ἀναιρεῖ. Idem ait Stephanus *(c)*. Rescrib. igitur in textu Φαιστός.

250. Vulgo Πάξος] Recte eruditissimus Meursius legit Ὀαξός. *Vossius.*

251. Γορτύνα] De variis hujus urbis adpellationibus confer Tzschuckium in Melam *(d)*. Quæquidem non maritima urbs, quamvis a Scylace inter mediterraneas non adnumeratur. Strabo enim *(e)* nos docet illam habuisse *emporium,* a quo stadiis XC recedebat. Navale illud Libyco mari adluebatur.

Gortynæ munimenta Homero *(f)* et Straboni *(g)* celebrata.

252. Βαῦκος] Legendum Καῦνος ex Stephano, ut jam vidit Salmasius. *Vossius.*

Sed L. Holstenius in Stephanianis pag. 270, vitiose sic legi annotabat pro Ῥαῦχος, quod certe proximum vulgato, et propinquius quam Salmasianum, et miror prætermissum ab Meursio, qui pag. 58 de hac urbe agit. Sed moratur, quod Stephanus testetur esse ἐν μεσογείῳ τῆς Κρήτης. *Gronovius.*

253. Vulgo Περάσις] Puto legendum esse Πραίσους. *Vossius.*

Forsan Πραίσος aut Πραίσους legendum. Vide Holstenium ad Stephanum *(h)*. *Hudson.*

Forsan melius Πρασός. Ibi enim Strabo *(i)* collocavit *Prasios* et urbem *Prasum.* Mediterranea hæc urbs est apud Strabonem, sexaginta stadiis a mari remota, et fere pariter distans a duobus promontoriis, *Samonio* et *Chersoneso.*

(a) Lib. x, pag. 479.
(b) Ad Il. v, pag. 1119, ed. Florent.
(c) Voc. Φαιστός.
(d) In lib. II. cap. 7, §. 12, not. exeg. pag. 811, sq.
(e) x, 478.
(f) Il. II, 646.
(g) Loc. cit.
(h) Pag. 261.
(i) x, 478, 479

254. Γερῖνος] Hujus promontorii nemo meminit. Nisi forte legendum sit Ἴπανον, ex Plinio. *Vossius.*

Sed forsan in hoc sedet memoria Γερμμὶν urbis, ut vocat Stephanus, et collegit Meursius. *Gronovius.*

Vide Harduinum in Plinium (a). *Hudson.*

255. Ἑκατόμπολις] Sic Plinius (b) : *Creta.....centum urbium clara fama.* Strabo (c) Cretam vocat ἑκατόμπολιν, ex Homero (d). Conf. Eustath. ad Homerum cum adnot. Politi in Eustathium (e), et Tzschuckium ad Melam (f).

256. Κίμωλος] Sic Dicæarchus (g), Strabo (h), et Plinius ubique; Ptolemæo (i) tamen hæc vocatur Κιμωλίς. *Vossius.*

257. Νωχίορος] Lego κατὰ ταύτην Ὠλίαρος, ex Ptolemæo, Plinio, aliisque; quod jam Salmasius vidit. *Vossius.*

258. Κίνος] Puto legendum κατὰ δὲ ταύτην Σίκινος, quæ insula memoratur Ptolemæo (k), et Plinio (l). Straboni (m) hæc Σίκηνος vocatur. *Vossius.*

Cf. scholiast. Apollonii (n), Stephanum, Bochartumque (o).

259. Αὕτη ἡ πόλις] Lege αὕτη καὶ πόλις. *Vossius.*

Sic confusa ἡ et καί censuit cl. Hasius ad Lydum (p).

260. Ἀστυπάλη] Aliis Ἀστυπάλαια. *Vossius.*

261. Πόλις ἐστὶν Ἄργος] Cave hic πόλιν pro unica urbe accipias. Quomodo enim una urbs in altera? Accipe itaque hic pro communione civitatum, et pro ipsa regione. Sed de eo alibi (not. 572). *Voss.* Cf. schol. ad Apollon. Rhod. III, 992.

262. Vulgo Καθῶναι] Scribe Κλεῶναι, ex omnibus. *Idem.*

Habet Κλεωναί Pindari schol. uterque ad *Olymp.* X, 36. Infra, pro vulgato Τιρύνθα, rescribo Τίρυνς. Nusquam enim Τιρύνθα, ubique Τίρυνς legitur.

263. Ἐπίδαυρος] Plurimi sunt qui confundant hasce duas Epidauros, quæ sunt in sinu Argolico. Nam scribunt duas tantum in Peloponneso esse Epidauros; unam apud Eleutherolaconas, alteram ad sinum Saronicum. Hujus vero nullam mentionem faciunt, tanquam eadem foret ac Epidaurus Laconicæ, cum tamen Strabo (q), et alii, manifeste distinguant, addentes etiam hanc Λιμηρὰν quasi λιμενηρὰν, quod portuosa esset, cognominatam fuisse. *Vossius.*

(a) Pag. 452.
(b) Lib. IV, cap. 12.
(c) X, 479.
(d) Il. II, 649.
(e) Eustath. in Il. V, p. 1276, ed. Florent.
(f) *Not. exeg.* ad lib. II, c. 7, §. 12, p. 791.
(g) Pag. 24, Huds.
(h) X, pag. 484 (pag. 742, A).
(i) Lib. III, cap. 17, fin.
(k) Lib. III, cap. 15.
(l) IV, 23, §. 12.
(m) X, pag. 484 (pag. 742, fin.)
(n) Ad lib. I, v. 623.
(o) In *Phaleg.* lib. I, cap. 14, col. 415.
(p) *De Ostent.* pag. 294, C.
(q) VIII, 368 (pag. 566, init.).

Minime hæc scripsisset cl. Vossius, si adtendisset ibi rem esse de territorio tantum, nec de urbe *Epidauro*, quæ in Saronico sinu, ex ipso Strabone *(a)* quærenda est. Non duæ sunt Epidauri urbes in sinu Argolico; nec plures habet Peloponnesus Epidauros, quam duas. Ex Scylacis verbis tantum concludamus, suam Epidaurum regionem *a mari ad mare pertingere*, et διήκειν ἀμφοτέρωθεν.

264. Καθήκει γὰρ εἰς τὸν κόλπον τοῦτον στάδια λ'] Respicere operæ pretium est Latina Vossii : *Inde enim ad sinum stadia tantum sunt 30.* Ubi enim in Græcis vel istud *inde*, vel alterum *tantum*? Dicit Scylax, *pertinet enim in sinum istum stadia 30*, quibus indicat Epidaurum obtinere partem sinus Argolici, et quidem ita, ut litus 30 stadiorum in eo habeat sui juris. *Gronovius.*

Nempe Epidauria utrimque mari adluitur, sicut ac (p. 265, 266) *Lampæa, Lyctus, Præsusque*, διήκουσιν ἀμφοτέρωθεν.

265. Ἐπιδαυρείαν] Rescribe Ἐπιδαυρίαν. *Hæschelius.*

Unde, quæso! Strabo *(b)* habet Ἐπιδαυρεία. Hic deesse videtur titulus, quippe qui, relicta regione una, ad alteram nos ex consuetudine deducat. Sed brevius videbatur quod de *Halia* hic scribitur, quam ut adhibendi *tituli* per se materia foret. Ceterum unus est hic locus eorum, ex quibus suspicatus sum posteriori manu plerosque titulos adjectos fuisse.

266. Ἁλία καὶ λιμήν] Hujus urbis nomen Thucydides pluraliter effert *(c)* ut et ejus scholiastes, cujus verba sunt : Ἁλιαὶ ὀξυτόνως, πόλις Πελοποννήσου περὶ Τροιζῆνα τῆς Ἀργολικῆς μοίρας. *Vossius.*

267. Περίπλους ταύτης] Differunt prorsus voces παράπλους et περίπλους : quarum prior exprimit iter rectum litora sequenti; sæpe altera, iter quasi orbicum litora circumeunti. Sed nonnunquam usurpatur περίπλους ferme pro παράπλους. Cf. n. 3, ad Hannon. Legitur contra alib. *(d)* παράπλ. pro περίπλ., fors. mendose.

268. Ἑρμιὼν] Aliis Ἑρμιόνη. *Vossius.*

269. Σκύλαιον] Recte scribit Σκύλλαιον, ut omnes; non, Σκύλλιον, ut corrupte legitur apud Ptolemæum *(e)*. Livius *(f)* id promontorium non Trœzeniis, sed Hermionibus, adscribit. Verba ejus sunt : *Classis a Corcyra ejusdem principio æstatis cum L. Apustio legato profecta, Malea superata, circa Scyllæum agri Hermionici, Attalo regi conjuncta est. Vossius.*

(a) Lib. VIII, pag. 369 (pag. 567, B).
(b) Lib. VIII, pag. 375 (pag. 575, C).
(c) Lib. I, cap. 105, init.
(d) §. 110, pag. 318, fin.
(e) Lib. III, cap. 16.
(f) Lib. XXXI, cap. 44.

270. Τῦ κόλπυ τῦ πρὸς ἰσθμόν] Nondum adpellabatur hic sinus Saronicus. De *Saronico* silent Herodotus, Thucydides, Xenophonque. Primus Σαρωνικῦ κόλπυ meminit Callimachus *(a)*; meminit quoque Strabo *(b)* Saronici *sinus* : ad quem vid. doct. *du Theil* adnotationes. De voce Σαρωνικός et ejus origine, vid. Casauboni adnot. ad Strab. *(c)* : sic Eustathius *(d)* inter multa : Σαρωνικὸς δὲ κόλπος..... ἀπὸ Σάρωνος ποταμῦ Τροιζῆνος ἐκβάλλοντος εἰς αὐτόν. Adi Agathemerum *(e)*, Mel. *(f)* adnotationesque Tzschuckii *(g)*. De voce πρός cf. infr. not. 687 et 724.

271. Ἀκρωτήριον τῆς Ἀθηναίας χώρας] Forte melius, ut infra, τῆς Ἀθηναίων χώρας. Ἀθηναίαν enim χώραν, raro, aut potius nunquam, dicunt scriptores; sed Ἀττικὴν χώραν. Ut neque Ἀθηναίας γυναῖκας, sed Ἀττικάς. Ut jam dudum observatum est illustri Salmasio. *Vossius.* Adde Berkel. ad Steph. voc. Ἀθῆναι, not. 41.

Sed istud Ἀθηναίων est ipsius Hœschelii. *Gronovius.*

272. Κατὰ δὲ τῦτο] Nempe in conspectu Scyllæi promontorii. Scribit Strabo *(h)* plures esse circa Æginam insulas, et adjicit hæc : Βέλβινα δὲ πρὸς τὸ πέλαγος ἀνατείνυσα. Quum autem Ægina magis ad septentrionem jaceat, quam Scyllæum promontorium, et sit Belbina ἀνατείνυσα versus altum mare, id est, meridiem versus, inde consequitur Belbinam in conspectu Scyllæi promontorii collocandam esse, quod scribit noster. Ceterum hujus insulæ *Belbinæ* meminit Stephanus præter Strabonem, sed obscure *(i)*.

273. Τύτυ τῦ κόλπυ. Ἀπὸ τύτυ] Ita distinguendus, et emendandus est hic locus : Κατὰ δὲ τῦτο ἐστι νῆσος Βέλβινα καὶ πόλις. Παράπλυς τύτυ τῦ κόλπυ, ἀπὸ τῦ σόματος εἴσω εἰς τὸν ἰσθμὸν σάδιά ἐστι ψμ'. Non dubitandum de hac lectione. *Vossius.*

Grave et acerbum istud imperium quidem. Nam plane non video, cur vel vox παράπλυς hic infulciri debeat, aut altera vox πύτυ expelli. Distinxeris enim ita : Κατὰ δὲ τῦτο ἐστι νῆσος Βέλβινα καὶ πόλις. Τύτυ τῦ κόλπυ ἀπὸ τύτυ τῦ σόματος εἴσω εἰς τὸν ἰσθμὸν σάδια ἐστὶ ψμ'. *Circa hoc est Belbina insula cum urbe. Hujus sinus ab hoc ore* (nempe ubi est Scyllæum) *intus usque ad isthmum, sunt stadia* Iↄ CC XL. Quid requiritur ad integritatem hujus locutionis? *Gronovius.*

Nihil ego requiro, sed iterationes vacuas deprecor. Valde supicor τύτυ τῦ κόλπυ nihil aliud esse, quam scholion quoddam

(a) Hymn. *ad Del.* v. 42.
(b) Lib. VIII, pag. 369.
(c) Loc. cit.
(d) Ad Dionys. v. 422.
(e) Lib. I, cap. 3 et 5, tom. II, Huds.
(f) Lib. II, cap. 3.
(g) Ad loc. cit. not. exeg. pag. 297, 298.
(h) Lib. VIII, pag. 375 (pag. 576, B).
(i) *Vid.* Berkelii adnot. *ad Stephan.* voc. Βέλβινα.

margini adscriptum, quod in textum irrepserit. Librarius quidam credidit obscuriora fore sequentia ἀπὸ τούτου τοῦ στόματος, nisi nuntiaret quo referenda essent. Simile quoddam notavi supra in §. 47 *(a)*.

274. Κατὰ στόμα εὐθύτατος] *Hic sinus secundum os est rectissimus*, id est, *ex ore recta linea in imam partem produci potest.*

275. Vulgo Τροιζὴν] Titulorum recentiori auctori scribendum erat Τροιζηνία. Nam infra in *Epidauro* legitur μετὰ δὲ Τροιζηνίαν.

276. Καὶ λιμὴν] Portus ille, cujus meminit Scylax, Πώγων, id est barba, adpellabatur *(b)*.

277. Παράπλους δ' ἐστιν αὐτῆς στάδια λ'] Hic notandum, quod duplex stadiorum supputatio fiat, una stadiorum triginta, altera trecentorum. Quid de priori cogitandum sit, hæreo. Fuere forsan seriora tempora, quum Trœzenia non tantum pateret, quantum Scylacis ævo, et litora Trœzenen inter et Epidaurum, a Trœzenia detraherentur. Sic Trœzene sola Trœzenia fere constabat. Tunc forsan margini Scylacis addita fuerunt stadia, quibus serius patebat hæc regio; et inserta fuit in textum hæc intempestiva supputatio. Altera enim præoptanda prorsus. Nam ex Scyllæo promontorio usque ad Epidaurum Trœzeniam patentem Scylax ipse declarat; imo sita est Epidaurus πόλις ἐν μυχῷ τοῦ Σαρωνικοῦ κόλπου, ut ait Strabo *(c)*; et litus asperitates præbet peninsulamque Strabonis *(d)*. Si quis autem objecerit *urbem* tantum Epidaurum esse in ima parte sinus Saronici, sed non territorium, satis erit si respondeamus hoc territorium esse apud Scylacem stadiorum tantummodo triginta. Ergo hæc tota fere longitudo sinus Saronici, minor non esse potest, quam 300 stadiorum.

278. Μετὰ δὲ ταῦτα] Mallem hic (cf. not. 129) legere κατά, etsi nonnumquam Scylax hanc vocem μετά ad situm insularum designandum adhibuerit. Cf. pag. 257, lin. 2. Sed ibi insula Cephalenia, *ulterius* eundo, reperitur; Calauria contra, potius ante Trœzenen et ejus portum, reperitur, quam ultra pergendo. Imo Calauria non est μετὰ Trœzenen, quum Scylax ipse infra scripserit, μετὰ δὲ Τροιζηνίαν πόλις Ἐπίδαυρος. Non aliena est nostro hæc locutio κατὰ ταῦτα de insulis, quam supra reperias in Acarnania de Ithaca insula, et ibidem iterum de Echinadibus. Ceterum Strabo ipse Calauriæ situm

(a) Cf. not. 223, pag. 398.
(b) Strab. pag. 373 (pag. 574, init.).
(c) Lib. VIII, pag. 374 (pag. 575, A).
(d) Loc. cit. pag. 374, fin. (pag. 575, B).

sic describit *(a)* : Πρόκειται δὲ τοῦ λιμένος αὐτῆς (Τροιζῆνος)..... Καλαυρεία νησίδιον. *Ante Trœzenis portum jacet insula parva Calauria.* Et supra *(b)* : Ἐν παράπλῳ δὲ (Τροιζῆνος) πρόκειται Καλαυρεία νῆσος... τετρασταδίῳ διεστῶσα τῆς Ἠπείρου.

279. Στάδια λ′] Non triginta, sed quindecim tantum ei concedit Strabo *(c)*.

280. Μετὰ δ' Ἐπίδαυρον ἡ Κορινθίων χώρα ἐστὶ πρὸς ἠῶ] Non ita capiendum, quasi Corinthiorum regio Epidauriis sit ad auroram : hoc enim falsum : sed id dicit, post Epidaurum esse regionis Corinthiorum eam partem, quæ aurorám spectat. Supra enim jam descripsit alteram ejus partem, quæ occasum respicit. *Vossius.*

Forsan legendum, ut sententia clarius eluceat : ἡ Κορινθίων χώρα ἐστὶ ἡ πρὸς ἠῶ. Ceterum rerum seriem eamdem Strabo, eamdemque sententiam exprimit : Εἶτα Κεγχρεαί, τὸ τῶν Κορινθίων ἐπὶ τὰ πρὸς ἕω μέρη ναύσταθμον *(d)*.

281. Vulgo Καὶ τεῖχος Κεγχρείας] Lego ex Strabone *(e)* Κεγχρεαί.

Notat Thomas Mag. ex Thucyd. VIII, 23, formam quoque Κεγχρείαι.

282. Ἰσθμὸς, οὗ ἱερὸν Ποσειδῶνος] Forsan legendum ἐφ' οὗ. Sic in Ætolia (p. 258) : καὶ ἐπ' αὐτοῦ ἱερόν.

283. Τεῖχος Σιδοῦς] Stephanus sic : Σιδοῦς, κώμη Κορίνθου, ἢ Μεγαρίδος ἐπίνειον. Nempe hic locus utrique regioni conterminus, modo unius, modo alterius fuit.

284. Κρεμμυών] κώμη Κορίνθου, ex Stephano. Olim Megaricæ, deinde Corinthiacæ ditionis hic pagus fuit. Sed a Strabone Κρομμυών adpellatur, a Plutarcho Κρομμυών, et a Pausania Κρωμυών, testante nomen habere a Cromo Neptuni filio. *Berkelius (f)*.

Hic idem locus dicitur Κρώμνη Lycophroni *(g)*, ejusque scholiastæ.

285. Vulgo Καὶ Μεγαρία τεῖχος] Legendum omnino Νισαία. Quod est ἐπίνειον, et τεῖχος τῶν Μεγαρέων. *Vossius.*

Hic distinguitur Νισαία *munimentum*, a portu quem illa tuebatur, imo et amplectebatur. Sic enim Strabo *(h)* : Μετὰ τὰς Σκειρωνίδας πέτρας ἄκρα πρόκειται Μινώα, ποιοῦσα τὸν ἐν τῇ Νισαίᾳ λιμένα. *Post Scironides petras promontorium procurrit Minoa,*

(a) Pag. 373, fin. (pag. 574, init.).
(b) Pag. 369.
(c) Loc. cit.
(d) Lib. VIII, pag. 369 (pag. 567, B).
(e) Loc. cit. Cf. Stephan. ad voc.
(f) Adnot. *ad Stephan.* voc. Κρεμμ.
(g) *Alexandr.* v. 522.
(h) Lib. IX, pag. 391 (pag. 600, B).

quod portum in Nisæa facit. Adjicit geographus distare urbem Megaram a suo portu decem et octo stadiis, sed utrimque longo muro connexam ei fuisse.

286. Vulgo Μεγαρέως] Lege Μεγαρέων. *Vossius.*

287. Vulgo Μέχρι Ἄπιδος] Hæreo, quod nusquam id nomen inveniam. Nec tamen mutandum arbitror. Nam et ipse Scylax statim post repetit id verbum, inquiens : Ἀπὸ Ἄπιδος χώρας ἐπὶ Σούνιον στάδια μμξ'. Certo hinc liquet fuisse locum qui Megarenses ab Atticis dirimeret. Sed qualis is fuerit ignoro. Sane Strabo *(a)* satis disertis verbis testatur, Megaram ab Attica disterminari binis montibus, quos Κέρατα vocabant; Ἐν δὲ τῇ παραλίᾳ, τῇ κατὰ Σαλαμῖνα, κεῖσθαι συμβαίνει τὰ ὅρια τῆς Μεγαρικῆς, καὶ τῆς Ἀτθίδος, ὄρη δύο, ἃ καλοῦσι Κέρατα. Idem quoque Plutarchus in vita Themistoclis *(b)* scribit. *Vossius.*

Sed esse hanc confessionem ista eruditione indignam docui ad Stephani Ἐθνικά, unde egregie patet vocalem ι ab principio excidisse, quum scripserit Scylax Ἰαπίδος. *Gronovius.*

Si Stephanus sano satis Callimachi codice usus est, legendum bis in Scylace Ἰαπίδος : verum de hac emendatione certissimi essemus, si Callimachi Hecale hodie prostaret. Et ut verum fatear, incertior maneo, quia Scylax ultimo loco χώραν, et Stephanus χαράδραν appellat ; quæ quemadmodum concilientur peritiores viderint. *Berkelius (c).*

Quam vero Stephanus χαράδραν, recte Scylax χώραν vocat, intelligens vallem sic appellatam ab perfluente fluviolo ejusdem nominis : nec enim χαράδρα tantum notat ipsum torrentem. Erat ibidem locus, quem Aristophanes vocat Φίβαλιν *(d)*, cujus scholiastæ propterea dicitur, τόπος Μεγαρίδος, οἱ δ' Ἀττικῆς, laudatus ob ἰσχάδας. *Gronovius (e).*

288. Καὶ νῆσος Σαλαμίς] Puto delenda esse hæc verba. *Vossius.*

Vossius deleri vult ea, quæ inclusit parenthesi, hoc est, quorum causam ignorat. At tu scribe καὶ τεῖχος, καὶ ΝΗΣΟΣ ΣΑΛΑΜΙΣ, κατὰ τοῦτό ἐστι Σαλαμίς, prout jam similem locum ante notavi de interpositione Scylacis. Cf. not. 235 et 446. *Gron.*

Vossio ego adsentior. Ceterum obiter hæc : vulgo Σαλαμὶς habet genitivum Σαλαμῖνος. Sed reperitur Σαλάμινος in inscript. quadam *(f)*. Salamis olim dicta Κυχρεία *(g)*, Σκιρὰς *(h)*,

(a) Pag. 395 (pag. 604, D).
(b) Pag. 118, E, ed. Francof. cap. 13, ed. Hutten.
(c) *Ad Stephan.* voc. Ἰαπίς.
(d) Exstat locus in Acharn. v. 802.
(e) *Ad Stephan. var. lect.* voc. Ἰαπίς.
(f) Cf. Raoul-Rochette, *Antiq. du Bosphore*, pag. 204.
(g) Strab. lib. IX, pag. 271; Eustath. ad Dionys. v. 511.
(h) Strab. loc. cit.

Πιτυοῦσσα *(a)*, et *Coronis (b)*. De qua cf. Tzschuck. ad Mel. *(c)*.

289. Καὶ τὰ σκέλη] Propertius lib. III, ad Cynth. v. 21, 22, sic :

> Inde ubi Piræi capient me litora portus,
> Scandam ego theseæ *brachia* longa viæ.

Cf. not. 642, et *Dissert.* nost. in Scyl. §. XXIV, p. 222, 223.

290. Λιμένας ἔχει γ′] Omnes ferme arbitrantur, Piræeum ideo triplicem dictum, quod tres portus comprehenderet : nimirum ipsum Piræeum, Phalerum et Munychiam. Verum qua ratione Phalerus, et Munychia, Piræei portus dici mereatur, equidem non video : et prorsus omni id ratione caret. Nam quamvis uno murorum claustro septi essent, diversi tamen erant portus, maximoque a se invicem distabant spatio. Sed diserte docet Pausanias *(d)*, jam antequam Themistocles Phalerum et Munychiam Piræeo junxisset, tres habuisse portus. Verba ejus sunt : Θεμιστοκλῆς δὲ ὡς ἦρξε (τοῖς τε γὰρ πλέουσιν ἐπιτηδειότερος ὁ Πειραιεὺς ἐφαίνετό οἱ προκεῖσθαι, καὶ λιμένας τρεῖς ἀνθ᾽ ἑνὸς ἔχειν τοῦ Φαληροῦ) τοῦτο σφίσιν ἐπίνειον εἶναι κατεσκευάσατο. Nullus itaque dubito, quin ideo triplex dictus sit Piræeus, quod tres diversæ stationes in eo essent. Et sane ex his tribus stationibus unam Piræei nomine fuisse insignitam, facile mihi persuadeo. Alteram dictam fuisse Κανθάρου, videtur innuere Hesychius : Κανθάρου, λιμὴν οὕτω καλεῖται ἐν Πειραιεῖ. Tertia appellata est Ζέα. Hesychius : Ζέα ἡ Ἑκάτη παρὰ Ἀθηναίοις, καὶ εἷς τῶν ἐν Πειραιεῖ λιμένων, οὕτω καλούμενος ἀπὸ τοῦ καρποῦ τῆς ζειᾶς· ἔχει δ᾽ ὁ Πειραιεὺς λιμένας τρεῖς κλειστούς. Recte hic Hesychius κλειστοὺς appellat tres hosce portus sive stationes. Septo namque Munychiæ continebantur. Ideo Munychiam, Rhodiorum urbi, comparat Strabo *(e)* : Τὸ μὲν οὖν παλαιὸν ἐπετείχιστο καὶ συνῴκιστο ἡ Μουνυχία, παραπλησίως, ὥσπερ ἡ τῶν Ῥοδίων πόλις, προσειληφυῖα τῷ περιβόλῳ τὸν Πειραιᾶ, καὶ τοὺς λιμένας πλήρεις νεωρίων. *Vossius.*

Ad hæc doctus commentator optime reprehendit eos, qui putarunt Piræeum ideo triplicem dictum, quod tres portus comprehenderet, scilicet ipsum Piræeum, Phalerum et Munychiam........Sed nescio quare vir doctissimus iis concedat, Piræeum et Phalerum eodem muro clausos fuisse a Themistocle, et id dixisse Pausaniam. Nam neque id The-

(a) Eustath. *ad Homer.* Il. II, 557.
(b) Porphyr. *de Abstin. Anim.* II, 54.
(c) *Not. exeg.* ad lib. II, cap. 7, §. 10, pag. 699, sqq.
(d) Lib. I, cap. I.
(e) Lib. IX, pag. 395 (pag. 606, A).

mistocles unquam fecit, nec id unquam dixit Pausanias. Optimam sententiam prodit doctissimus vir nimia et falsa concedendo adversariis suæ opinionis. *Palmerius (a).*

291. Σπάδια μμξ'] Rescribendum puto υϛ'. Nempe ait noster totius Atticæ periplum esse 1140 stadiorum, præternavigationem vero a Sunio promontorio ad Bœotiæ fines 650 stadiorum; nunc desunt 490 stadia ut summa supra dicta adimpleatur. Corrumpi potuit litera ϛ' in ξ, et τὸ Υ in Μ cum repetitione. Ceterum ait Strabo *(b)* 680 stadia esse a *Schænunte* ad Sunium promontorium, 350 scilicet a Schænunte ad Piræum, 330 a Piræo ad Sunium *(c)*. At suum metiendi initium Scylax tantummodo ab Eleusi sumit; si autem stadiis 330 (a Sunio ad Piræum), tertiam dimidiamve circiter alterius (a Piræo ad Schænuntem) intervalli partem adjeceris, habebis fere 490 stadia : sic non multum distare potest a Strabonis supputatione hæc nostra, quam conjicimus.

Infra pro Βοιωτίων leg. Βοιωτῶν.

292. ΝΗΣΟΙ ΚΥΚΛΑΔΕΣ] Sequentia, quum satis nuntiaverit Scylax præcedentibus, insertum hunc titulum suspicor.

293. Κέως, αὕτη τετράπολις, καὶ λιμήν· Κορησία &c.] Hæc insula Ptolemæo *(d)* vocatur Κία, quamvis Pintianus in comment. ad Pomp. Melam *(e)*, conatus est legere Κέως, infelici profecto auspicio. Loquitur enim Ptolemæus juxta Romanorum morem, quibus Cia hæc insula vocabatur, ut testatur Plinius *(f)* : *Deinde Ceos, quam nostri quidam dixere Ciam.* Et sic etiam scripsit Pomponius Mela, quamvis apud eum legatur *Cianos.* Cum enim librarius nesciret *Ceon* a Romanis *Ciam* appellari, sic scripsit : *Cia u. os* i. e. *Cia, vel Ceos*, et hinc *Cianos.* Ovidius in Epist. Acontii ad Cydippen *(g)* *Cæam* nominat. Sed male pro *Cia.*

> Insula, Coryciis quondam celeberrima nymphis,
> Cingitur Ægæo, nomine Cæa mari.

Hic pro *Coryciis* vir doctus legebat *Carystiis.* Sed quis non videt, id plane metro adversari! Legendum itaque puto *Corisiis.* Ex quatuor enim civitatibus hujus Ciæ insulæ una erat *Corisus.*

(a) *Exercit.* pag. 273.
(b) Lib. IX, init. pag. 391 (pag. 599, B).
(c) Quos numeros simillimos refert veterrimus codex parisiensis, quem exscripsit *de la Porte du Theil.* Cf. *Traduct. franç. de Strab.* tom. III, pag. 294, lin. 12 et 13.
(d) Lib. III, cap. 15.
(e) Ad lib. II, cap. 7, not. crit., p. 531, Tzschuck.
(f) Lib. IV, cap. 12.
(g) Heroid. ep. XX, v. 221.

Quamvis nonnulli scribant *Corissus*, alii vero *Coresus*, et *Coressus*. Scylacis autem nostri locum sic emenda: Κέως, αὕτη τετράπολις, Ποιήεσσα, καὶ λιμὴν, Κορησία, Ἰουλὶς, Καρθαία. Nam τετράπολιν esse hanc insulam, produnt omnes *(a)*, non τρίπολιν. Dicæarchus *(b)* :

> Ἐγγὺς Κέως πρόσεστι τετράπολις, Σούνιον
> Νῆσος ὑπόκειται καὶ λιμὴν, &c.

Sed mendosus est hic versus. Quis enim unquam Sunium promontorium inter insulas Cycladas retulit? Nugæ. Sic lege:

> Ἐγγὺς Κέως πρόσεστι τετράπολις Σουνίου
> Νῆσος ὑπόκειται καὶ λιμήν.

Sunio enim proxima est Ceos. *Vossius.*

Annon credere licet ipsam Pœeessam olim quoque dictam nomine ipsius insulæ, et idcirco eam non nominari ab Scylace? *Gronovius.*

Hunc locum mutilum optime supplevit Vossius. Sed in eo, quod castigandum credit Pintianum, eo quod apud Ptolemæum pro Κία vult legi Κέως, non possum ei consentire: bene enim mihi videtur eam vocem mendosam correxisse. Nam quod ait Ptolemæum loqui Romanorum more, quibus ea insula Cia vocabatur, et Plinium auctorem citat, vadimonium deserit Plinius, cujus plurimæ et antiquæ editiones aliam exhibent lectionem ab ea, quam ex suo codice proponit: *deinde Ceos quam nostri quidam dixere Ceam*, terminatione duntaxat mutata, ut ad sonum linguæ Latinæ accommodaretur. Sed cur Ptolemæus, qui græce et Græcis scribebat, nomina locorum Græcis barbare scripsisset? Certe rationem non video: nam ubique vocabula Græca græce exhibet, nisi forte in ipsa Italia, cujus pars Magna Græcia vocabatur. Nec est, quod dicam quis dicat Ovidio, qui Cæam dixit, non pro Cia, sed pro Cea, versus gratia, eo quod ε in Κέως brevis est syllaba natura, cum ι sit anceps. Soli Iones, qui aliquando ε in ι mutant, sua dialecto Κίον vocarunt, non vero Κίαν, ut Herodotus *(c)* : at Ptolemæus communi dialecto utitur, non ionica. *Palmerius.*

294. Ἰουλὶς] Meminere Plutarchus *(d)* Stephanusque *(e)* *Julidis*, ceu partis totius insulæ.

(a) Cf. Strab. x, 486.
(b) Pag. 25, Huds.
(c) Lib. VIII, cap. 76.
(d) *Vit. Demosth.* init.
(e) Voc. Ἰουλίς.

295. Ἑλένη] Suspicor illud insulæ nomen, in margine ex librarii cujusdam ingenio additum, in textum transiisse. Strabo *(a)* enim hæc verba Artemidori refert, quæ Helenam insulam, Cycladibus minime adnumerant: Ἀπὸ ταύτης γὰρ (Ἑλένης)...... αἱ καλούμεναι Κυκλάδες εἰσί. Ὀνομάζει δὲ Κέω τὴν ἐγγυτάτω τῇ Ἑλένῃ· καὶ μετὰ ταύτην Κύθνον........ *Ab illa* (Helena) *incipiunt dictæ Cyclades. Nominat et Ceon utpote proximam Helenæ; et postea, Cythnum.*.....Si de ea non siluisset Scylax, jam de illa supra dixisset. Ceterum illud jam suspicatus erat Cellarius *(b)*, ægre pro una e Cycladibus Helenam haberi posse.

296. Vulgo Κάθισον] Lege κάλλιστον. *Vossius.*

Imo est hoc in vocabulo, quod in v. Ἄργος occurrebat in voce Καθῶναι, quod Vossius optime restituit in Κλεῶναι. Similiter nunc α et θ posita sunt pro λ et ε, ut pro κάθισον Scylax scripserit κλειστόν. Tales portus ubique narrantur ab Scylace et notavit Hœschelius in Creta. *Gronovius.*

297. Vulgo Σκῦρος] Legendum esse Σύρος recte monet Tzschuckius ad Melam *(c)*. Nam hæc insula *Delo* et *Rhenæ* proxima est, dum ad septentrionem multum recedat *Scyros*; ceterum paullo inferius suo in loco Σκῦρος apud Scylacem vere collocatur.

298. Μύκονος] Dicæarchus (pag. 26, Huds.):

> .... ἔστιν ἐχομένη
> Μύκολος. Μετὰ ταύτην Τῆνός ἐστι καὶ λιμήν.

Ubi rescribe Μύκονος. *Vossius.*

299. Vulgo Πρὸς πόντου Ἴος] Quid hic sibi vult πρὸς πόντου? Non enim in Ponto, vel ad Pontum, sita est Ἴος. Nullus dubito, quin sit scribendum, πρὸς νότον Ἴος. *Vossius.*

Hunc locum corruptissimum emendavit doctus commentator, et vult legi πρὸς νότον, multo melius. Sed dum totius capitis seriem considero, mihi venit in mentem legi debere Σποράδων Ἴος: nam post Cycladum recensionem sequi debet Σποράδων recensio. Nihil igitur mihi videtur convenientius, quam sic legere: Αὗται μὲν αἱ Κυκλάδες νῆσοι. Ὑπὸ δὲ ταύτας ἕτεραι νῆσοι αἵδε Σποράδων. Ἴος &c. *Hæ quidem sunt Cyclades insulæ, sub eas vero aliæ insulæ sunt hæ Sporadum.* Nihil certius est. Nam cum de aliis omnibus nihil dixerit, an πρὸς νότον vel πρὸς ἄρκτον, πρὸς ἠῶ vel πρὸς δύσιν, cur potius de

(a) Lib. X, pag. 485.
(b) *Geogr. antiq.* tom. I, pag. 829, 830.
(c) Ad lib. II, cap. 7. *Not. crit.* in §. 11, pag. 540.

ea parva et ignobili insula dixisset πρὸς νότον quam de cæteris! *Palmerius.*

Mirabilis absurditas, in qua sic offenderent. Distinctio manifeste juvat : ὑπὸ δὲ ταύτας ἑτέραι νῆσοι αἵδε πρὸς πόντον. Ἴος &c. Certe Ios non est ad notum, sed ad boream et versus pontum.

Mox abusus est auctoritate sua Vossius, qui in margine editionis suæ ponit [C. H. Γέρνοτον, male]; quasi codex Hervarti pro voce Γεραιστόν ita haberet, quum Hœschelius det γέρνοτον, non ex illo codice, sed scribi etiam sic notans. *Gronovius.*

Quod ad Vossium supra adtinet, illius emendationem ex parte admittam. Scribendo πρὸς νότου, quod a lectione vulgata minus recedit, et sequentibus verbis magis concinit. Nam postea septentrionem versus reperias Amorgum, Icarum et Andrum, quas adire non licet nisi πρὸς νότου, id est, a meridie in septentrionem eundo. Quod si considerasset doctiss. Palmerius, non ultima hæc sua verba scripsisset, et forsan propria abstinuisset emendatione. Gronovium vero ne intelligo quidem. Ceterum vulgatam lectionem πρὸς Πόντου valde intellexissem, ad Nigrum mare nomen illud referendo, si insulas huic mari, id est orienti vicinas, primum enumerasset noster et ad occidentem meridiemque inde pergeret : sed non ita.

300. Ἀμοργός] Ambigui juris est hæc insula : nam a scriptoribus et geographis nunc Sporadibus, nunc vero Cycladibus adnumeratur. *Berkelius (a).*

301. Τρίπολις] Scylax scribit hanc insulam tres habuisse urbes, sed illarum nomina non expressit. Nomina addidit Stephanus *(b) Arcesinen, Minoam,* et *Ægialen. Berkelius (c).*

302. Ἑστιαία] Quæ civitas sic dicta usque ad Demosthenis ævum, et posthac Ὠρεός *(d)*. De situ hujus urbis adi Strabonem *(e)* et cf. *Nouv. Journal des Savans (f).*

303. Vulgo Ἀπὸ Κηρηναίου Διὸς ἱεροῦ] Omnino legendum, Κηναίου Διός. Hujus Cenæi Jovis mentionem facit Æschylus apud Strabonem *(g)*.

Εὐβοΐδα καμπτὴν ἀμφὶ Κηναίου Διὸς
Ἀκτὴν, κατ᾽ αὐτὸν τύμβον ἀθλίου Λίχα.

(a) Adnot. in *Stephan.* voc. Ἀμοργός.
(b) Loc. cit.
(c) Ad *Stephani* loc. cit.
(d) Strab. lib. x, pag. 445 (pag. 683, B).
(e) Ibid. pag. 445, 446 (pag. 683, C).
(f) Tom. I, pag. 197; Paris.
(g) Lib. x, pag. 447 (pag. 987, Init.).

Nec ab his admodum dissimile est, quod apud Sophoclem in Trachiniis (a) legitur, ubi Dejaniram Lichas alloquitur:

Ἀκτή τις ἔστ᾽ Εὐβοιίς, ἔνθ᾽ ὁρίζεται
Βωμούς, τέλη τ᾽ ἔγκαρπα Κηναίῳ Διΐ.

Id nomen a Cenæo promontorio Eubœæ (cujus meminere Strabo, Ptolemæus et Plinius) cum Hercules eo appulisset, accepisse, testatur ejus scholiastes. *Vossius.*

Laudat quoque Thucydides (b) τὸ Κήναιον τῆς Εὐβοίας: confer eumdem Sophoclem iterum in Trachiniis (c) et ejus scholiastam (d), Pliniumque (e). Ait Strabo hoc promontorium esse κατὰ Θερμοπύλας, id est, Thermopylis adversum (f); at scribit idem alibi (g) *Cnemidi* urbi obpositum esse Cenæum promontorium. Cf. *Addenda.*

304. Στάδια ατν´] Discrepant paululum inter se Scylax et Strabo, de hujus insulæ longitudine. Posterior enim scribit (h) de Eubœa hæc: Παραμήκης μὲν τοίνυν ἐστὶν ἡ νῆσος ἐπὶ χιλίους σχεδόν τι κ. διακοσίους σταδίους ἀπὸ Κηναίου πρὸς Γεραιστόν. *Insula hæc oblonga est, a Cenæo ad Geræstum porrecta ad stadia circiter 1200.* Scylax contra 1350 stadia numerat, apud quem 150 insuper. Sed hæc parum in veteri geographia offendunt.

305. Αἰγαίῳ] De hujus adpellationis origine disseruit Apollonii scholiastes (i). Quod mare ut procellosum decantatum fuit. Conf. adnotat. *Boissonadi* in Philostrati Heroïca (k). Vir doctiss. ibi notat modo scribi Αἰγαῖον, modo Αἴγαιον, quod, auctore Suida (l), αἰγιαλόπεργον est. Ceterum Ægæum mare, quod Asiam minorem a Græcia dividit, minime Asiam adluere innuit Mela, sed totum Græciæ adscribit; quod viderunt Gronovius Tzschuckiusque ad Melam (m).

306. Ἐν αὐτῇ] Scilicet ἐν τῇ Βοιωτίᾳ. Atqui nomen Bœotiæ in *titulo* tantum reperitur. Unde concludendum a Scylace ipso insertos fuisse saltem ex parte geographicorum segmentorum titulos. Confer supra not. 96.

307. Εὔριπος τεῖχος, Ἀνθηδὼν τεῖχος· Θῆβαι...] Hunc locum, de quo jam disserui in præfatione ad Scylacem (n), sic cum Hœschelio interpungo. Vossius contra: Εὔριπος, τεῖχος

(a) Vs. 238, Erf.
(b) Lib. II, cap. 93, init.
(c) Vs. 765 et 1010.
(d) Ad v. 241 et 765.
(e) Lib. IV, cap. 12.
(f) Lib. X, init.
(g) Lib. IX, pag. 426, init. (p. 651, C).
(h) Lib. X, init.
(i) Ad lib. I, v. 831
(k) Pag. 282, 283.
(l) Voc. Αἰγ. πέλ.
(m) Ad lib. II, cap. 3, §. 3, not. exeg., pag. 184.
(n) §. XI, pag. 213, 214.

Ἀνθηδὼν, τεῖχος Θῆβαι..... Inde pro *navali*, aut, pejore etiam hallucinatione, pro *munimento* habebatur hæc urbs mediterranea, imo et in Bœotia princeps *(a)*. Satis est igitur, si rectius interpungatur; nec merito, vir cl. *Niebuhr (b)* hunc Scylacis locum esse credidit *eine* (Stelle) *von den unzähligen verdorbenen, wo Worte ausgefallen sind.* Forsan erit ut nonnulli mirentur, quod Euripum ut τεῖχος quoddam Scylax præbeat. Sed dubitandi causas tollit Strabo de isto freto, his verbis *(c)* : Πύργος δ' ἑκατέρωθεν ἐφέστηκεν, ὁ μὲν ἐκ τῆς Χαλκίδος, ὁ δ' ἐκ τῆς Βοιωτίας. Scilicet aditus ille pontis, quo in Eubœam transitus erat, maritimum quoddam munimentum erat, vel τεῖχος. De ponte illo et turribus, vide quæ disseruit doct. *du Theil (d)* ad Strabonem *(e)*.

308. Vulgo Μέχρι τῶν Λευκῶν ὀρίων] *A Delio usque montes Albos.* Sic vertit interpres (Vossius). Properanter et festinante calamo procul dubio hæc scripsit: ὄρια enim non sunt ὄρη, *montes*, sed *termini, limites:* aliter procul dubio interpretatus esset, ut debebat, si non alio properasset, et correxisset, ut corrigere necesse est, *μέχρι τῶν Λόκρων ὀρίων, usque ad Locrorum terminos;* nulli enim sunt ibi *montes Albi.* Sic etiam infra Scylax in Cilicia: Παράπλους Κιλικίας ἀπὸ τῶν Παμφυλίων ὀρίων, *Paraplus Ciliciæ a Pamphyliæ finibus*, ubi Vossius optime, *a Pamphyliorum terminis. Palmerius.*

309. Κυνόσουρος] Nihil muto, quamvis aliis Κῦνος vocetur. Strabo *(f)* : Κῦνος δ' ἐστὶ τὸ ἐπίνειον, ἄκρα πρμαηίζουσα τὸν Ὀπούντιον κόλπον. Hujus et Homerus *(g)* meminit, ut alios mittam. Conflata enim hæc vox ex Κῦνος, quod est hujus loci nomen, et οὖρος. Οὖροι autem Hesychio sunt, τὰ νεώρια, ἢ τὰ περιτειχίσματα, ἢ τὰ πελορίσματα τῶν πλοίων, ἢ τὰ ὁρμητήρια, δι' ὧν καθέλκονται. Consule præterea de hac voce Eustathium ad II *Iliad.* (vs. 153). Potest tamen legi Κῦνος οὖρος, ut eodem recidat, ac si diceret Κῦνος ἐπίνειον. *Vossius.*

Placeant hæc auctori. Palmerio placebat recidi duas posteriores syllabas ut ab alio additas, quod aperit in *Græcia* (Gr. antiq. 584). Sed frustra. Scylacis manus fuit Κῦνος, Ὀποῦς, Ἀλόπη. *Gronovius.*

Gronovio non adsentiri non possumus, quum nusquam nisi

(a) Sic Scymnus Chius, v. 500 : Θῆβαι μέγισται δ' εἰσὶ τῆς Βοιωτίας.

(b) In *Abhandl. der Akadem. von Berlin*, 1804 - 1811; Historisch-philolog. Klass. pag. 88, init.

(c) Lib. IX, pag. 403.

(d) Traduction franç. de Strab. *Éclaircissemens*, n.° 10, sub fin. t. III, p. 38, sqq.

(e) Loc. cit.

(f) IX, 425 (pag. 651, init.).

(g) *Il.* II, v. 531.

in Arcadia Cynosuram reperiamus, et vix omitti potuerit Scylaci *Opûs* civitas, cujus Homerus ipse meminit. Imo eamdem locorum seriem sequitur vates, quam cum Gronovii emendatione Scylax : Οἵ Κῦνόν τ' ἀνέμοντ' Ὀπόεντά τε *(a)*.....

310. Εἰς τὴν θάλασσαν ταύτην] Illud etiam ad veterrimam geographiam pertinet. Scribit enim ipse Strabo *(b)* : Φωκὶς.... παραβεβημένη (rescribunt *du Theil* et *Coray* παραβεβλημένη) τῇ Βοιωτίᾳ παραπλησίως, ἀπὸ θαλάσσης εἰς θάλασσαν τό γε παλαιόν...... τῷ δὲ Κρισσαίῳ κόλπῳ (νυνὶ) συνῆπται. *Phocis....juxta Bæotiam porrecta, a mari ad mare, sed antiquitus....nunc vero Crissæo sinui adstricta est.*

311. Θρόνιον] Quæ civitas apud Homerum, Locris *(c)* adscribitur, et recentius iterum apud Strabonem *(d)*. De quo cf. *de Sainte-Croix* in *Mém. de l'Ac.* t. XLII, p. 366.

312. Θρόνιον, Κνημίς] Videtur hic series locorum in Scylace perturbari : nempe Strabo, qui pariter ac noster, procedit a meridie ad septentrionem, priorem *Cnemidem* laudat, posteriorem *Thronium (e)*. Sed adjicit Strabo distare hanc urbem a mari 20 stadiis, κατὰ τὴν μεσόγαιαν ; nihil igitur mirum, quod Scylax, litus præternavigando, illam priorem laudaverit, quæ litori imminebat, alterius vero paullum mediterraneæ post meminerit. Vide aliquid simile in not. 35.

313. Vulgo Ἐν μεσογείᾳ] Al. μεσογαίᾳ. *Hæschelius.* (Conf. not. 333 et 558.)

314. Vulgo Μηλιεῖς] Lego Μαλιεῖς et mox ὁ Μαλιεύς. Hic habet Periplus Μηλιεῖς, atque infra Μαλιεῖς laudat. Duplicem gentem hic distinguendam censuit Vossius in notis ; unam et eamdem esse contendit Palmerius, mutata scriptura ob dialecti diversitatem. Hudsonus contra (quod posthac admisit Vossius ipse *(f)*) pro secunda scribendi ratione Μαλιεῖς, rescribit Λαμιεῖς, felici, ut secum putavit, conjectura. Aliter autem ego hæc omnia compono. De una et eadem gente rem agi, cum Palmerio censeo, ideo quod, si post voces hasce Ἡράκλεια, Σπερχειὸς ποταμός, ad aliam gentem transimus, nulla de Maliensibus aut Meliensibus mentio facta fuerit. Nam hucusque Scylax describit tantum Limodorienses, Maliensium territorium ex parte tenentes, et Limodoriensium urbes. Incipit postea noster Malienses vere describere, et mendosa prorsus est distinctio illa capitum, interpositioque

(a) *Il.* II, v. 531.
(b) Lib. IX, pag. 416 (pag. 637, B).
(c) *Il.* II, v. 533.
(d) Lib. IX, pag. 426 (pag. 652, A).
(e) Lib. IX, pag. 426, init.
(f) In not. ad Catull. pag. 257, 287.

tituli ΜΑΛΙΕΪΣ. Alterum etiam argumentum adferam, ut unus et idem populus judicentur Μηλιεῖς et Μαλιεῖς; scilicet adjicit Scylax Maliensium regioni Ænianes in mediterraneo tractu pertingere: atqui illud de prima potius gente, nempe Meliensibus, idem dicere noster debuisset, quum Meliensibus Sperchium amnem tribuerit, per Ænianes ipsos fluentem. Ubique ergo, scribendi ratione ad unicam formam reducta, habemus Μαλιεῖς, et nomen urbis Λαμίας tantum reperietur, nec vero gentis Lamiensium. Ceterum de variis hujus vocis formis, cf. Spanhemium ad Callimach. *(a)*.

315. *Οἱ Λιμοδωριεῖς καλούμενοι, οἵδε*] Puto leg. *εἰσὶν οἱ Λιμοδωριεῖς καλούμενοι, καὶ πόλεις αἵδε.* Quinam autem sint Limodorienses, docet Hesychius: *Λιμοδωριεῖς· οὕτως ἐκλήθησαν οἱ ἀπὸ Πελοποννήσου, ἀφορίας χαλεπῆς ἐκεῖ γινομένης, ἀποικισθέντες διὰ ταύτην τὴν αἰτίαν, καὶ κατοικίσαντες περὶ Ῥόδον καὶ Κνίδον. Δίδυμος δὲ, τοὺς περὶ τὴν Οἴτην κατοικοῦντας, οὕτω λέγεσθαι διὰ τὸ λιμώττειν, καὶ μοχθηρὰν ἔχειν τὴν γῆν* (al. *ταύτην*). *Vossius.*

Non possum mihi persuadere hunc locum esse sanum, sed turbatus mihi videtur totus contextus, et miror a Scylace Dorienses, qui et ultra montes Oetæos in mediterraneo juxta Phocidem habitabant, hic poni tanquam ad sinum Meliensem habitantes, et cum Meliensibus conjungi, de quibus si loqui volebat Scylax, melius eos cum Phocensibus junxisset. Scio equidem *κόλπον* etiam intelligi posse de quodam recessu inter montes, sed hic non posse ita sumi manifestum est, nisi locus sit luxatus vel mutilus. Nam Meliensis sinus non potest extendi ultra Oetam montem et Ænianas usque ad Pindum, ubi siti fuerunt Dores. Quod ad vocem *Λιμοδωριεῖς*, quæ a solis grammaticis firmatur, Hesychio et Didymo, nullus historicus aut geographus de ea meminere. Ego credo Didymum ex hoc loco accepisse, quæ de ea voce dixit. Aliquis audaculus diceret reponi debere, *οἱ ἐπὶ Πίνδῳ Δωριεῖς*: ego vero nihil movebo. Id tantum proferre non dubitabo, totum hoc caput non mihi videri sanum, et apud me non multum habere auctoritatis. *Palmerius.*

Hunc locum a Scylace recte scriptum valde opinor; nescio contra unde sua argumenta sumserit Palmerius, ut Dorienses adeo removeret a mari. Sed legendus erat Plinius *(b)*, qui hærenti lucem adtulerit: *Doris, in qua Sperchius, Erineon, Bojon, Pindus, Cytinum. Doridis a tergo mons est Oeta.* Atqui sunt hæc loca, maxima ex parte, mari proxima.

(a) Ad Delph. v. 287.

(b) Lib. IV, cap. 7.

316. Ἔϱινος] Apud omnes legitur Ἐϱινός. Conf. Stephanum et ibid. Gronovii adnot.

317. Βοῖον] Sic omnes, nisi quod differant in accentu, præter Ptolemæum, apud quem legitur Βοιῶ, ἢ Βίον, pro Βοῖον. Stephanus, vel potius qui eum in compendium redegit, arbitrabatur, hanc eandem esse, de qua Homerus in Catalogo, Βοίϐην τε γλαφυϱὰν, καὶ εὔκτιμένην Ἰαωλκόν. Sic namque hunc versum scribendum esse, statim docebimus. Sed non leviter fallitur. Quippe Βοίϐη Homeri est in Thessalia, ut et reliquæ urbes quas recenset : hæc autem est Doridis, ut mittam maximum utriusque vocis discrimen. Sed ecce ipse seipsum castigat, cum inquit Βοίϐος (lege Βοίϐη), πόλις Θεσσαλίας. Ὅμηϱος, &c. Ceterum quod versum illum Homeri attinet, ille in vulgatis omnibus sic legitur :

Βοίϐην, καὶ Γλαφυϱὰς, καὶ εὔκτιμένην Ἰαωλκόν *(a)*.

Nec recens ista lectio : quippe et Eustathius sic videtur legisse. Immo et jam diu ante Eustathium variationem istam in codicibus fuisse, colligo. Quippe apud Stephanum in vocibus Γλαφυϱαί et Ἰωλκός, eodem plane modo exaratum. Alibi vero apud eum, ut diximus, sic legitur :

Βοίϐην τε γλαφυϱάν.

Et hæc quidem est vera lectio. Nulla enim urbs fuit unquam in tota Græcia, nedum in Thessalia, cui nomen *Glaphyræ*. Aliter si foret, Strabo ejus meminisset, quippe qui tam diligenter omnia ea loca, quorum Homerus mentionem facit, ordine persequatur. Atqui is *(b)* a Bœbe transit statim ad Iolcon. Neque mirari quispiam debet, quod de ea apud Eustathium legatur. Nam hic manifeste fatetur se ex Ethnicographo hausisse : Ethnicographus vero, qui est Stephanus, vitiosum Homeri codicem secutus fuit. Cur autem hic Homerus Βοίϐην γλαφυϱὰν vocet, clarum est ex Strabone : quoniam Βοίϐη χωϱίον ἐπὶ τῇ λίμνῃ Βοιϐηίδι κείμενον. Sed hæc hactenus : quæ eo libentius annotavi, quod viderem lectionem eam constanter in cunctis Homeri codicibus repræsentari, cum sine dubio falsissima sit. *Vossius.*

318. Τὸ Γούνιον] Vulgo Legendum Κυλίνιον, ex omnibus. *Voss.* Tria hæc nomina eodem ordine refert Scymnus Chius *(c)*: Ἐϱίνεον, Βοῖον τε καὶ Κυτίνιον.

(a) *Il.* II, v. 712.
(b) Lib. IX, pag. 436 (pag. 666, B).
(c) *Orb. descript.* v. 592.

319. ΜΑΛΙΕΙΣ] Hunc titulum mendose interpositum suspicor. Conf. supr. not. 314.

320. *Μετὰ δὲ Μαλιεῖς ἔθνος*] Hinc patet errare eos, qui Melienses et Malienses eosdem putant; scilicet eo quod sinus Meliacus et Maliacus idem plane sit. Sed nihil hoc mirum, cum utraque gens partem ejus obtineat. Miror etiam in hunc errorem impegisse Scaligerum, notis ad Catullum. *Vossius.* (Cum Vossio fallitur Mannertus *Geogr.* part. VII, p. 615.)

Multus est in hoc loco doctiss. Palmerius *(a)*, ut eosdem esse Melienses et Malienses ostendat, et merito. Sed perturbationem quæ oculos offendebat, dispellere minime curavit. Hæc ego verba censeo seriem esse haud interruptam præcedentium, et unum caput componere. Confer supra not. 314. Hic autem pro *μετὰ δὲ Μαλιεῖς* rescribo *εἶτα δὲ Μαλιεῖς*. Sic τὸ *εἶτα* sæpe Scylaci usurpatur, ut: *εἶτα ποταμὸς Μαίανδρος* in fine *Lydiæ, εἶτα Μίλητος, εἶτα Μύνδος* ad initium *Cariæ.* Confer similia in *Lycia*, in *Pamphylia* et passim. Nec est ut miremur, quod ita dicat Scylax, postquam Malienses supra descriptum iri nuntiaverit; scilicet quasi interrupta et dilata fuit Maliensium descriptio, dum Limodoriensium regiunculam obiter depingeret.

321. *Ἐχῖνος*] De hujus urbis situ hæc scribit Polybius *(b)*: *Οἱ γὰρ Ἐχιναιεῖς κεῖνται... μὲν ἐν τῷ Μηλιεῖ κόλπῳ, πεπραμμένοι πρὸς μεσημβρίαν, κατ᾽ ἀντίπεραν τῆς τῶν Θρονιέων χώρας. Sita namque est urbs Echinensium ad sinum Maliacum, vergens in meridiem, ex adverso regiunculæ Throniensium.* Nec minus diserte Scymnus Chius *(c)*:

. . . .
Κόλπος δὲ κεῖται Μαλιακὸς, ἐν τῷ μυχῷ
Ἐχῖνος, οὗ πόλις ἐστί. . . . .

322. *Μέχρι οὗ ὁ κόλπος*] Male vetus interpres: *usque ad sinum.* Quod si dicendum habuisset Scylax, haberemus, ut mos est, *καθήκουσι ἐπὶ τὸν κόλπον.* Ceterum latitudinem hujus sinus diserte exprimit Strabo, his verbis a celeb. *du Theil* erutis e ms. quodam parisiensi *(d)*: *Μέχρι δὲ τῆς ὑπὸ Πρωτεσιλάῳ πόλεως Ἀντρῶνος..... τόδε πλάτος ἀφορίζεται τῆς ὑπὸ Πηλεῖ καὶ Ἀχιλλεῖ γῆς, ἀπὸ τῆς Τραχινίας καὶ τῆς Οἰταίας ἀρξαμένοις·*

(a) *Exercit. in auct. Græc.* pag. 275 – 279.

(b) *Reliq.* lib. IX, cap. 42, t. III, p. 179, Schweig.

(c) Perieg. v. 601, 602.

(d) Initium hujus loci integrum reperitur in lib. IX, pag. 432 (pag. 661, A). Conf. *du Theil*, adnot. ad h. l. et *Éclaircissemens*, n.° 57, t. III, p. 217, traduction française.

καὶ πόδ' αὐτὸ σχεδόν τι καὶ μῆκός ἐστι τοῦ Μαλιακοῦ κόλπου. *Usque ad urbem Antronem, Protesilao subditam, latitudo regionis Peleo et Achilli subditæ, definitur incipiendo ex Trachinia et Œtensi terra: et hæc ipsa longitudo eadem fere est Maliaci sinus.*

323. Vulgo Τῇ Μαλεῶν χώρᾳ] Lege τῇ Μαλιέων χώρᾳ. *Vossius.*

324. Ἄνωθεν] Scilicet quum litus occidentale Maliaci sinus occuparent Limodorienses, et maritimos locos tenerent Malienses ab urbe tantum Lamia, exprimit noster sese tamen extendisse Malienses per mediterraneas partes, a tergo Limodoriensium usque ad Ænianum terminos.

325. Αἰνιᾶνες] Quæ gens sæpe migravit, teste Plutarcho, cujus verba sunt: Πλείονες γεγόνασιν Αἰνειάνων μεταναστάσεις· πρῶτον μὲν γὰρ οἰκοῦντες περὶ τὸ Δώτιον πεδίον, ἐξέπεσον ὑπὸ Λαπιθῶν εἰς Αἴθικας. κ. τ. λ. (a). De illorum terminis apud Scylacem cf. not. 177.

326. Ἔξω τοῦ Μαλιέων κόλπου] Mirifica geographia. Malienses sunt ad sinum Maliacum. Ultra hos in mediterraneis sunt Ænianes, *per quos fluit Sperchius extra sinum Maliacum.* At quis non videt, quamdiu in Ænianibus est Sperchius, tum non esse in sinu Maliaco? neque enim venit tunc ad mare, sed in mediterraneis est. Sed exit certe Sperchius in sinum Maliacum. Ipse Vossius scribit in notis ad Melam pag. 151 de Salmasio. (Erat quoque cum dicit Sperchium infundi in sinum Pagasiacum, cum in Maliacum effundatur.) Hoc qui sciebat, quo modo potuit sic ordinare Scylacem? Sed tu distingue: Καὶ δι' αὐτῶν ῥεῖ ὁ Σπερχειὸς ποταμός. Ἔξω τοῦ Μαλιέων κόλπου ΑΧΑΙΟΙ. Εἰσὶ δὲ Ἀχαιοί, &c. *Gronovius.*

Si Gronovium sequimur, habemus: ἔξω τοῦ Μαλιέων κόλπου Ἀχαιοί. Εἰσὶ δὲ Ἀχαιοὶ Φθ. ἔθνος. Εἰσὶ δὲ......, cum triplici phrasium similium iteratione. Imo *tituli*, qui ex ipso Scylace proficiscuntur, minime ab præcedente phrasi ulla pendent; nec scripsisset noster pro titulo: ΕΞΩ ΤΟΥ ΜΑΛΙΕΩΝ ΚΟΛΠΟΥ ΑΧΑΙΟΙ. Liquet igitur τὰ ἔξω τοῦ Μ. κόλπου ad præcedentia referenda esse. Ego vero malim legere εἴσω τοῦ Μαλιέων κόλπου. Etenim sese exonerat Sperchius in intimam sinus partem, εἰς τὸν μυχόν. Sic ἔξω mutandum in ἔσω, vel εἴσω, conjecit cl. Bastius in *Epist. ad Boiss.* p. 137.

327. Ἀχαιοὶ Φθιῶται ἔθνος] *Ce mot* (Ἀχαιοί) *n'est qu'un surnom que prenait en général la nation des Phthiotes,* Ἀχαιοὶ

(a) Plutarch. *Quæst. Græc.* (S. XIII, Hutt.), tom. II, p. 293 sub fin. ed. Francof. 1599.

δ' ἐκαλοῦντο οἱ Φθιῶται πάντες *(a). Scylax dit seulement que les Achéens étaient un peuple Phthiote*, εἰσὶ δ' Ἀχαιοὶ, Φθιῶται ἔθνος, sunt Achæi gens Phthiotarum, *et non point*, est in Achæis gens Phthiotarum, *comme l'a traduit Vossius. De Sainte-Croix (b).*

De quo cf. et Wessel. ad Diod. XI, 3, t. I, 405. Hanc Achæorum regionem Ἀχαιΐδα adpellat Apollonius *(c)*; alteram vero peloponnesiacam Scylax ipse Ἀχαΐαν supra vocavit. Apollonii ceterum schol. ibid. adjicit : Ἀχαῒς δὲ, μέρος τῆς Θεσσαλίας.

328. Ἐπὶ ἀριστερὰ εἰσπλέοντι] Vox εἰσπλεῖν, in sinum penetrandi sensum refert. Perperam igitur interpres vetus sic vertit: *Ad sinum Pagaseticum sinistram versus, sursum naviganti....* Sic idem in Cassopia (§. 31), Scylacis hæc verba : Παροικοῦσι δὲ οὗτοι ἕως εἰς τὸν Ἀνακτορικὸν κόλπον, male ita vertit : *Pertingunt illi usque ad sinum Anactorium.*

329. Ὡς ἐπὶ τὸ ἥμισυ] Nempe dimidiam sinus partem, id est occidentalem, Achæis adscribit, orientalem Thessaliæ et Magnetibus. Fors. leg. ἕως ἐπὶ, ut in §. 48, p. 264, init.

330. Ἀλιτροπὶς] Vide num scribendum sit Ἀλόπη. Adi Strabonem *(d). Vossius.*

Lege, si mihi credis, Ἄντρωνες, Λάρισσα, Μελιτία (vel Μελιταία, ut correxit optime vir summus in suis notis); nam et varie hæc ultima scribitur apud auctores. Thucydides *(e)* et alii Μελιτίαν, Polybius *(f)* et alii Μελιταίαν habent. Ἀλόπη vero, quam subjicit vir ille doctissimus, nimis longe abesse videtur a vulgata lectione. *Palmerius.*

Neque Ἀλόπη cum Vossio, neque Ἄντρωνες cum Palmerio legere velim. Priorem emendationem merito Palmerius refellit; sed quid Ἄντρωνες, quum reperias apud Stephanum : Ἀντρὼν, πόλις Θετταλίας..... λέγεται δὲ, διὰ τὸ τοὺς τόπους ἀντρώδεις εἶναι. Ὁ πολίτης Ἀντρώνιος. Sic scriberetur haud dubio Ἀντρώνιοι, si gentem, nec vero urbem quamvis cognitam, et Homero *(g)* jam ante dictam, exprimere Scylax voluisset. Imo locorum series hinc Antronem rejicit. Nam Strabo *(h)* post Echinum Larissam collocat et insulam quamdam Myonnesum, et post Larissam Antronem. Certe deest in Scylace tum gentis, tum urbis nomen. Carent sæpe apud nostrum nomina Homero laudata : nempe sui ævi tantum geographiam, nec vero priscam et homericam, jam ex parte mutatam, depingit, quod nuper

(a) Strab. lib. IX, pag. 433 (pag. 662, B.)
(b) In *Exam. des Hist. d'Alex.* pag. 599.
(c) Lib. I, v. 177.
(d) Lib. IX, pag. 426 (pag. 651, C.)
(e) Lib. IV, cap. 78.
(f) Lib. V, cap. 97.
(g) *Il.* II, v. 697.
(h) Lib. IX, pag. 435.

Strabo accurate fecit. Sicut autem Ptolemæus a septentrione in austrum procedendo, proximam Echino Larissam fecit, sic noster, contrario ordine, Maliensium urbem Echinum relinquit et primam Achæorum Larissam nominat. Pro ἀλιτροπὴς ego legerem παλιντροπὴς adverbialiter. Nam postquam in Pagaseticum sinum penetravit Scylax, tres sequentes urbes ad sinistram navigando et retro in occidentem paullulum eundo, memorat. Illud fors. marginalis explanatio.

331. Vulgo Μελιτιάδες] Lege cum Salmasio Μελιταία. Urbs est Thessaliæ, quam Scylax attribuit Achæis. *Vossius.*

332. Θῆβαι] Quam urbem Ptolemæus Φθιώτιδος cognominat, id est, *Thebas Phthiotidis* regionis; Strabo *(a)* Θήβας τὰς Φθιώτιδας; Polybius *(b)*, τὰς Φθιώτιδας καλουμένας Θήβας; Livius *(c)*, *Thebas Phthias*, et alibi *Thebas Phthioticas (d)*; Plinius *(e)*, *Thebas Thessaliæ*. Anno 215° ante Christum, Philippus, Achæorum dux adversus Lacedæmonios, urbem Thebas oppugnavit, et mutato nomine Philippopolin adpellavit Φιλίππου τὴν πόλιν ἀντὶ Θηβῶν κατωνόμασεν *(f)*. Cf. Cellarium *(g)*.

333. Μετὰ δὲ Ἀχαιοὺς Θετταλία] Distingue, Μετὰ δὲ Ἀχαιοὺς Θετταλία. Καθήκει ἐπὶ θάλατταν, &c. *Vossius.*

Ita mallem intelligere et interpretari græca : *Post Achæos autem Thessalia, pertinet ad mare ex mediterraneo per angustum spatium : ad sinum Pagaseticum stadia 30 :* nempe ejus regionis sunt. *Gronovius.*

De pluribus olim Thessaliæ nominibus, adi Apollonii scholiastam *(h)*, Dionysium Halicarn. *(i)*, et inprimis Strabonem. *(k)*. Infra pro vulgato μεσογαία rescribo μεσογεία.

334. Στάδιοι λ′] Hæc forsan interpolata; nempe quum scripsisset noster tantum καθήκει..... κατὰ στενόν, adjecit margini nescio quis στάδιοι λ′, neglecta constructione. Sin aliter, rescribe σταδίων λ′, quod pendeat a κατὰ στενόν. Nam usurpatur Scylaci nominativus στάδια vel στάδιοι, quum vocem παράπλους vel ὁδὸς sequitur *stadiorum* numerus. Cf. §§. 32, 33, 39, 43, 44 et pass. Interdum quoque reperitur genitivus. Cf. §. 42 et 52, init. De numero contra *dierum*, ubique post παράπλους genitivus adhibetur. Cf. §. 2, 3, 4, 5 et pass. Forsan quoque hic rescribendum adverbialiter στάδια λ′, eodem usu ac §. 23, fin.

(a) Lib. IX, pag. 435.
(b) Lib. V, cap. 99, tom. II, pag. 424, edit. Schweigh.
(c) Lib. XXXII, cap. 33.
(d) Lib. XXVIII, cap. 7.
(e) Lib. IV, cap. 8.
(f) Polyb. loc. cit. cap. 100, pag. 428.
(g) *Geograph. antiq.* tom. I, pag. 686.
(h) Ad lib. III, v. 1089; et lib. IV, v. 266.
(i) *Antiq. rom.* lib. I, pag. 14, lin. 24.
(k) Sub fin. lib. IX.

335. Vulgo Ἀμφίναιον] Stephanus, Ἀμφαναί, χωρίον Θετταλίας. Legendum itaque Ἀμφαναί, vel Ἀμφάναια. *Vossius.*

336. Φεραί] Quæ civitas mediterranea *terminus erat Pelasgiæ ad Magnesiam*, teste Strabone *(a)*; id est, Thessaliæ terminus occidentem versus. Cf. Cellarii *Geogr. ant.* t. I, p. 682.

337. Vulgo Ἱερὸν Πελληναῖον] Scribe ἱερὸν Πελινναῖον. Urbs namque vocatur Πέλιννα, non Πελλήνη, quæ est Achaiæ Peloponnesiacæ civitas. *Vossius.*

De scriptura duplici vocis infra Σκότουσα, cf. Cellar. t. I, p. 681.

338. Vulgo Κραῖνον] Κράνων, ex Stephano et aliis, emendat Salmasius. *Vossius.*

De qua urbe confer schol. in Theocrit. *(b)*.

339. Περαιεσπίδιος πλοῦς] Vide quid de hac navigatione annotarit magnus Salmasius in exercitationibus suis Plinianis *(c)*. *Vossius.*

340. Vulgo Κικύνθος] Recte observavit Hœschelius, legendum esse Κικύνηθος. *Vossius.* (Strabonem *(d)* ibi consule).

341. Ἰωλκός] Quam civitatem Strabo ait pro suo tempore jamdudum deletam : Ἡ δ' Ἰωλκὸς κατέσκαπται μὲν ἐκ παλαιοῦ *(e)*. Noster autem Iolcum stantem exprimit. Adjicit Strabo distare Iolcum septem stadiis a mari.

342. Μοθώνη] Malim Μεθώνη, ut omnes : ut et statim pro Σπάλαιθρα, Σπάλαθρα. *Vossius.*

Censet Tzschuckius formam Μεθώνη antiquiorem, recentiorem vero Μοθώνη. *(f)*.

343. Vulgo Ὀλίζων ἴσαι λιμήν] Lege Ὀλίζων καὶ λιμήν, ut Salmasius. *Vossius.*

Forte legendum Ἰπνοὶ λιμήν. Facilis enim lapsus ab isto in illum. De quo loco vide Herodotum *(g)* et Strabonem *(h)*. Sed tamen nihil affirmo. *Palmerius.*

Hos ille ponit manifeste istic in Pelio, quod non pertinuit ad sinum Pagasæum. Sed notissimus in eodem sinu fuit portus Ἀφέται, de quo idem Herodotus VII (193), et ample Stephanus Byzantius. Inde priores literæ forsan interciderunt. *Gronovius.*

Salmasium Vossiumque sequor.

344. Vulgo Εὐρυμέναι] Stephanus, Εὐρυμεναί, πόλις Θετταλίας. *Vossius.*

(a) IX, 436, init. (666, A.)
(b) In Idyll. XVI, v. 38.
(c) Pag. 129, ed. Traj.
(d) Lib. IX, pag. 436 (pag. 667, A).
(e) Lib. IX, p. 936 (p. 669, A).
(f) *Not. exeg. ad Melam*, lib. II, cap. 3, §. 4, pag. 238.
(g) Lib. VII, cap. 188.
(h) Lib. IX, pag. 443 (pag. 675, D).

Cujus meminerunt etiam Strabo *(a)* Apolloniusque *(b)*.

345. Μύραι] Puto ex similitudine vocis præcedentis id vocabulum in textum irrepsisse. *Voss.* (Sic fors. alib. Cf. n. 473).

346. Ἐν μεσογείᾳ δὲ ἐποικοῦσιν] Olim usque ad mare, circa Penei ostia, habitabant Perrhæbi, auctore Strabone *(c)*; sed eos deinde Lapithæ in mediterraneas partes compulerunt.

347. Ἕλληνες] Valde suspicor hanc vocem aliena manu superadditam, quum neque Strabo, neque Stephanus expresse dixerint hanc gentem esse *græcanicam*, nec de Molossis, aut Ænianibus, aut de aliis quibusve id scribere curaverint. Considerandum insuper, quod ab Ambracia *haud interruptam* Græciam esse Scylax (§. 33) declaraverit, illudque idem iterum proxime adjiciat : quid igitur prodesset Perrhæbos ibi inclusos, *græcanicam gentem* adpellare !

348. Ἐπιεικῶς δὲ..... πᾶσα] Sine dubio hic ulcus aliquod latet. *Vossius.*

Pro πᾶσα rescribe πᾶσαν. Cujus loci sensus est : *Hic desinit Græcia non interrupta, quæ ab Ambracia incipiebat; sed haud immerito dicas omne fere litus pro Græcia usque haberi posse.* Scilicet nunc agitur de tot Græcorum coloniis ubique fusis. Cf. n. 152. Celsus *(d)* prædicat Græcorum oracula, ὑφ' ὧν ἐπιεικῶς πᾶσα γῆ κατῳκίσθη. Locus est apud Thucydidem *(e)*, ubi τὸ Ἑλλάς usurpatur de *Siciliæ urbibus Peloponnesiorum partes amplectentibus*, nec vero de Græcia proprie dicta, quod nullus hucusque editor deprehendit. De coloniis græcis olim ubique surgentibus, cf. Raoul-Rochette, *Hist. des col.* t. I, p. 1-3. Cf. *Addenda.*

349. Ἀπὸ δὲ Πηνειοῦ] Sic Strabo *(f)* : Ὁ Πηνειὸς ... διορίζει Μακεδονίαν μὲν πρὸς βορρᾶν· Θετταλίαν δὲ πρὸς νότον. Cf. *Addenda.*

350. Πύδνα] Pomponius hanc *Cydnam (g)* appellat. Ubi Pintianus legebat *Pydna*, sed male. Nam *Pydnam* appellari *Cydnam* testatur Stephanus : Κύδνα, πόλις Μακεδονίας. Θεαγένης ἐν Μακεδονικοῖς. ἣ κατὰ παραφθορὰν Πύδνα λέγεται. *Vossius.*

351. Ἀλωείς] Salmasius, Ἄλωρος, ut omnes. Apud Plinium *(h) Oloros*, male. *Vossius.* Cf. *Addenda.*

352. Λυδίας] Epitomator Strabonis Λυδίας, Ptolomæus Λύδιος, Harpocratio Λοιδίας. *Vossius.*

353. Πολάγιλις] Lege cum Salmasio Πέλλα πόλις. *Vossius.*

(a) Lib. IX, pag. 443 (pag. 675, C).
(b) Lib. I, v. 597.
(c) Lib. IX, pag. 439 (pag. 671, B, C).
(d) Ap. Origen. VII, pag. 333.
(e) Lib. VI, cap. 17, Ἄλλα μέγιστον δὴ αὐτοῖς ἐψευσμένη ἡ Ἑλλάς, *Sed Syracusanos prorsus decipientes Siciliæ Græci.....*
(f) Lib. VII, pag. 330.
(g) *Mel.* lib. II, cap. 3, §. 1.
(h) *Nat. hist.* lib. IV, cap. 10.

Sed in notis ad Melam mutavit sententiam, censens transpositas esse literas et scribendum πόλις Αἰγαί. *Gronovius.*

Potiorem hanc ultimam emendationem censeo; nam Plinius *(a)* Scylaci mire congruere videtur his verbis: *Æge, in quo mos sepelire reges.* De qua urbe vid. Livium *(b).* Cf. *Addenda.*

354. Βασίλειον] Conf. not. supr.

355. Vulgo Δῶρος ποταμός] Legendum omnino est Ἐχέδωρος. Sic enim Apollodorus *(c)* et Ptolomæus, item Etymologici magni auctor, cujus verba adscribam: Ἐχέδωρος ποταμὸς Μακεδονίας ὁ πρότερον Ἠδωνὸς καλούμενος, ὁ ἔχων, ὥς φασι, δῶρα· χρυσοῦ γὰρ καταφέρων ψήγματα, οἱ ἐγχώριοι ἀρύονται δέρματι αἰγῶν κείραντες, καὶ καθιέντες εἰς τὸ ὕδωρ. Cetera, quæ apud eum sequuntur, nugas equidem crediderim. Hujus aquam Xerxis copiis ad potum non suffecisse tradit Herodotus *(d).* Sed miror, apud eum binis locis legi Χείδωρος, cum tamen scribendum sit Ἐχέδωρος. *Vossius.* (Rescribit Wessel. Ἐχείδωρος.)

356. Vulgo Ἄνεια] Livius *(e)* *Aniam* adpellat. Ceteris tamen est Αἴνεια *(f).* *Voss.* (Cf. Cellar. *Geogr. ant.* t. I, p. 672.) Cf. Heynii *Excurs.* I ad *Æneid.* lib. 3, tom. II, pag. 562.

357. Vulgo Μένδυ Ἄφυσλις] Lege Μένδη, Ἄφυτις, ut Salmasius. *Voss.* (De quo cf. Wessel. *Varr. lect. ad Herod.* VII, 123.)

Verius dixisset Vossius, *ut Hæschelius.* Ceterum forsan legendum in Scylace Μένδις potius quam Μένδη; scribit enim Stephanus *(g)* de hac civitate: Ἀπολλόδωρος Μένδιν αὐτήν φησι. *Menda* urbs erat Eretriensium colonia *(h)*, et eadem vino dulcissimo nota *(i).* Hinc, ut ait *Osannus (k)*, explica racemum in numo Mendæorum, edito a *Mionet (l).*

358. Vulgo Ὀεραμβηΐς] Arbitror legendum Θέραμβος, ut Lycophron, et Stephanus. Idem quoque urbis nomen apud Herodotum *(m)* corruptum est, στρατιὴν παρελάμβανε ἐκ Θεράμβω. Legendum autem est Θεράμβου. *Voss.* (Cf. tamen ib. Wessel.)

359. Καναστραῖον] Sic quoque Ptolemæus. Herodotus *(n)* Καναστραίην ἄκρην appellat. Stephanus Κάναστρον, quem vide. *Vossius.*

(a) Lib. IV, cap. 10.
(b) Lib. XLIV, cap. 46.
(c) *Biblioth.* lib. II, cap. 5, §. 11, Heyn.
(d) Lib. VII, cap. 127.
(e) Lib. XLIV, cap. 10.
(f) Conf. Herod. lib. VII, cap. 123, et Dionys. *Antiq. rom.* lib. I, cap. 47 et 49.
(g) Voc. Μένδη.
(h) Conf. Thucyd. lib. IV, cap. 123, init. — Harpocrat. voc. Μένδη. — Suidam e. v.
(i) Conf. Steph. ad voc. — Demosth. *in Lacritum*, pag. 935, ed. Reisk. — Eckel. *Doctrin. num.* t. II, pag. 72.
(k) *Syllog. Inscript. ant.* fasc. I, *Marm. Elgin.* pag. 22.
(l) *Descript. de médailles antiq.* tom. I, p. 478, n.° 708, planche 48, n.° 4.
(m) Lib. VII, cap. 123.
(n) *Ibid.*

Apollonii scholiastes *(a)* : Κανάστρα δὲ, ἀκρωτήριον τῆς Παλλήνης.

360. Vulgo Ἰσμύεια ἑλληνίς] Arbitror legendum Σερμυλία, quæ est circa hunc tractum. Stephanus Σερμυλία πόλις περὶ τὸν Ἄθω, ὡς Ἑκαταῖος. Vide præterea de hac Thucydidem *(b)*. Herodoto *(c)* est Σερμύλη. *Vossius.*

361. Vulgo κόλπος Συρμονικός] Omnino legendum κόλπος Τορωνικός. *Vossius.*

Forte Σερμυλικός, a Sermylo urbe in eo tractu, Στρυμονικός, propius accederet ad vulgatam lectionem, sed nondum videtur locus de eo tractandi, nam post Athon montem tantum incipit. Hæc scripseram, sed postquam commentaria doctissimi Vossii inspexi, vidi eum reposuisse Τορωνικός, meliori certe ratione, etsi non tam accedat ad vulgatam lectionem. *Palmerius.*

Eadem magno Bocharto sententia hæserat aliquando legi debere Σερμυλικός, quam notaverat in Stephano ad hanc vocem. Verba sunt Herodoti : ἑλληνίδας τάςδε πόλεις...., Τορώνην, Γαληψὸν, Σερμύλην, Μηκύβερναν, Ὄλυνθον· ἡ μὲν νῦν χώρη αὕτη Σιθωνίη καλέεται. Hinc posset subjici Σιθωνικός. *Gronovius.*

Lego Σερμυλικός.

362. Τορώνη πόλις ἑλληνὶς, καὶ λιμήν] De quo portu hæc in proverbiis e Suida collectis *(d)*, leguntur:... Ὁ ἐν Τορώνῃ τῆς Θράκης λιμὴν στενὰς ἔχει καὶ μακρὰς τὰς ἀπὸ τῆ πελάγους καταίρσεις, ὡς μὴ ἀκούεσθαι τῆς (dele τῆς) ἐν αὐτῷ τὸν τῆς θαλάττης ἦχον, *Toronæ Thracicæ portus adeo angustos et longos habet e mari accessus, ut maris strepitus in eo non audiatur.* Cf. Tzschuckium ad Mel. *(e)*.

363. Δῖον] Mentionem ejus facit Thucydides *(f)*, et ex eo Stephanus, cujus verba sunt : Δῖον, πόλις Θράκης πρὸς τὸν Ἄθω, ὡς Θουκυδίδης. Meminit et Herodotus, lib. VII, cap. 22. *Vossius.*

364. Vulgo Θῦος ἑλληνίς] Lego Θύσος, ut Herodotus *(g)*. Nisi potius per duplex σσ, Θύσσος scribendum sit *(h)*, ut apud Thucydidem *(i)* legitur, Pliniumque *(k)*. Strabonis Epitome Θύσσον vocat. *Vossius.*

(a) Ad lib. I, v. 599.

(b) I, 65. Habet ibi schol. Σερμυλίς. Cf. etiam lib. V, 18.

(c) Lib. VII, cap. 122, fin.

(d) Cent. VIII, §. 90.

(e) Ad lib. II, cap. 3, §. 1, not. exeg. pag. 161.

(f) Lib. IV, cap. 78, fin. Δῖον habet, sicut Herodot.

(g) Loc. cit.

(h) Ita scribit Wesselingius.

(i) Lib. IV, cap. 109.

(k) Lib. IV, cap. 10.

365. Κλεῶναι] Alias Κλεωναί. *Vossius.*

366. Vulgo Ἀκρόθωται ἑλληνες] Hoc est ἐθνικὸν ab Ἀκρόθωοι: quæ est urbs in cacumine montis Atho, ut inquit Mela *(a)*, quamvis aliter eam vocet; ut et alii omnes, qui in nomine hujus urbis discrepant. Forte tamen scripsit Scylax, Ἀκρόθωοι ἑλληνίς. *Vossius.*

367. Χαράδραι ἑλληνίς] Nihil mutandum. Male Hœschelius χαράδρους reponit. *Vossius.*

368. Vulgo Ἄκανθος, ἑλλήνιον] Lege Ἄκανθος ἑλληνίς. *Vossius.* De duplici Acantho cf. patris Geogr. Herod. t. II, p. 281-283.

369. Ἀλαπὰ] Forte legendum Ἀκτὰ, et ex ordine locorum id sequitur. Sed ἀκτὰ videtur fuisse non urbs quædam, sed spatium et longitudo quædam litoris. Plutarchus, lib. de Quæstionibus græcis *(b)*, id litus vocat Ἀραίνου ἀκτήν. An Scylax scripserit Ἀραίνου ἀκτὰ, judicet lector. *Palmerius.*

Emenda quid volueris; at certe hic locum poscit Στάγειρα, aut Στάγειρος, ex Herodoto *(c)* et Thucydide *(d)*.

370. Βολβὴ λίμνη] Sic omnes hanc paludem vocant. Stephanus tamen, in voce Βοῖβος, eam Βοίβην appellare videtur, cum inquit: Ἔστι καὶ ἐν Μακεδονίᾳ λίμνη Βοίβη. Sed metuo, ne vitiosos codices secutus fuerit, ut centies in eo observare est. *Vossius.*

371. Ἔστι δὲ κολπώδης] Forsan hæc inserta sunt.

372. Vulgo Στρυμόν] Lege Στρυμών. *Vossius.*

Strymon non *fluvius* tantum, sed et *civitas* apud Callimachi scholiastam *(e)*: Στρυμὼν ποταμός ἐστι καὶ πόλις Θρᾴκης.

373. Οὗτος ὁρίζει] Idem scribunt Strabo *(f)*, Plinius *(g)*, Eustathiusque *(h)*.

374. Εὐξείνῳ] De qua adpellatione confer anonymi Paraphrasim in Dionysium *(i)*, quæ sic habet: Ὁ οὖν Εὔξεινος πρότερον Ἄξεινος ἐκαλεῖτο, διὰ τὸ ὑπὸ λῃστῶν οἰκεῖσθαι.... Εὔξεινος νῦν ἐκλήθη κατὰ ἀντίφρασιν. Adde Eustath. ad Dionys. *(k)*, et Lycophronis scholiastam *(l)*. Censet *Ukertus (m)* ex Pindaro *(n)* Scymnoque *(o)*, hoc mare *Euxinum* dictum fuisse, ob receptas Milesiorum colonias. Cf. Tzschuck. ad Mel. *(p)*.

(a) Lib. II, cap. 11, §. 10.
(b) Pag. 298, A, ed. Francof.
(c) Lib. VII, cap. 115.
(d) Lib. IV, cap. 88.
(e) Ad *Del.* v. 26.
(f) Lib. VII, pag. 323 (pag. 497, C).
(g) *Histor. natural.* lib. IV, cap. 10, sub fin.
(h) Ad *Il.* I, pag. 76.
(i) Ad v. 26, p. 2, s. fin. t. IV, Huds.
(k) Ad v. 146, pag. 30, ed. Stephan.
(l) Ad *Alex.* v. 1286.
(m) *Geographie der Griechen und Roemer,* t. I, part. 1, pag. 42; Weimar 1816, in-8.°
(n) Nem. IV, 79.
(o) V. 733 - 736.
(p) Not. exeg. ad lib. I, cap. 19, §. 7, pag. 579 - 581.

375. Ἀμφίπολις] De hac Stephanus : Ἀμφίπολις, πόλις Μακεδονίας κατὰ Θρᾴκην, ἥτις Ἐννέα ὁδοὶ ἐκαλεῖτο· κεκλῆσθαι δὲ Μυρίκην (lege Μύρκινον) καὶ Ἠϊόνα. Ἀμφίπολιν δὲ διὰ τὴν περίρροιαν τοῦ Στρύμονος, ὡς Θουκυδίδης τετάρτῃ. Sed quam misere hic cæcutiat, ex ipso Thucydide, quem testem affert, videamus quæso.. Primum quod attinet, hanc urbem prius Ἐννέα ὁδοὶ dictam fuisse, fateor. Id enim ex Thucydidis lib. IV *(a)*, et Polyæni lib. VI *(b)*, ubi de Agnone agit, satis manifestum est. Alterum vero, quod sequitur, palam falsum est. Myrcinum enim diversum esse oppidum ab Amphipoli, diserte testatur Thucydides, cum inquit : Τὰ δὲ περὶ τὴν Ἀμφίπολιν ἐξηρτύετο· καὶ Μύρκινός τε αὐτῷ προσεχώρησεν, Ἠδωνικὴ πόλις. Item alibi *(c)*, ubi copias Brasidæ enumerat : Καὶ Μυρκινίων, καὶ Χαλκιδέων χιλίους πελταστὰς εἶχε, πρὸς τοῖς ἐν Ἀμφιπόλει. Sed et Eionem aliam esse, ab Amphipoli, idem Thucydides declarat, cum hanc maritimum esse emporium ait. Nam Amphipolis urbs est mediterranea, et viginti quinque stadiis inde abest. Verba ejus sunt *(d)* : Ὡρμῶντο δὲ ἐκ τῆς Ἠϊόνος, ἣν αὐτοὶ εἶχον ἐμπόριον..... πέντε καὶ εἴκοσι σταδίους ἀπέχον ἀπὸ τῆς νῦν πόλεως, ἣν Ἀμφίπολιν Ἅγνων ὠνόμασεν &c., quem vide. *Vossius.*

Minime innuit Polyænus *(e) urbem Amphipolim* prius dictam fuisse Ἐννέα ὁδοί, quod contendit etiam *de Sainte-Croix (f)* ; sed urbem nullam ibi antea fuisse. Nempe scribit ille Agnonem, postquam Rhesi ossa juxta flumen sepelisset (quasi vellet hujus campi occupationem religione consecrare), munimenta ibi struxisse; Καὶ τὸ χωρίον ἀποταφρεύσας, ἐτείχιζε.... Τούτῳ τῷ τρόπῳ τὰς Ἐννέα ὁδοὺς Ἅγνων οἰκίσας, τὴν πόλιν Ἀμφίπολιν ἐκάλεσεν. De qua civitate cf. Berkelii adnotationes ad Stephanum *(g)*, Duckerum ad Thucydidem *(h)*, et inprimis *Osannum* in Sylloge inscriptt. antiq. *(i)*. Cf. *Addenda.*

376. Vulgo Φάγρη] Puto legendum Φάγρης, ut Thucydides *(k)* et Stephanus. *Vossius.*

377. Vulgo Σισύμη] Legendum est Οἰσύμη; ut recte monet Mausacus in notis ad Harpocrationem. *Vossius.*

378. Vulgo Καὶ ἄλλα ἐμπόρια Σάγων] Lege meo periculo Σαίων. Nam litus illud tenebant Σαῖοι, gens Thracica, satis ex

(a) Cap. 102.
(b) Cap. 53, pag. 212, 213, ed. Coray.
(c) Lib. V, cap. 6, fin.
(d) Lib. IV, cap. 102, fin.
(e) Loc. cit.
(f) *Mém. de l'Acad.* t. XLII, pag. 360-361.
(g) Ad voce. Ἀμφίπολ. et Ἠϊών.
(h) Ad lib. IV, cap. 107, t. I, pag. 660, Bauer.
(i) Fascic. I, sect. I, *Marm. Elgin.* p. 22, Ien. 1822.
(k) Lib. II, cap. 99.

versu Archilochi nota. Ἀσπίδι μὲν Σαίων τις ἀγάλλεται, *Clypeo Saiorum aliquis gloriatur.* Vide Strabonem lib. 12 *(a)*, ubi disces gentem prius Sintias vocatam, postea Σίντυς, deinde Σαιούς, et suo tempore Σάπας vel Σαπαίους. *Palmerius.*

379. Vulgo Κατὰ ταῦτα ἐστὶν Ἔλσος νῆσος, καὶ πόλεις] Ratio ipsa postulat, ut legatur Κατὰ ταῦτα ἐστὶν Θάσος νῆσος, καὶ πόλις &c. Ptolemæo *(b)* hæc insula vocatur Θαλασσία· vereor tamen, ne legendum sit Θάσος, vel Θάσσος, vel potius Θασσία. *Vossius.*

Quæ insula, ut ait Thucydides *(c)*, Παρίων ἀποικία, ἀπέχουσα τῆς Ἀμφιπόλεως ἡμίσεος ἡμέρας μάλιστα πλοῦν.

380. Ἐπάνειμι δὲ πάλιν, ὅθεν ἐξετραπόμην] Quem locum adimple ex perpetua nostri consuetudine, sic: Ἐπάνειμι δὲ πάλιν ἐπὶ τὴν ἤπειρον, ὅθεν ἐξετραπόμην.

381. Νεάπολις] Meminit et hujus Ptolemæus. *Vossius.*

382. Δάτον, πόλις ἑλληνὶς, ἣν ᾤκισεν Καλλίστρατος Ἀθηναῖος] Stephanus: Δάτον, πόλις Θρᾴκης. Ἡρόδοτος ἐννάτῃ· Ἡδωνῶν δὲ τοῦτό φασιν. οἱ οἰκοῦντες Δατήνιοι. Sic namque legendus est ille locus. Eustathius in commentariis ad Dionysium *(d)* hanc Thasiorum facit coloniam. Eum consule. *Vossius.*

Quum ætatem conditæ hujus urbis recentiorem sibi finxisset Vossius, callide objecit celeb. *de Sainte-Croix (e)* non a Callistrato, Demosthenis magistro, ut vult Vossius, hanc urbem conditam fuisse, sed ab antiquiore quodam ejusdem nominis viro, qui ex Thaso insula coloniam huc incerto tempore adduxerat. Cui argumento, neque adsentiuntur cll. vv. *Niebuhr (f)* Ukertusque *(g)*, neque id refellunt. Ceterum habet Stephanus Δάτον, Eustath. Δάτον.

Totum locum invertit cl. *de Sainte-Croix* (l. c. p. 365): Νεάπολις κατὰ ταύτην, ποταμὸς Νέστος, καὶ Δάτος.....

383. Νέστος] Aliis Νέσσος. Conf. Tzschuck. in Mel. *(h)*.

Nestus amnis duas præterlabitur urbes, Neapolim, quæ est ad occidentem, et Datum, quæ ad orientem. Quum autem non debeat Datus Neapolim inter et Nestum amnem collocari, sic doctiss. *de Sainte-Croix (i)* emendat nostrum: Νεάπολις κατὰ ταύτην, ποταμὸς Νέστος, καὶ Δάτος. κ. τ. λ. Sed intelligenda sunt Scylacis verba, quæ habemus, quasi scriberetur, ut vellet *de Sainte-Croix.* Etenim particula καὶ, quæ fluvii

(a) Pag. 549, fin. (pag. 827, init.).
(b) Lib. III, cap. 11, fin.
(c) Lib. IV, cap. 104.
(d) Vs. 517, pag. 96, Huds.
(e) *Mém. de l'Ac.* t. XLII, pag. 363, 364.
(f) *Abhandl. der Akad. von Berlin*. 1804-1811. *Histor. klass.* pag. 93-98.
(g) *Geogr. der Griech. und Roem.* tom. II, part. II, pag. 295.
(h) In lib. II, cap. 2, S. 2, not. exeg. pag. 68, 69.
(i) *Mém. de l'Acad.* t. XLII, pag. 365.

nomen antecedit, et ceteris deest, satis ostendit fluvium Nestum aretius conjungendum esse cum Dato urbe, et ad occidentem ponendum esse, si illud poscit topographia.

384. Ἄβδηρα] De cujus urbis ortu, et instaurationibus factis, consule Cellarium *(a)*, Berkelium ad Stephanum *(b)*, et *Mém. de l'Acad. des inscript.* *(c)*. Scribit Thucydides periplum esse ex hac urbe ad Istrum, dierum et noctium quatuor *(d)*.

385. Κούδητος ποταμός] Nemo hujus fluvii meminit. Ego tamen arbitror hunc eundem esse, de quo Ælianus, lib. XV, cap. 25 *Historiæ animalium*, loquitur: Λόγος ἔχει τοὺς ἵππους τοὺς πίνοντας ἐκ τοῦ Κοσσινίτου ποταμοῦ (ἔστι δὲ οὗτος ἐν Θρᾴκῃ) δεινῶς ἐκθηριοῦσθαι. Ἐκδίδωσι δὲ ὁ ποταμὸς οὗτος ἐς τὴν Ἀβδηριτῶν, καὶ ἀναλίσκεται εἰς τὴν Βιστονικὴν λίμνην. *Vossius.*

Cujus hæc arbitria esse sane quam inepta demonstravi ad Pomponium Melam II, 2, 103. *Gronovius.*

In longam disputationem sese miscent docti viri ad Melam *(e)*; quorum verba non huc integra adferam, sed summatim excogitata. Male crediderat Vossius τὸ *Schœnos*, fluvii amnem apud Melam, rescribendum esse *Nestos*, et diversum hunc esse a *Nesto*, cujus inferius meminit ipse Mela. Quum autem illud refelleret Gronovius, et scriberet, nec immerito, idem esse hoc flumen *Schœnum* quodcumque, ac Scylacis Κούδητον; colligit Vossius locos varios *(f)*, quibus constat duplex nomen *Cosmati* fluminis et *Nesti*, in eadem historiuncula usurpari ad eumdem amnem designandum. Inde concludit vir doctiss., in Scylace legendum esse Κούσητος pro Κούδητος, et sic insuper confirmari *indentitatem Nesti* et *Schœni* et scylacei *Cuseti*. Bene respondet Gronovius alios in hac historiuncula Nesso attribuere potuisse, quod alii diverso fluvio tribuebant, et præsertim quum proximi hic sint ambo. Ego nunc, ut ex tot verbis aliquid Scylaci convenientius depromam, Vossianam emendationem, Κούσητος pro Κούδητος admitto, utpote lectionem *Cosato* *(g)* amni propiorem, et τῷ Καύκασος (rescribe cum Vossio Κούσατος) Porphyrii *(h)*. Ceterum Κοσσινίτης ποταμός ille, cujus Ælianus *(i)* meminit,

(a) *Geogr. ant.* l. II, c. 15, t. I, p. 840.
(b) In voc. Ἄβδηρ.
(c) *Mém.* tom. XXXIX, pag. 211, sq.
(d) Thuc. II, 97, init.
(e) Cf. *Not. crit.* ad Mel. II, 5. 8, p. 128, ed. Tzschuck.
(f) Diogen. Laert. VIII, 2. — Iamblich. cap. 28, n. 134. — Ælian. *Var. Histor.* IV, cap. 17. — Porphyr. *vit. Pythagor.* n. 27, pag. 33, ed. Lugd. 1707.
(g) Ap. Ælian. *V. H.* lib. IV, cap. 17. — Lib. II, cap. 26.
(h) *Vit. Pythagor.* loc. cit.
(i) *V. H.* lib. XV, cap. 25.

et qui in Bistonicam paludem influebat, aut, corrupta voce, idem est ac *Cusatus*, aut habendus est pro fluviolo illo altero, qui reperitur in tab. geographicis sese in Bistonicam paludem, pariter ac Cusatus, devolvens.

386. *Αἱ δὲ πόλεις, Δίκαια καὶ Μαρωνεία*] Interpolata fuerunt τὰ *αἱ δὲ πόλεις*. Scripserat Scylax...*Κούδητος ποταμός· Δίκαια* καὶ *Μαρωνεία*. Adjecit in margine librarius quidam *αἱ δὲ πόλεις*, ut Dicæa et Maronea urbes esse, nec vero fluvii, declararentur. Hæc in textum irrepserunt, ubi satis lectorem offendunt. De accentu voc. *Δίκαια*, cf. Stephan. voc. Πλαταιαί.

387. Vulgo *Δρυζώνη*] Leg. *Δρῦς, Ζώνη*. Stephanus: Δρῦς πόλις *Θρᾴκης*. Ἑκαταῖος Εὐρώπῃ. Ὀρφέως *Δρύας*, hunc locum adpellat Nicandi scholiastes *(a)*: Τῆς Αἴνου δὲ πλησίον ἐστὶν ὁ ποταμὸς Ἕβρος· *οὐ μακρὰν δὲ τοῦ ποταμοῦ ἐστιν ἡ Ζώνη πόλις, μεθ' ἣν αἱ Ὀρφέως Δρύες εἰσὶν, πρὸς ἃς πόλις ἐστὶ, Ζηρύνθιον ἐν ᾗ τὸ ἄντρον. Vossius.*

388. *Σαμοθρᾴκη κατὰ..... καί*] Cod. Herv. scrib. κατ' τ. *Hæschelius.*

Legendum, *Σαμοθρᾴκη κατὰ ταῦτα νῆσος, καὶ λιμήν. Vossius.*

De variis hujus insulæ nominibus, de priscis incolis, de vocis etymologia, et sacris olim ibi institutis, cf. Tzschuck. ad Mel. *(b)*.

389. Vulgo *Ποταμὸς Δουρίσκος, Ἄδβαρος, καὶ ἐπ' αὐτῷ τεῖχος*] Dorisci fluminis mentio apud neminem, quod sciam, est. Puto itaque sic scribendum hunc locum: *Ποταμὸς Ἕβρος, καὶ ἐπ' αὐτῷ Δορίσκος τεῖχος*: quam conjecturam asserunt verba Herodoti, quæ exstant lib. VII *(c)*: Ὁ δὲ Δορίσκος ἐστὶ τῆς Θρηίκης *αἰγιαλός τε, καὶ πεδίον μέγα· διὰ δὲ αὐτοῦ ῥέει ποταμὸς μέγας Ἕβρος, ἐν τῷ τεῖχός τε ἐδέδμητο βασιλήϊον· τοῦτο τὸ δὴ Δορίσκος κέκληται. Vossius.*

Qui sane hoc pacto hunc locum commode satis composuit, si Herodotum spectes: nam si Scylacem attendas, negari non potest quin violentius paulo egerit. Ac longe mollius curabitur Scylax, si scribatur *ποταμὸς Ἄρισβος καὶ Ἕβρος, καὶ ἐπ' αὐτῷ τεῖχος*. Arisbus enim illic loci fluvius in Hebrum influens. *Gronovius.*

Vossium hic non improbo. Quem Herodoto jam satis fretum, adjuvat Demosthenes Palmerio infra laudatus; imo Plinius *(d)* etiam his verbis:.... *Tum locus Doriscus 10,000 hominum capax.... os Hebri.* Sed forsan conjiciendum est, silentio prætermissum fuisse ab Scylace Doriscum. Innotuit hic locus

(a) Ad *Ther.* 460, p. 82, ed. Schneid.
(b) Ad lib. II, not. exeg. p. 661, sqq.
(c) Cap. 59.
(d) Lib. IV, cap. 9.

ob Xerxem, et laudandus erat Herodoto. Sed suum Periplum jam ante scripserat noster.

390. Vulgo Τείχη Αἴνων ἐν τῇ Θρᾴκῃ] Putat vir summus commentator hunc locum esse corruptum, sed deest tantum unum ι iota : nam legendo Αἰνίων optime se habebit. Ænii enim habuerunt quædam castella in eo littore; quæ hoc loco Scylax vocat *Αἰνίων τείχη*. De iis Demosthenes oratione de falsa legatione *(a)*, ubi loquitur de iis locis, quæ Philippus occupaverat : ἐν δὲ τούτῳ, Δόρισκον, Θρᾴκην, τὰ ἐπὶ Τείχων, *in eo autem Doriscum, Thraciam, et Muros.* Ubi credo legendum Θρᾴκης τὰ *(minime, G.)* et rursus *(b)*, ἡλίκον ἐστὶν ἀδίκημα, τὸ Θρᾴκην καὶ τὰ τείχη προέσθαι, *quanta est injustitia, Thraciam et Muros prodere.* Aliquod ex iis castellis videtur Alcibiades sibi munivisse, et id ei a suis adversariis crimini dabatur. Plutarchus in ejus vita *(c)*. Ἐνεκάλουν δὲ αὐτῷ καὶ τὴν τῶν Τειχῶν κατασκευὴν... ἐν Θρᾴκῃ περὶ Βιζάνθην, αὐτῷ καταφυγήν, *Improperabant etiam ei et munitionem Murorum in Thracia circa Bizanthem, ad refugium :* sed tamen Bizanthe non satis vicina Æno. *Palmerius.* (*Exerc.* p. 280.)

Suspicor hæc verba τείχη Αἴνων ἐν τῇ Θρᾴκῃ ex margine in textum transiisse. Quid enim sibi vult hæc redundantia, ἐν τῇ Θρᾴκῃ ? Forsan fuit tempus quum celebritatem quamdam haberent hæc Æniorum oppida; quorum nomen margini adscripsit librarius quidam, aut quivis in suo codice. Illud sæpe reperitur in geographicis libris; imo paullo infra apud nostrum illud iterum reperio. Cf. not. 419 et 432.

Conjeceram quoque hæc verba ἐν τῇ Θρᾴκῃ a Scylace forsan adjecta fuisse, ut hæc Τείχη Æniorum in Thracia distingueret ab urbe ejusdem nominis in Thessalia. De quo vide Stephanum ad hanc vocem. Sed in mea sententia persto, quam supra dedi. Imo scripsisset Scylax τὰ τείχη, si locum alterum insuper memorare voluisset.

391. Δτειὶς ἐμπόριον] Tacent de hoc emporio veteres geographi. Verisimile tamen est, fuisse Deræorum civitatem. De quibus, qui Stephanum in epitomen redegit, sic scribit : Δεραῖοι, Θρᾴκιον ἔθνος· Ἡρόδοτος *(d)* Δερσαίους αὐτούς φησι. *Vossius.*

392. Κόβρυς] Lege Κῶβρυς ex Stephano. *Hæschelius.*

393. Vulgo Καρδιανῶν] Rescribe Καρδιανῶν. *Vossius.*

394. Vulgo Καὶ ἄλλος Κύπασις] Lego Κύπασις. Stephanus Byzantius : Κύπασις, πόλις περὶ Ἑλλήσποντον. *Vossius.*

Lege καὶ ἄλλο, quod referendum ad ἐμπόριον. Male τὸ K

(a) Pag. 317, C. Franc. 1604.
(b) Pag. 321, B.
(c) Cap. 35, ed. Hutt.
(d) VII, 110.

librarius a sequenti voce iterando retinuit, et quasi Σ expressit.

395. Ἴμβρος καὶ Λῆμνος] En iterum margini adscriptus utilitatis gratia titulus, in Scylacis textum irrepsit. Sic rescribe post Κύπασις, Κατὰ τὸν Μέλανα κόλπον Ἴμβρος. . . . κ. τ. λ.

396. Λῆμνος νῆσος καὶ λιμήν] Non audiendus Sophocles, de Lemno, quum Philoctetem adducit dicentem *(a)*:

> Οὐ γάρ τις ὅρμος ἐστὶν, οὐδ' ὅποι πλέων,
> Ἐξεμπολήσει κέρδος, ἢ ξενώσεται.

Nempe, ni fallor, desertam insulam ex ingenio effinxit vates *(b)*: hanc enim habitatam jamdudum exprimit Homerus *(c)*. Imo urbes aut saltem incolas trojanis temporibus habuisse Lemnum innuit Strabo *(d)*; et quod ad recentiorem ætatem adtinet, nulla amplius oritur dubitatio. Scio equidem tum nonnullis, tum *Gedikio (e)*, quosdam hujusce tragœdiæ locos *(f)*, ita intellectos fuisse, quasi desertam tantummodo insulæ *partem* Philoctetes vulneratus teneret, at reliqua habitantibus non careret; sed hæc non est prorsus Sophoclis sententia, qui parum curavit utrum geographiæ historiam læderet, annon. Ceterum de Lemno insula, vide quæ congesserunt Cellarius *(g)* et Tzschuckius ad Melam *(h)*. De Lemno Æschyli scholiastes *(i)* ait : Λῆμνος Θράκης ἐστί.

397. Χερρόνησος· μετὰ δὲ τὸν Μέλανα] Dele τὸ Χερρόνησος: et scribe, Μετὰ δὲ τὸν Μέλανα κόλπον, ἐστὶν Θρᾳκία χερρόνησος. *Vossius.*

Male hoc loco duo capita confunduntur; nam ἐξεπορεύμην est finis præcedentis capituli, Χερρόνησος est titulus sequentis: et debet majusculis scribi, ut aliorum capitum tituli, et initium sequentis est Μετὰ δὲ τὸν Μέλανα κόλπον. &c. *Palmerius.*

Vossio adsentior.

398. Vulgo Ἐλβιοῦς] Omnino legendum est, Ἐλαιοῦς, ex omnibus. *Vossius.*

Lege Ἐλαιοῦς cum Vossio. Postea credidit Vossius ad Melam *(k)* τὸ Ἐλεοῦς verum esse nomen. Sed recte contendit Tzschuckius *(l)* veteres hujus oppidi scripturam variasse; et utriusque generis exempla permulto adferunt, tum Pintianus *(m)*, tum ipse Tzschuckius. Eleunta esse ὄνομα λιμένος

(a) In *Philoct.* v. 305, 306.
(b) Cf. init. ἀκτὴ μὲν ἥδε τῆς.... Λήμνου, βροτοῖς ἄστειπτος, οὐδ' οἰκουμένη.
(c) *Iliad.* lib. I, v. 594.
(d) Lib. I, pag. 45 (p. 76, 77).
(e) Ad v. 2; et ibi schol.
(f) Vs. 1 et 2; v. 305.
(g) *Geogr. antiq.* lib. II, cap. 14.
(h) *Not. exeg.* ad lib. III, cap. 2, §. 8, pag. 667, Tzschuck.
(i) In *Pers.* v. 887, Schütz.
(k) Ad l. II, c. 2, § 7. not. crit. p. 113.
(l) Ad Melam, loc. cit.
(m) Ad Melam, loc. cit.

scribit Philostrati scholiastes *(a)*, quam hodie dictam esse Turcis *Eles-Bouroun* notat ex *le Chevalier (b)* doctiss. Boissonadus *(c)*.

399. Ἄϐυδος, Σηστός] Quid hoc monstri! an Abydus Chersonesi Thracicæ urbs! certe non magis, quam Sestus Phrygiæ. Trunca itaque vocabulum Abydi, quod est a librario, non ab auctore; ut satis patet ex iis, ubi Phrygiam describit. Animadverterat siquidem, Sestum et Abydum, Heronis et Leandri amoribus *(d)* celeberrimas urbes, sæpissime ab auctoribus conjungi. Itaque et hic Abydi nomen interserendum esse putavit. *Vossius.*

Hic locus ἔλαιον βρύων, fere desperatus est, et optime quidem ultimam vocem Ἄϐυδος expunxit clarissimus Vossius, optime et Ἐλϐιοῦς in Ἐλαιοῦς mutavit: cæteris non admovit manum; sed quid erit mali, si aliquid tentemus! Ergo sic tot ulceribus mederi tentabam: Καρδία, Χεῤῥία, Πάνορμος, Ἀλωπεκόννησος, Ἀνάπλους, Ἐλαιοῦς &c. Χεῤῥία locus fuit Chersonesi, Xenophonti memoratus Hellenicorum II (1, 18), quo ex clade ad Ægospotamos se receperunt Athenienses. Panormus locus est maritimus Chersonesi apud Plinium, lib. IV, cap. 11. Ἀνάπλους certe eo loci apud alios auctores non extat. Sed quoniam video locum in Bosporo ita dictum, eo quod inde ascendebant naves contra Bospori decursum versus Pontum Euxinum tendentes, facile suadeor, etiam in Hellesponti angustiarum initio fuisse quendam locum, ab eadem ratione sic vocatum, de quo loquatur hoc loco Scylax. Sed hæc est mera conjectura; si quis meliora docebit, gratias agam. *Palmerius.*

Apparet, quid agant, vel potius, audeant viri docti, mirifice expellendo vel apponendo, ut uterque nihil mereatur, nisi ut prætermittantur. Pro voce Παιών, patet manifeste oportere scribi Ἠϊών, quod miror nemini obvenisse. Stephanus clare, Ἠϊὼν πόλις ἐν Χεῤῥονήσῳ. Qui ibi intellexit Chersonesum Thracicam ex more, quo solet ita simpliciter eam nominare, ut patet ex Καρδία et aliis locis. Qui conatur pro Ἄγεπλος reponere Ἀνάπλους, quum id sine auctore ullo aggrediatur, quem de eo dabit notorem! Itaque ut et Ἄγεπλος et Ἄϐυδος accipiant medicinam, equidem quum sint illic duæ antiquissimæ urbes, et ab Herodoto *(e)* aliisque memorentur Μάδυτος, et Ἄψυνθος, deliberandum, an non sit pro duobus

(a) Ad *Heroic.* Conf. pag. 334, ed. Boissonad.

(b) *Voyage dans la Troade*, tom. I, p. 271.

(c) Ad Philostrat. cit. loc.

(d) Cf. Ovid. *Heroid.* XVIII, v. 127.

(e) Lib. VII, cap. 33.

potius illis substituendum Ἄψυνθος, Ἐλαιοῦς, Μάδυτος. *Gronov.*

Hic Vossium vocem Ἐλαιοῦς emendantem, et aliis, si unam excipias, emendationibus abstinentem, probamus. Namque aliis infeliciter allatum remedium est. Primum sustineamne mutare vulgatum Ἴδη in Χειδρία ex Xenophonte *(a)*, quum apud Xenophontem ipsum dubium habeatur, an sit hæc vera lectio, et scribatur plerisque Τειχιόδρια, *Castelli!* Quid Πάνορμος pro Παιών, quum nihil hanc civitatem ceu antiquam ostendat, quippe quæ apud Plinium tantum ibi reperiatur, apud ceteros vero in Sicilia! Quid Ἀνάπλους pro Ἄεγαπλος, quum ex serie verborum liqueat non fuisse hanc urbem Scylacis in freto Hellesponti, nec potuerit hæc lectio ad id prodesse, quod sibi fingit Palmerius! Quid Ἠϊών pro Παιών cum Gronovio! Nempe Stephanus ipse hallucinari videtur, Thucydidem testem adferendo de Eione in peninsula collocata, quum ipse Thucydides *(b)* Eiona ἐπὶ Στρυμόνι collocaverit. Pro Ἄεγαπλος Gronovius legi vult Ἄψυνθος; sed considerandum esset hanc urbem Stephano et Herodoto *(c)* in Thracia tantum reponi, nec vero in Chersoneso. Ultimam tantummodo libenter excipio emendationem, Μάδυτος pro Ἄβυδος. Sic enim Herodotus *(d)* : Ἔστι δὲ τῆς Χερσονήσου τῆς ἐν Ἑλλησπόντῳ, Σηστοῦ τε πόλιος μεταξὺ καὶ Μαδύτου, ἀκτὴ τρηχέα ἐς θάλασσαν κατήκουσα, Ἀβύδῳ καταντίον. Facilis mutatio ob Abydi celebritatem; imo rem similem notat Wesseling. ad loc. Herod. cit. Cetera in hoc Scylacis loco nomina, seu corrupta, seu ignota nobis, Ἴδη, Παιών, Ἄεγαπλος, relinquenda esse censeo, donec felicior et meliori supellectili instructus interpres adsit.

400. Ἐπὶ τοῦ στόματος τῆς Προποντίδος ἐστὶ στάδια ς′] Leve aliquod vulnus huic lectioni subesse, quilibet facile videt : cui medeberis, si ita legas, Σηστὸς ἐπὶ τοῦ στόματος τῆς Προποντίδος, τὸ ἐστὶ στάδια ς′. *Vossius.*

Initium Propontidis hinc esse ne mireris; nam apud veteres quosdam, tum apud Strabonem, incipiebat hoc mare ab *Heptastadio*, quod erat intra Abydum et Sestum *(e)*. Reliqua tantum freti pars, a Sesto usque ad Ægæum mare, Hellespontus erat. Illud diserte exprimit Agathemerus his verbis :... Ἑλλήσποντος λήγων εἰς Ἄβυδον καὶ Σηστόν· εἶτα ἡ Προποντίς *(f)*. Ceterum parum offendamur, si noster, huic ori sex stadia

(a) *Hellenic.* lib. II, cap. 1, §. 18.
(b) Lib. IV, cap. 50.
(c) Lib. IX, cap. 118.
(d) Lib. VII, cap. 33.
(e) Strab. II, 24, C. — Conf. Herod. IV, 85. — Eustath. ad Dionys. v. 140.
(f) *Agathem.* lib. II, cap. 3 p. 6, Huds.

tribuerit, alii vero septem *(a)* : tunc res geographica perfectis mensuris carebat. Sed mirandum mihi videtur, quod Scylax *Hellespontum* silentio prætermittat, dum crebro hac adpellatione Herodotus utitur. Hoc fretum Βόσπορος Æschylo *(b)* dicitur.

401. Ἐντὸς δὲ Αἰγὸς ποταμοῦ] Lege Ἐντὸς δὲ Αἰγοσποταμὸς, Κρήσσα, quamvis apud neminem hujus oppidi mentio fiat : nisi sit *Cissa* Plinii *(c)*. *Vossius.*

Quod valde suspicatur Cellarius *(d)*. Ceterum Αἰγοσποταμοῦ, ceu oppidi plures meminere. Nam Stephanus sic : Αἰγὸς ποταμοὶ, πόλις ἐν Ἑλλησπόντῳ. Et Tzetzes *(e)* : Ἐν ποταμοῖς τοῖς τῆς Αἰγός. Θρᾴκης δὲ τοῦτο πόλις. Cf. etiam Xenophontem in Hellenicis *(f)*. Sed hæc non obstant quin vulgatam lectionem servemus, Ἐντὸς δὲ Αἰγὸς ποταμοῦ, id est, *ad orientem septentrionemque* Αἰγὸς ποταμοῦ.

402. Κρηθωτή] Lege Κριθωτή. *Hæschelius.*

Urbs Stephano, Strabone *(g)*, Scymno Chio *(h)*, Plinioque *(i)*, laudata. Cujus conditæ testis fuit noster, quod concludimus ex Suida : Κριθωτὴ, πόλις τῶν ἐν Χεῤῥονήσῳ, κατοικισθεῖσα ὑπὲρ Ἀθηναίων τῶν μετὰ Μιλτιάδου ἐκεῖ παραγενομένων. *Crithote, urbs Chersonesi, condita ab Atheniensibus huc Miltiadem secutis.* Atqui Miltiades huc devenit anno 518° ante Christum, ex *Larcherio (k)*, Scylax autem sub initio sexti seculi floruit *(l)*.

403. Vulgo Θρᾴκη ἀχεῤῥόνησος] Sic quoque supra scriptum est. Sed non dubito, quin ambobus locis legendum sit Θρᾳκία χεῤῥόνησος. *Voss.*

404. Πεζῇ] Illud forsan e margine in textum irrepsit. Satis expresse scribebat noster διὰ τοῦ αὐχένος. Ceterum ulterius in simili loco τὸ πεζῇ etiam insertum videtur *(m)*.

405. Στάδια μ'] Idem Strabo *(n)* et Agathias Scholasticus *(o)* aiunt.

406. Ἀγορά] Quæ civitas, Herodoto *(p)* laudata, videtur ibidem fuisse, ubi postea Lysimachia. Adi Strabonem *(q)* Melamque *(r)*.

(a) Inter quos Agathemerus, lib. II, c. 14.
(b) In *Pers.* v. 720, Schütz, et ibid. schol. cf. Blomfieldii Glossar. in *Pers.* 729.
(c) *N. H.* lib. IV, cap. 9.
(d) *Geogr. ant.* tom. I, pag. 848.
(e) Chil. II, v. 894.
(f) Lib. II, c. 1, §. 13 et 14, ed. Thieme.
(g) Lib. III, pag. 459.
(h) Vs. 710.
(i) Lib. IV, cap. 11.
(k) *Trad. franç. d'Hérod.*, lib. VI, c. 46, tom. IV, pag. 404.
(l) Vide præfat. nostram *ad Scylac.*
(m) §. 109, fin. p. 315, fin.
(n) Lib. VII, pag. 331.
(o) *De reb. gest. Justiniani*, lib. V, p. 155, C, Parisi. 1660.
(p) Lib. VII, cap. 68.
(q) Loc. cit.
(r) Lib. II, cap. 2, §. 6, fin.

407. Vulgo εἰς Ἐλαιοῦντα] Lego ἐκ Καρδίας εἰς Ἐλαιοῦντα· ταύτῃ γάρ ἐστι μακροτάτη, &c. *Vossius.*

408. Vulgo Ταύνη] Rescribe ταύτῃ, et pro στάδια, σταδίων. *Hæschelius.*

409. Τὸν] Rescribe τήν. *Hæschelius.*

410. Τειρίσταις] Plinius *(a) Tyristasin* vocat. *Vossius.*

Cujus urbis meminere Scylax et Plinius; sed minime Herodotus, Thucydides, Strabo, Mela, Polybius, Diodorus Pausaniasque.

411. Ἡράκλεια] Manifesta hujus vocis interpolatio, tum quod antiquum hujus urbis nomen sit Πέρινθος, tum quod in urbium serie sedem male teneat hæc Ἡράκλεια. Zosimus enim *(b)*: Πέρινθος, ἡ νῦν Ἡράκλεια. Cf. Procopium *(c)* Eustathiumque *(d)*. Conjicit Tzschuckius *(e)*, imminuta Perintho, proximam forsan eminuisse Heracleam; ita ut in unam fere coalescerent duæ urbes, sed a nonnullis distingui possent: utramque nempe laudat tabula peutingeriana octava. Sed illud conjicere non patitur noster: nam collocatur *Ganus* ad meridiem *Perinthi*, et ex serie locorum interponitur *Heracleam* inter et *Perinthum*. Delendum igitur τὸ Ἡράκλεια.

412. Γανὸς, Γανίαι] *Ganos* urbs est Plinio circa hunc tractum. Suidæ ὄρος τῇ Θράκῃ ὄρος ἐστὶν ἡ Γάνος. Γάνος καὶ Γανιάδα χωρία ἐστὶ Θρᾳκικά. *Vossius.*

An Stephani Γανεῖς sint videant eruditi. *Thomas de Pinedo.* Anceps hæreo utrum Γανίαι locus sit, ad quem τὸ νέον τεῖχος, ceu epitheton, referre debeam, an tria sint ibi loca. Nam in *Anabasi (f)*; video Βισάνθην, καὶ Γάνον, καὶ Νέον τεῖχος. Pariter Suidas: Γάνος καὶ Γανιάδα.... in loco, quem supra Vossius laudavit. Ibi quoque nomen duplici forma iteratur.

413. Δαμινὸν τεῖχος] Puto corruptum esse vocabulum: et an non rescribendum sit Δαόνιον, admodum ambigo. Daonii autem meminerunt Cedrenus et Nicetas Choniates; qui eam vicinam Perintho facit, in quo plane ei cum hoc nostro Scylace convenit. *Vossius.*

Sed commodius hanc appellationem Scylacis Holstenius componit cum Stephano, qui testatur Δαύνιον τεῖχος Θρᾴκης. *Gronovius.*

Liceatne conjicere Καινὸν τεῖχος? Stephanus: Καινοὶ, ἔθνος

(a) IV, 11.
(b) *De Aurelian.* lib. 1, cap. 61.
(c) *De Bell. Vand.* 1, 12.
(d) Ad Dionys. v. 142.
(e) *Not. exeg. ad Mel.* lib. II, cap. 2, § 6, pag. 103.
(f) Xenoph. *Anabas.* lib. VIII, pag. 241. *Stephan.* 1581.

Θρᾳκῶν. Post Perinthum, orientem versus, oppidum quoddam *Cænophrurium* Antoninus collocat. Adde Eutropii *(a)* hæc verba : *interfectus est* (Aurelianus) *in itineris medio, quod inter Constantinopolim et Heracleam est..... Locus Cænophrurium appellatur.* Conf. Vopiscum in Aureliano *(b)*. Sic Plinius *(c)* de his litoribus : *Regio Cænica, colonia Flaviopolis, ubi antea Cæna oppidum vocabatur.* Cænorum meminit et Livius *(d)*. Facilis mutatio τοῦ KAINON in τὸ ΔΑΜΙΝΟΝ.

414. Ἐπὶ στόματος τοῦ Πόντου]. Pro ἐπὶ fors. rescrib. μέχρι.

415. Ἀνάπλους] Quo ex nomine conjicere licet partem occidentalis oræ quamdam sic vocatam fuisse, quia naves adversus fluentum inde traherentur. Scholiastes Apollonii *(e)*, postquam plures vocis Βοσπόρου origines tradidit, adjicit hæc : Ἔνιοι δέ φασι τοὺς ἐπὶ τοῦ στόματος οἰκοῦντας τὸ παλαιὸν, εἴ ποτε ἐθέλοιεν εἰς τὸ πέραν διαβαίνειν, σχεδίας πηγνύντας καὶ βόας ἐπιζεύξαντας, ἐπὶ τούτων διαπεραιοῦσθαι. *Nonnulli autem aiunt, priscos hujus freti accolas, si vellent transire, naviculas bobus trahendas struxisse, et in hoc navigii genere prætervehi solitos.* Nobis boves ceu natantes, ni fallor, depingit hic scholiastes. Sed valde crediderim boves etiam τὸν ἀνάπλουν egisse, navigia mercantium de litore trahentes. Meminit quoque loci cujusdam in Bosporo, τοῦ Ἀνάπλου λεγομένου, auctor anonymus τῆς παραφράσεως in Dionysium *(f)*. De Anaplo illo, et silentio quod sibi de Byzantio urbe conscivit Scylax, adi præfationem nostram in Scylac. §. XV, p. 217, 218.

416. Βόσπορον] Adi Apollonium *(g)* et ejus scholiastam. Quod fretum omnium arctissimum ait Dionysius *(h)*; ad quem Eustathius hæc : Τετραστάδιον γάρ ἡ τοῦ τοιούτου Βυζαντικοῦ στόματος εἶναί φησι, καθ' ἃ καὶ Ἡρόδοτος ἱστορεῖ. Herodotus enim ab Eustathio auctor laudatus, scribit latitudinem Bosphori esse quatuor stadiorum *(i)*; idem Strabo *(k)*. Quam latitudinem ait Polybius esse *quinque* stadiorum *(l)*; Agathemerus *(m)* *sex* numerat; sed mendose, ut recte vidit Tennulius, quum alibi *(n)* auctor laudaverit τὸ τετραστάδιον et στόμα τοῦ Πόντου.

417. Vulgo μέχρι ἂν ἔλθῃ] Rescribe ἔλθῃς. (Ibi de fano, cf. not. 512.)

(a) Lib. IX, cap. 9.
(b) Cap. 35.
(c) Lib. IV, cap. 9.
(d) Lib. XXXVIII, cap. 40.
(e) Ad lib. II, v. 168.
(f) Apud Huds. *Geograph. min.* sub fin. t. IV, pag. 5, lin. 17.
(g) Lib. I, v. 1114; et lib. II, v. 168.
(h) *Perieg.* v. 142.
(i) IV, 85.
(k) II, pag. 125, C.
(l) IV, cap. 43.
(m) Lib. I, cap. 3.
(n) Ad lib. II, cap. 14, p. 249, Gronov.

418. Τοῦ σώματός ἐστι τοῦ Π. εὖρος] Forsan melius, transposita voce una, scribere εὖρός ἐστι.... Fors. delenda τοῦ σώματος, ut interpolata, ut nuntiaretur quæ pars ponti intelligenda fuerit.

419. Vulgo Ὀδησσόπολις] Male coaluerunt in unam duæ voces. Lege Ὀδησσὸς πόλις. *Palmerius.*

Fors. delenda supr. ἐν Θρᾴκῃ, et mox (a) ἐν αὐτῇ. Nam semper post αἵδε proxime sequuntur urbium nomina. Imo explanationis instar, hæc adposita videntur.

420. Vulgo Κάλλαβις] Lege Κάλλατις. *Vossius.*

Cives adpellantur Καλλατιανοί in inscript. quam edidit. doctiss. *Raoul-Rochette*, in *Antiquités grecques du Bosphore* (b). De qua urbe sic Plinius (c) :... *Calatimque, quæ antea Cerastis...*

421. Vulgo μέχρι Δηστοῦ] Recte Hœschelius monet, utrobique pro Δηστοῦ, scribendum esse Σηστοῦ. *Vossius.*

422. Περίπλους ἀπὸ Θρᾴκης] Emendo, ὁ σύμπας περίπλους Θρᾴκης, ἀπὸ ποταμοῦ Στρυμῶνος, μέχρι &c. *Vossius.*

Quid vetat quin eadem intelligas, nihil mutando ! Nam sæpe particula καὶ, non aliquid novum adjungendi, sed eadem iterandi sensum habet, quasi ex re jam nuntiata partem aliquam depromat, ut repetatur. Intellige mecum hæc verba Scylacis ἀπὸ Θρᾴκης καὶ π. Στρυμῶνος, quasi scriberetur ἀπὸ τοῦ μέρους τῆς Θρᾴκης, ὅπου Στρυμών ἐστι. Cf. *Addenda* ad not. 173. Ceterum quum hic τὸ ἀπὸ Θρᾴκης intelligam de *initio Thraciæ*, tum idem reperies, forsan mendose, in §. 100, fin., ubi de Lyciæ ipsius ora : παράπλους... ἀπὸ Λυκίας. Cf. not. 587.

423. Ὀκτὼ ἡμερῶν καὶ ὀκτὼ νυκτῶν] Sine dubio hic mendum latet. Quomodo enim hæc consistere possunt ! Ait a Strymone Sestum biduo et binoctio perveniri ; inde usque os Ponti idem esse spatium. Ab ore autem Ponti, Istrum adusque fluvium, dierum trium, ut noctium totidem, spatium interesse. Atque hic habes universæ Thraciæ tractum litoralem. Quomodo igitur hic tradit præternavigationem Thraciæ octo esse dierum noctiumque ! Nulli dubitemus, quin supra rescribendum sit : Παράπλους δὲ τῆς Θρᾴκης ἀπὸ Στρυμόνος ποταμοῦ, μέχρι Σηστοῦ τριῶν ἡμερῶν, καὶ νυκτῶν τριῶν. Et hoc modo sibi constabit Scylax. *Vossius.*

424. Τείσσης] Lege Τύρας, vel potius Τύρης, ut Herodotus semper. *Vossius.*

425. Νεώνειον πόλις, Ὀφιοῦσα πόλις] Pro Νεώνειον lege Νικώνιον, ut dicitur Ptolemæo (d). Aliis Νικωνία. Stephanus : Νικωνία

(a) §. 69, p. 283, lin. 6.
(b) Pag. 146.
(c) Lib. IV, cap. 18, §. 11.
(d) Lib. III, cap. 10.

πόλις ἐν τῷ Πόντῳ, πρὸς ταῖς ἐκβολαῖς τοῦ Ἴστρου. Hæc eadem verba et apud Suidam leguntur. Inepte tamen, cum Niconia sit ultra Tyram fluvium, maximoque ab Istri ostiis spatio distet; ut ex Ptolemæo, et Strabone præcipue liquet, unde Stephanus illud hausit. Is siquidem libro VII *(a)* inquit, ab Istro ἐπὶ Τύραν ποταμὸν πλωτὸν, ἐνακόσιοι στάδιοι. Et paulo post: Ἀναπλεύσαντι δὲ ἑκατὸν τεσσαράκοντα σταδίους, ἐφ' ἑκάτερα, πόλεις, ἡ μὲν Νικωνία, ἡ δ' ἐν' ἀριστερᾷ Ὀφιοῦσα. Niconia itaque quam longissime ab ostiis Istri aberat: utpote quæ esset ultra Tyram amnem. Ophiusa vero erat circa Tyram, eoque Istro vicinior. Minime vero audiendus est Ptolemæus, qui et Ophiusam ultra Tyram collocat. Neque in eo tantum errat, sed in altero etiam, quod diversam faciat hanc Ophiusam ab Tyra oppido. Tyras enim prius vocabatur Ophiusa: sed deinde a Tyra amne ei nomen Tyræ impositum est, ut testatur Plinius lib. IV, c. XI: *Clarus amnis Tyra, oppido nomen imponens, ubi antea Ophiusa dicebatur.* Similiter Stephanus: Ὁ δὲ Πολυΐστωρ τὸν ποταμὸν, καὶ τὴν πόλιν Τύραν λέγει, τοὺς δὲ πολίτας Τυρανούς· ἐκαλεῖτο δ' Ὀφιοῦσα. Quæ manifeste Ptolemæum refellunt. *Vossius.*

426. Ἐπὶ δὲ τῇ Σκυθικῇ] Fallitur interpres vetus: *in Scythia vero Taurorum gens habitat....* scilicet non in Scythia Scylax Tauros collocat, quum infra adjiciat: Μετὰ δὲ ταῦτά εἰσι Σκύθαι πάλιν. Τὸ ἐπὶ cum dativo, aut imminentem alteri locum, aut contiguum exprimit, nec vero introrsum jacentem. Vide τὰ ἐπὶ Τροίᾳ Πέργαμα apud Sophoclem *(b)*; αἱ ἐπὶ τῷ ποταμῷ πόλεις, ap. Herodotum *(c)*; τὸ τεῖχος ἐπὶ θαλάσσῃ, ap. Thucydidem *(d)*; γῆν τὴν ἐπὶ ποταμῷ, ap. Pausaniam *(e)*. Imo, quod ad Scylacis hunc locum adtinet, per se ipsum liquet τὸ ἐπὶ τῇ Σκυθικῇ minime *intus* exprimere posse. Nam si Scythicis gentibus Tauros adscribere Scylax voluisset, nihil aliud agendum erat, quam illos ceteris Scythiæ gentibus adjicere; nec ratio ulla exstabat cur frigide diceret: *sunt autem in Scythia Tauri.* Ceterum aperte confundit Tauros et Scythas Pindari schol. ad *Olymp.* III, 46, quum Tauros dicat pertingere usque ad Istrum.

427. Ἀκρωτήριον τῆς ἠπείρου] Locus sine dubio corruptus. Sanaveris utcunque, si sic legas: Ἐπὶ δὲ τῇ Σκυθικῇ ἐποικοῦσι Ταῦροι ἔθνος ἀκρωτήριον τῆς ἠπείρου. Εἰς θάλατταν δὲ τὸ ἀκρωτήριον ἐξέχει σφόδρα. Ἐν δὲ τῇ Ταυρικῇ οἰκοῦσιν Ἕλληνες, καὶ πόλεις αἵδε, &c. Sed notandum ἀκρωτήριον sumi hic a Scylace pro

(a) Strab. pag. 306 (pag. 469; B).
(b) *Philoct.* v. 356, 620.
(c) Lib. II, cap. 108.
(d) Lib. VII, cap. 4. — Vid. eumdem, lib. VI, cap. 27.
(e) Lib. I, cap. 27, p. 66, l. 27, ed. Kühn.

Chersoneso, sive peninsula. Sic quoque vox ἄκρα supra usurpatur, ubi de Macedonia agit : Παλλήνη ἄκρα μακρὰ, εἰς τὸ πέλαγος ἀνατείνουσα. Pallenen enim promontorium nemo dixit. Sed Canastræum Pallenes promontorium vocant. *Vossius*.

Minime hunc locum Vossius intellexit. Scilicet *Chersonesum Tauricam*, τὴν Ταυρικὴν καὶ Σκυθικὴν λεγομένην χερρόνησον (a), laudavit et uberius depinxit Strabo; sed nullam hoc in litore *peninsulam Tauricam* esse ait Scylax Herodotusve. Mirum in modum Herodotus nostrum hic interpretatur et explanat; utrumque igitur comparare proderit. Τὸ ἀκρωτήριον nihil aliud est in Scylace quam *promontorium*, id est, pars prominens hujus regiunculæ, quæ Chersonesus Taurica in posterum dicta est, sed quæ a Scylace ἤπειρος tantum adpellatur. Illud aperte demonstrat Herodotus (b) : Τὸ δὲ ἀπὸ ταύτης (Καρκινίτιδος), τὴν μὲν ἐπὶ θάλασσαν τὴν αὐτὴν φέρουσαν, ἐοῦσαν ὀρεινήν τε χώρην καὶ προκειμένην τὸ ἐς Πόντον, νέμεται τὸ Ταυρικὸν ἔθνος, μέχρι Χερσονήσου τῆς Τρηχέης καλεομένης. *Post hanc urbem* (Carcinitidem), *Taurica gens regionem habitat pertingentem ad idem mare* (Euxinum), *montosam, et in Pontum productam, usque ad* (urbem) *Chersonesum Tracheam dictam*. Sic τὸ ἀκρωτήριον τῆς ἠπείρου Scylacis, interpretatur Herodotus per ἐοῦσαν ὀρεινήν καὶ προκειμένην τὸ ἐς Πόντον. Ceterum ex utroque scriptore liquet hanc Tauricam antiquam, a Carcinitide tantum usque ad promontorium Criu-Metopon dictum, nec totam recentem *Tauricam Chersonesum* complecti. Orientalis enim pars Scythis tribuitur.

428. Ἀκρωτήριόν ἐστι] Rescribit Vossius ἀκρωτήριον ἐξέχει σφόδρα. Quam emendationem libens admitto, saltem ad sensum. Herodotus enim (c) : Αὕτη δὲ ἐς θάλασσαν τὴν πρὸς ἀπηλιώτην ἄνεμον κατήκει. *Quæ urbs pertingit ad mare, quod subsolanum ventum spectat*. Chersonesus enim civitas in parte meridionali Tauricæ sedebat, et orientalem dimidiam Ponti Euxini fere prospectabat. Sic ego Herodotum intelligo, neque admitto hanc Larcheri nostri gallicam interpretationem : *La ville de Chersonèse est bien à l'ouest ; mais elle est à l'est de la Scythie (d)*. Ita explanari Herodotus non patitur.

429. Ἕλληνες αὐδὲ] Recte Vossius : Ἕλληνες, καὶ πόλεις αἵδε.

430. Χερρόνησος ἐμπόριον] Non puto id intelligendum de antiqua illa Chersoneso, de qua Strabo lib. VII (e) : sed illa

(a) Strab. lib. VII, pag. 308.
(b) Lib. IV, cap. 99.
(c) Lib. IV, cap. 99.
(d) Ad loc. Herodot. laud. t. III, p. 194. Traduction française, 1.re édition.
(e) Pag. 308 (pag. 474, B).

altera Heracleotarum colonia, quam *Megariten* etiam dictam testatur Plinius lib. IV, cap. XII. *Vossius.*

Ceterum proxima utriusque Chersonesi sedes; triginta circiter stadiis nova ab antiqua distabat. De quo confer Strabonem *(a)* et *Atlas de J. B. Gail*, pl. 182, 183.

431. Σκύθαι πάλιν] Sic a promontorio Criu-Metopon desinit *Taurica* Scylacis. His concinunt Herodoti ista verba: Τὸ δ' ἀπὸ τῆς Ταυρικῆς, ἤδη Σκύθαι τὰ κατύπερθε τῶν Ταύρων καὶ τὰ πρὸς θαλάσσης τῆς ἠοίης νέμονται, τοῦ τε Βοσπόρου τοῦ Κιμμερίου τὰ πρὸς ἑσπέρης. *Post Tauricam proxime habitant Scythæ loca Tauris superiora* (id est mediterranea), *et posita in conspectu orientalis maris, et occidentalis oræ Bosphori Cimmerii.* Sic habitabant Scythæ ipsa in regione nuper Chersoneso Taurica dicta.

432. Ἐν αὐτῇ] Supple χερρονήσῳ. Adhuc enim versatur in descriptione Tauricæ Chersonesi. Legendum foret alioqui, ἐν αὐτοῖς. *Vossius.*

Ego valde arbitror ἐν αὐτῇ delendum esse. Verborum series per se ipsam suspecta est; nam solet noster scribere καὶ πόλεις ἐν αὐτῇ ἑλληνίδες αἵδε, et post τὸ epidicticum αἵδε proxime sequuntur nomina urbium. Ni fallor, in margine semidoctus quidam scripsit de sequentibus *Theodesia*, *Cytæa*, *Nymphæa*, &c... ἐν αὐτῇ, id est, ἐν Ταυρικῇ, ideo quod timeret ne videretur Scylax has urbes *extra Tauricam* ponere. Nempe ille eodem errore laborabat, quo postea Vossius; jam enim extra Scylacis Tauricam sumus. Cf. supr. not. 426, 427, 431.

433. Vulgo Κύδαια] Lego Κύταια. *Vossius.*

De qua scholiast. Lycophronis scribit: Κύταια, πόλις Κολχίδος *(b)*.

434. Νυμφαία, Παντικάπαιον] Aliis est Νύμφαιον: sed crebro apud geographos istiusmodi occurrit diversitas; ut et etiam in sequenti vocabulo. Nam quod hic Παντικάπαιον vocat, aliis Παντικάπαια *(c)* quoque est. *Vossius.*

Scribitur Παντοκαπαῖον (ο pro ι) apud Theophrastum *(d)*; rarius Παντικάπη, quod exstat in Strabonis epitome *(e)*, ubi ipse Strabo usitata forma utitur, ut alibi epitome. *Panticape* tamen aliqui adferunt in Eutropio *(f)*. *Tzschuck.* ad Mel.

434. Μυρμήκειον] Malim Μυρμήκιον. *Vossius.*

(a) VII, pag. 308, A, B.
(b) Ad *Alex.* v. 174.
(c) Ptolem. III, 6.
(d) In *Hist. plantar.* IV, 17.
(e) VII, pag. 89, Huds.
(f) VII, S. 5.

Mavult Tzschuckius *(a)* Μυρμήκιον, quod ita rescribit ex Herodiano Stephanus *(b)*; adjicit Stephanus idem formam Μυρμηκία ex Artemidoro.

436. Νῆσός ἐστι, νῆσος δὲ ἐρήμη.] Libentissime ejicerem νῆσος δὲ, nisi viderem et alibi sic locutum esse Scylacem. *Vossius.*

Ego vero quum nusquam Scylacem ita locutum deprehenderim, illud omnino et τὸ ἐρήμη, rejicio. Imo liquet hæc adnotationis instar adscripta fuisse.

437. Λευκὴ, ἱερὰ τοῦ Ἀχιλλέως] De quo uberius disseruit Eustathius ad Dionys. *(c)*. Conf. *Raoul-Rochette*, in *Antiquités grecques du Bosphore (d)*, Canter. et Potter. ad Lycophr. 188, Tzschuck. ad Mel. II, not. exeg. pag. 365. De origine hujus adpellationis Λευκὴ, consule cl. Bœckh. ad Pindar. *(e)*.

438. Τὸ στόμα] De Bosphoro Cimmerio, et ejus latitudine vel longitudine, adi Strabonem, Eustathium *(f)*. Conf. Tzschuckium ad Melam *(g)*.

439. Ἥμισυ εἶναι τοῦ Πόντου] Multo majorem sibi hanc paludem finxit Herodotus *(h)*; Παρέχεται δὲ καὶ λίμνην ὁ Πόντος οὗτος, ἐκδιδοῦσαν ἐς ἑωυτὸν, οὐ πολλῷ τεῳ ἐλάσσω ἑωυτοῦ. Ἡ Μαιῆτίς τε καλέεται, καὶ μήτηρ τοῦ Πόντου. *Quinetiam Pontus hic paludem excipit in se, non multo se ipso minorem; quæ Mæetis adpellatur et mater Ponti.* Herodoti sententiam repetit Eustathius *(i)*; sed Scylacis verba ipsissima repetit auctor anonymus Peripli Pont. Euxin. *(k)*.

440. Vulgo Ἐν δὲ τῇ Μαιώτιδι λίμνῃ εὐθὺς εἰσπλέοντι στρᾶς εἰσὶν ἐπ' ἀριστρᾶς Σκύθαι] Legendus sic est hic locus, ut recte admonet Hœschelius: Ἐν δὲ τῇ Μαιώτιδι λίμνῃ εἰσπλέοντι, εἰσὶν ἐπ' ἀριστρᾶς Σκύθαι. Videtur enim incuria quadam exscriptorum iteratum fuisse vocabulum ἀριστρᾶς, atque id errori huic viam stravisse. *Vossius.*

Nescio cur εὐθὺς ex emendatione vossiana exciderit, dum Hœschelius ipse hanc vocem tuetur.

Ut ut sit, ego nequaquam εὐθὺς...... ἐπ' ἀριστρᾶς sic intelligam, ut priscus interpres: *In hanc paludem naviganti, sinistram versus* QUAMPRIMUM *obvii fiunt Scythæ.* Εὐθὺς *recti itineris* sensum hic habet, ut supra *(l)* παράπλους εὐθύς. Ceterum τὸ εὐθὺς εἰσπλέοντι, de recta navigatione quasi versus

(a) Ad Mel. lib. II, c. 1, §. 3, not. exeg. pag. 3.
(b) Ad voc.
(c) Ad v. 306, 541, 682.
(d) Pag. 20, 21; Paris, 1822, in-8.°
(e) Explic. ad Nem. IV, 49, p. 385, med.
(f) Ad Dionys. v. 549.
(g) Not. exeg. ad Mel. I, 19, p. 691.
(h) Lib. IV, cap. 86.
(i) Ad Dionys. v. 163.
(k) Init. pag. 133, ed. Gronov.
(l) Pag. 283. lin. 8.

Tanaim et imam paludis partem, intelligamus necesse est. Nam infra innuit Scylax totum litus paludis septentrionale, Sarmatis, scythica gente, usque ad Tanaim scatere. Series autem et junctura rerum non servaretur, si εὐθὺς εἰσπλέοντι... ἐπ' ἀριστερᾶς intellexeris, quasi Scythæ illi, id est, Sarmatæ, quærendi essent in orientali tantum litore Tauricæ Chersonesi.

441. Ἐκ τῆς ἔξω θαλάσσης] Singulare id prorsus et admiratione dignum, quod hic rumor ad Scylacis aures pervenerit, esse quoddam septentrionem versus mare externum, cujus litora incolebant Sarmatæ. Illud idem innuit Herodotus, IV, 13, quum, Aristæum secutus, Hyperboreos septentrionem versus κατήκοντας ἐπὶ θάλασσαν exprimit. Meminit etiam Callimachus hominum quorumdam,

> ..... Οἳ καθύπερθε βορείης
> οἰκία θινὸς ἔχουσι, (a)

Qui supra boreale litus domos habent. Et ibidem scholiastes: Θῖνα νῦν τὴν Ὠκεανοῦ ζώνην λέγει. Cf. etiam Melam *(b)*.

Erunt forsan, qui ἐκ τῆς ἔξω θαλάσσης apud nostrum intelligant, quasi Ponto Euxino responderet hoc *mare externum*. Sed verbum καθήκουσι non exprimit Scythiam sese extendere secundum maris litus, a Danubio usque Mæotim paludem, supra Tauricam; imo καθήκειν semper usurpatur de regione aut gente, quæ e mediterraneis partibus ad mare descendit. Contrarium male contendit Gronovius; cf. finem not. 124.

442. Ὑπὲρ τῆς Ταυρικῆς] Sic litora quædam erant Taurorum sedes, qua Sarmatæ ad Pontum pertingere non poterant; at contigui Sarmatæ paullum orientem et meridiem versus tendebant usque ad paludis oram, cujus septentrionalem partem tenebant. Sic de Thessalia noster dixit: Ἡ δὲ Θετταλία παρήκει ἐν μεσογείᾳ ὑπὲρ Αἰνιάνων, καὶ.., καὶ.. μέχρι Τεμπῶν.

443. Συρμάται] Forsan legendum Σαρμάται cum anonymi Periplo Ponti Euxini *(c)*, et ceteris.

444. Ὁρίζει Ἀσίαν] De Europæ et Asiæ terminis, conf. adnot. Tzschuckii ad Melam *(d)*.

445. Παράπλους ἁπάσης τῆς Εὐρώπης] Illud non ceu titulum ab ipso Scylace profectum habeo, sed margini oculorum

(a) In Delph. v. 282, ibi consule Spanhemii not.
(b) Lib. 1, cap. 19, §. 20.
(c) Init. pag. 134, ed. Gronov.
(d) Ad lib. 1, cap. 1, §. 6, not. exeg. pag. 51.

gratia adscriptum. Antiqui manuscripti uno tenore scribebantur, et nuper orta tot titulorum consuetudo.

446. Περιπλέοντι τοὺς κόλπους] Illud idem exprimit Strabo voce ἐγκολπίζοντι *(a)*. Cf. *Addenda*.

447. Vulgo Παρὰ γῆν λογιζόμενος σῶσαι] Lege λογιζομένοις. *Hæsch.* Sic emendavit hunc locum incomparabilis vir cl. Salmasius : Παρὰ γῆν λογισόμενος ὅσαι γεγραμμέναι εἰσὶ νύκτες, ἀντὶ τούτων ἡμέρας, ἢ ὅπου στάδιοι εἰσι γεγραμμένοι, ἀντὶ τῶν φ' σταδίων ἡμερῶν τὸν πλοῦν &c. *Vossius.*

Itane, ut tam belle procedat oratio græca περιπλέοντι... λογιζόμενος... γίνεται! Miror tamen nihil amplius adferri ab Vossio. Nam sequentia verba τῆς Εὐρώπης ὁ παράπλους penitus omittit in interpretatione. Immo est locus egregius, unde lucidissime colligitur et verissime, quam solitus fuerit Scylax grandioribus illis divisionibus interdum immiscere minores et magis singulares, cum titulo, qui materiam omnem in se contrahat. Id hoc loco clarissimum est, ubi voces Παράπλους πάσης τῆς Εὐρώπης considerandæ sunt pro titulo, nequaquam annexæ sequentibus, quæ incipiunt ab vocibus Ἀπὸ Ἡρακλείων στηλῶν &c. Tum scribendum λογιζομένῳ τε ὅσαι. Ex literis enim ω τε ο commutatæ et confectæ sunt ος σω. Sic, nisi fallor, omnia sunt liquida et aperta. Ceterum id quod statuo, patet quoque ex loco superiore in pagina 66 (280), ubi plane non ambigo, quin ita scripserit Scylax. Καὶ ἄλλος Κυπασις. ΙΜΒΡΟΣ ΚΑΙ ΛΗΜΝΟΣ. Κατὰ τὸν Μέλανα κόλπον Ἴμβρος ἐστὶ νῆσος καὶ πόλις, καὶ Λῆμνος &c. *Gronovius.*

Totam Salmasii emendationem sequor, nec ἀπορέω cum Gronovio, quod λογιζόμενος non habeat quo referatur. Illud est *anacoluthia*, nominativusque casus absolute usurpatus. De quo dicendi genere, adi Fischerum ad Weller. *(b)*. Ceterum non idem est, qui λογίζεται et qui περιπλέει; atque *ad auctorem* ipsum, dierum et noctium seriem secum reputantem, τὸ λογιζόμενος referamus necesse est.

448. Vulgo Γαγραμμένοι] Rescribe γεγραμμένοι. *Hæschelius.* Mox forsan mutand. παράπλους in περίπλους, ut in re simili legitur §. 105, p. 305, fin.

449. Τοῦ Πόντου ὄντος ἴσου] Hæc supervacua et perturbationem adferentia videntur. Sed operæ pretium est considerare, longitudinem paludis Mæotidos, Scylaci Herodotoque non

(a) Lib. IX, pag. 443 (pag. 696, lin. 6).

(b) III, a, pag. 347, 348, et Matthiæ Gramm. §. 310 et 562.

nisi per rumores æstimatam fuisse; nihilque aliud agere potuisse Scylacem, ut summam dierum computaret, quam pro dimidia Ponti parte Mæotidis paludis iter æstimare.

450. Ἡμερῶν ρνγʹ] Ex ipsius Scylacis subputationibus non 153, sed 147 circiter dies reperio. Nempe quum misceat noster mensuras tum stadiis, tum diebus navigationis datas, collegi ab initio Europæ usque Bosporum Cimmericum 125 dies (noctes diebus adscribendo, quod Scylax vult); stadia vero 4860, quæ circiter respondent diebus novem, 500 stadia una complectente die. Habemus jam 134 dies. Adjicit noster paludem Mæotidem dimidiam esse Ponti Euxini : atqui Ponti præternavigatio ex ipso Scylace est dierum 25 ; atqui duodecim dies et dimidia, 134 diebus addantur necesse est, unde summa erit 146 dierum et dimidiæ. Sed hæc summa parum recedit ab altera quam ipse Scylax exprimit, quum nonnullæ regiones careant numerata præternavigatione, ut *Achaia*, *Thessalia*, *Magnesia (a)*. Dies sex, qui desunt, facile adessent, si ubique intervalla darentur.

451. Ἀσία] De *Asiæ* nomine ipso conf. adnotat. Tzschuckii ad Melam *(b)*.

452. Ἡ Ἀσία Σαυρομάται] Vocem Σαυρομάται puto suprascribendam esse novo tmemati : sequens autem particula καί, delenda est. *Vossius*.

Delendum τὸ Σαυρομάται, sed servandum est καί.

453. Σαυρομάται] Apollonii scholiastes *(c)* : Περιοικοῦσι δὲ τὴν Μαιῶτιν οἱ Σαρμάται. Cf. anonymi Peripl. Pont. Eux. *(d)* et Strabonem *(e)*.

454. Γυναικοκρατούμενοι] Eorum Pomponius *(f)* meminit his verbis : *Primi Mæotici* Γυναικοκρατούμενοι. Quam gentem noster a Mæoticis infra distinguit ; at ambos confundit Mela. Γυναικοκρατουμένων meminit quoque Scymnus Chius *(g)*. Hæc forsan adludunt celeberrimo Amazonum hac in regione imperio, et mulierum ibi fortitudini. Cf. Nicolaum Damasc. *(h)*, cujus hæc verba sunt : Μάχιμοι δ' οὐχ ἧττον αὐτῶν (Σκυθῶν) αἱ γυναῖκες ἢ οἱ ἄνδρες, καὶ συμπολεμοῦσιν αὐτοῖς ὅτ' ἂν δέῃ, καὶ διὰ τοῦτο Ἀμαζόνας γενναιοτάτας εἶναι (λέγουσι). Cf. Plat. *de Leg.* *(i)*; Appian. *de Bell. Mithr.* p. 242; Plutarch. *vit. Pomp.* c. 34, Hutt.

(a) §. 64, 65, 66 ; pag. 275, 276.
(b) Ad lib. I, cap. 2, §. I, Not. exeg. pag. 52, sqq.
(c) Lib. II, v. 399.
(d) Pag. 134, Gronov.
(e) Lib. II, pag. 129 (pag. 191, C).
(f) Lib. I, cap. 19, §. 19.
(g) *Fragment.* v. 147.
(h) Ap. Stobæum, tit. V, περὶ Σωφροσύνης, §. 73, tom. I, pag. 165, ed. Gaisford.
(i) Lib. VII, pag. 804, fin. ed. Steph.

455. Μαιῶται] Ἰαξαμάται dicti in anonymi Periplo Ponti Euxini *(a)*.

456. Σιντοί] Diversi hi sunt a Sintiis Thraciæ, quos Sapas etiam appellant. Stephanus : Σάπαι, ἔθνος Θρᾴκης. Λέγονται Σαπαῖοι καὶ Σίντιοι. Sic legendum. Sindi vero iidem sunt ac Sintii. Hesychius : Σίνδοι, ἔθνος Ἰνδικόν. Ἔστι δὲ πόλις ἐκεῖ Σινδικὸς λιμὴν λεγομένη. Pro Ἰνδικόν scribendum Σινδικόν. Quod ipsum mendum apud eundem, cum scribit : Κερκέται, ἔθνος Ἰνδικόν, pro Σινδικόν. Alibi etiam recenset civitatem Βόσπορον τῆς Ἰνδικῆς : ubi similiter legendum est Σινδικῆς. Pariter peccatum in Ἀσπουργία, Ἰξιβάται, et aliis in locis. Etiam apud alios is error propagatus est. Herodotus lib. IV *(b)* : Ἐς δὲ Θεμισκύρην τὴν ἐπὶ Θερμώδοντι ποταμῷ ἐκ τῆς Ἰνδικῆς (κατὰ τοῦτο γάρ ἐστι τοῦ Πόντου εὐρύτατον) τριῶν τε ἡμερέων καὶ δύο νυκτῶν πλόος. Ubi interpretes legunt, ἐκ τῆς Σκυθικῆς. Male. Legendum Σινδικῆς. Posterioris tamen ætatis Græci Sindicam videntur appellasse Indicam. Quare nec magnopere cum quoquam contenderim, qui apud Stephanum, et Hesychium, Indicos retineat. Antiquiores tamen omnes unanimi consensu Sindos et Sindicam vocant : ut saltem dubium non sit, quin et ita Herodotus scripserit. Recentiores vero eam regionem etiam Indiam appellasse, ostendit Socrates, *Hist. ecclesiasticæ* lib. I, cap. 15. Ἡνίκα οἱ ἀπόστολοι κλήρῳ τὴν εἰς τὰ ἔθνη πορείαν ἐποιοῦντο, Θωμᾶς μὲν, τὴν Πάρθων ἀποστολὴν ὑπεδέχετο· Ματθαῖος δέ [lege Ματθίας] τὴν Αἰθιοπίαν· Βαρθολομαῖος δὲ ἐκληροῦτο τὴν συνημμένην ταύτῃ Ἰνδίαν τὴν ἐνδοτέρω, ἣν προσοικεῖ βαρβάρων ἔθνη πολλὰ, διαφόροις χρώμενα γλώσσαις. Non assentio iis, qui id capiunt de Indis orientalibus ; licet ea apud omnes recepta sit opinio, ut qui credant, Bartholomæum in Indiam venisse, non vero in hanc Sindicam. Vereor et ne æque fallantur, qui putant, Andream, fratrem Simonis Petri, et Matthiam, ad christianam religionem propagandam profectos esse in Æthiopiam illam magnam, quam hodie Abasenam dicunt. Longe mihi verisimilius fit, pervenisse illos in Æthiopiam Ponticam, quæ in Colchorum est regione, et Sindicæ, sive Indiæ, contermina est. Liquet id ex Hieronymi catalogo scriptorum ecclesiasticorum, cujus verba adscribam : *Andreas, frater Simonis Petri, ut majores nostri prodiderunt, Scythis, et Sogdianis, et Saccis, prædicavit Evangelium Domini nostri Jesu Christi, et in Augusta civitate prædicavit, quæ cogno-*

(a) Loc cit.

(b) Cap. 86. Cf. ibi Wessel.

minatur Magna, ubi est irruptio Apsari, et Phasis fluvius: illic incolunt Æthiopes interiores. Et post: *Matthias, cum unus esset e numero septuaginta, allectus in ordinem undecim Apostolorum, in locum Judæ Iscariotæ, qui fuit proditor, in altera Æthiopia, ubi est irruptio Apsari, et Hyssi portus, prædicavit Evangelium, cum essent homines agrestes.* Recte itaque Socrates interiorem Indiam Æthiopiæ interiori vicinam facit, cum ambæ sint ad Pontum, sibique conterminæ. Falsi vero sunt, qui credunt, Andream et Matthiam Apostolos in Æthiopia sub Ægypto Evangelium prædicasse, aut qui Bartholomæum ad Indos Orientales concessisse credunt. Quæ tamen opinio non tantum apud Europæos obtinet, sed etiam ad Indos, et Æthiopas, propagata est. Hanc Ponticam Æthiopiam nonnulli inter veteres Libyam appellarunt. Sane id facit Palæphatus apud Harpocrationem *(a)* ὁ Παλαίφατος δ' ἐν ἑβδόμῃ Τρωϊκῶν, ἐν τῇ Λιβύῃ (olim legebatur Λιγύῃ) φησὶν ὑπεράνω Κόλχων οἰκεῖν τοὺς Μακροκεφάλους. Vide quoque Suidam in voce Μακροκέφαλοι, ubi id ipsum reperies. Nihil igitur mutandum. Forte hi Libyes sunt, quos eo deductos a Nabucodrosoro videtur significare Megasthenes, cum inquit: Ναβουκοδρόσορον Ἡρακλέος ἀλκιμώτερον γεγονότα ἐπί τε Λιβύην καὶ Ἰβηρίην στρατεῦσαι, ταύτας δὲ χειρωσάμενον ἀποδασμὸν αὐτέων εἰς τὰ δεξιὰ τοῦ Πόντου κατοικίσαι. Ad quæ verba Scaliger: *In Ægyptum expeditionem fecisse, diserte constat ex* XXIX, XVIII, *Ezechielis. Inde in Libyam transisse non inviti credimus. Sed de Iberia dubitamus, nisi sit Iberia ad partes Ponti Euxini. Quod quidem sequentia probant, in quibus dicitur, devictarum nationum colonias ad dexteriora Ponti deportatas.* Imo sequentia contrarium testantur. Juxta enim Megasthenem, Iberes illi Asiatici sunt Europæorum Iberorum coloni. Nulli igitur ante in Asia Iberi, cum quibus bellum potuerit gerere Nabuchodonosorus. Vel si fuere, fuerunt ad dexteram Ponti. Nihil itaque fecerit Nabuchodonosorus, si eos ad dexteriora Ponti deduxerit, quando et antea ibi fuerint. *Vossius.*

Quum supra dicit Vossius, *pariter peccatum apud Stephanum in* Ἀσκερουσία, vix est ut illud admitti possit, quum huic lectioni adversari videatur Eustathius *(b)*, ut observavit cl. Wormius *(c)*. *Hudson.*

(a) Voc. Μακροκέφαλοι.
(b) Ad *Iliad.* II, pag. 332, ed. Rom.
(c) Dissert. II, *de Corrupt. antiq. Hebr.* pag. 86.

Pro Σιντοί rescribe Σινδοί, quod satis reposcit proximus Σινδικὸς λιμήν, ut jam vidit *de la Martinière* (a).

Perdubia res erit, si Sindorum Colchicorum originem extrudere volueris. Erunt qui Sindos nostros et Phœniciæ Sidonios (b), ex India et Sindo fluvio ortum ac nomen ducere credant; sive quod vario itinere coloniæ plures, variisque temporibus ab India in Colchicam et in Phœniciam migraverint, sive quod Sesostris, Asiæ totius domitor, coloniam Phœnicum ultra Phasim reliquerit. Verumenimvero suspicari etiam licet vocum similitudinem intra orientalem Sindicam et Colchicos Sindos, fortuitam esse: adpellabantur enim Sindi nostri etiam οἱ Σιγχοί, teste Eustathio (c), *Sinchi* apud Ammian. Marcell. (p. 314, ed. Paris. 1681), voce forsan barbara. Pomponio (d) *Sindones* dicuntur. Ceterum de Socratis loco supra laudato, et sequentibus, libenter Vossio adsentior.

Hic obiter Apollonii scholiastæ errorem notabimus: quippe qui, quum Sindos laudaverit, *apud quos in duplicem amnem dividebatur Danubius* (e), eosdem ex Hellanico paullo infra describat *ceu Paludis Mæotidis incolas* (f). Scilicet ille scholiastes duas prorsus gentes male confundit (g).

De vera positione accentus in voce Σινδοί, adi eumdem scholiastam (h).

457. Εἰς τὸ ἔξω τῆς λ.] Id est, usque ad litora quæ Pontus, nec vero Palus Mæotica, adluit.

458. Φαναγόρου πόλις] Distinguit Scymnus Chius (i) Φαναγόρου πόλιν, et Φαναγόρειαν, urbem insularem. Cf. Voss. ad anonymi Peripl. Ponti Eux. (k) et Vales. ad Amm. Marc. p. 242.

459. Σινδικὸς λιμήν] Scymnus idem (l).

.... καὶ Σινδικὸς λιμὴν, ἔχων οἰκήτορας
Ἕλληνας, ἀπὸ τῶν ἐγγὺς ἥκοντας τόπων.

Cujus portus meminit etiam Hesychius (m). Cf. etiam adnot. Vossii ad anonymi Peripl. Ponti Euxini (n).

460. Πάπυς] Hunc locum Strabo lib. XI (o), adpellat, τὰ Βάτα. Sæpissime enim confunduntur Π et Β: ut Βρετανία,

(a) *Dictionn. géogr.* voc. *Sinti*.
(b) Conf. not. 624.
(c) Ad Dionys. v. 680.
(d) Lib. I, cap. 19, §. 14.
(e) In lib. IV, vs. 321.
(f) *Ibid.* ad vs. 322.
(g) Conf. supr. not. 80, pag. 352.
(h) Loc. supr. cit.
(i) Scymni Chii *Fragment.* v. 151, 152.
(k) Pag. 135, ed. Gronov.
(l) *Fragment.* v. 154, pag. 52, Hudson.
(m) Voc. Σινδοί.
(n) Pag. 135, Gronov.
(o) Pag. 496 (pag. 759, C).

Πρετανία; Ἀμβρανία, Ἀμπρανία; Ναβαταῖοι, Ναπαταῖοι; et sexcentis talibus. Hujus quoque urbis Ptolemæus meminit, cujus verba sic legenda : Μετὰ τὴν Κορακονδάμην ἐν τῷ Πόντῳ πόλιν, ... Βάτα πόλις (a), Ψύχρου ποταμοῦ ἐκβολαί. *Vossius.*

Equidem appropinquant admodum literæ et totidem syllabæ. An etiam situs conveniat, dubito, nec jam exigendi opera est. Sed utique ad Scylacem maxime facit locus Plinii lib. VI, cap. 6. *Cepi Milesiorum, mox Stratoclia, et Phanagoria, et pæne desertum Apaturos.* In qua postrema voce cernis omnes easdem literas, ejusque appellationis ratio constat ex Strabone, qui licet pro fano tantum habeat, Plinius in urbis numerum redigit, ut etiam diu post geographus Ravennas, cui dicitur *Appatura. Gronovius.*

461. Τορετικός] Ptolemæus recenset ἄκραν Ταρετικήν. *Vossius.*

462. Ἀχαιοὶ ἔθνος] Orchomeniorum hos esse colonos nonnulli arbitrati sunt; ut testatur Strabo *(b)* Græcos saltem esse, vel nomen ipsum satis testatur. Rufus Festus *(c)* :

> . . . . Indeque Achæi :
> Ab Xanthi ripis atque Idæo Simoënte,
> Inter chauri crepassent scruposas convallis
> Transvexere larem.

Versum illum corruptissimum sic emenda, *Inter chauricrepas, et scrupos:s convalles. Vossius.*

Achæos ex Troja capta huc deducit Ammian. Marcell. pag. 313, ed. 1681.

463. Ἡνιόχους] De hac gente et aliis circumjacentibus adi Tzschuckii not. exeget. ad Melam *(d)*.

464. Vulgo Κωρικὴ ἔθνος] Puto legendum, Κωλική, et Κωλικήν. Idque auctore Stephano : Κῶλοι, ἔθνος πρὸς τῷ Καυκάσῳ· ἡ χώρη Κωλική. Vicinam fuisse Coraxis gentem, alibi testatur; Κοραξοὶ, ἔθνος Κόλχων, πλησίον Κώλων. *Vossius.*

465. Vulgo Αἰγύπλιος] Cod. Herv. Αἰγίπιος. *Hæschelius.*

466. Γελωνοί sic rescrib. in textu.] Gelonos Asiaticos habet Ἀργοναυτικόν id, quod sub Orphei nomine prodit *(e)* :

> Καί ῥα πανημερίησι πονεύμενοι εἰρεσίῃσιν,
> Μαιώτας πρώτους ἀφικάνομεν ἀβροχίτωνας·
> Ἠδὲ Γελωνὸν ἔθνος, Βαθυχαίτων τ' ἄπλετα φῦλα. *Vossius.*

(a) V, 9. Vulgo Βέρα λιμήν.
(b) Pag. 416 (pag. 637 A).
(c) *Descript. orb.* vs. 867, sqq. Conf. ibi Wernsdorf. pag. 823.
(d) Ad lib. 1, pag. 626.
(e) Vs. 1062. sqq. ed. Hermann.

De Gelonibus generatim confer Herodotum *(a)*, a quo Pomponius *(b)* hausit hæc sua verba : *Budini Gelonon, urbem ligneam, habitant.*

467. Κολχοί] Eorum nomen recentius esse Λαζοί, ait Agathias scholasticus *(c)*, his verbis : Οἱ δὲ Λαζοὶ, Κόλχοι τὸ παλαιὸν ὠνομάζοντο. Et alibi *(d)* : . . . Οἱ Λαζοὶ, καὶ μεγίστων ἄλλων κρατοῦσι, τῷ τε παλαιῷ τῶν Κόλχων ὀνόματι βρενθυόμενοι. Idem scribit Lycophronis scholiastes *(e)*, imo hanc gentem adpellat Ἰνδικοὺς Σκύθας.

468. Vulgo Διοσκουρίς] Lege Διοσκουρίας ; ut omnes. *Vossius.*

De qua Pomponius hæc : *Dioscurias, a Castore et Polluce, Pontum cum Jasone ingressis.*

469. Καὶ Γυηνός] Forte legendum est Τυηνίς utrobique, ex Stephano : Τυηνίς, πόλις Κόλχων, ἀπὸ Τυηνίδος ποταμοῦ. Nisi mavelis Πυῆνις. Stephanus : Πυῆνις, πόλις Κόλχων· τὸ ἐθνικὸν Πυηνίτης. *Vossius.*

Forsan inde, corrupto nomine, flumen Ptolemæi *Cyaneus.*

470. Χερόβιος] Forte Χῶβος, ex Arriano *(f)*, aliisque. *Vossius.*

Potius crediderim subesse *Chobi* nomen sequenti voci Χόρσος. De quo vide infra.

471. Χόρσος] Forte Χάρισλος, ut vocat Arrianus. *Vossius.*

Non Χάρισλον, sed Χαρίεντα ποταμὸν hic laudat Arrianus *(g)*. Ceterum ego malim amnem in τῷ Κόρσος dignoscere τὸν Κῶβος Arriani, et in τῷ Ἄρειος, τὸ Χαρίεις, quod expresse series rerum in utroque auctore poscit.

472. Εἰς πόλιν Μάλην] *Malam* urbem in Colchis non novi, in qua Medea nota sit. Scribo itaque, εἰς πόλιν Κυταίαν. Cytas enim sive Cytæam, patriam Medeæ faciunt omnes. Stephanus : Κύται, πόλις Κολχική, πατρὶς Μηδείας. Unde crebro poetæ Medeam vocant Cyteïda virginem, quod notissimum. *Vossius.*

Credo ignotam Vossio fuisse tali nomine urbem in Colchis : sed pro ea suspicari Κυταίαν omnino insanum est. Plane patet illud ΜΑΛΗΝ inolevisse pro ΑΙΑΙΗΝ. Ææa enim vel Æa urbs interior Colchorum, et quidem trecentis stadiis a mari apud Stephanum, circumflua fluviis, unde

(a) Lib. IV, cap. 108.
(b) Lib. I, cap. 19, §. 19.
(c) *De Reb. gest. Justinian.* lib. II, p. 55, C, Paris. 1660.
(d) Pag. 76, C.
(e) Ad *Alex.* v. 174, p. 23, col. A, l. 5.
(f) In *Peripl. Ponti Eux.* pag. 10, Huds.
(g) *Ibid.*

Αἰαίης νήσου dicit Apollonius Rhod. III, 1073, ubi scholiastes : Νῆσος ἐν τῷ Φάσιδί ἐστιν ἡ Αἰαία, ἐν ᾗ τὸ δέρμα ἔκειτο. Αὕτη δέ ἐστι Κόλχων μητρόπολις, ut cognoscas, unde μεγάλην Scylax dixerit. *Gronovius.* (Cf. *Addenda.*)

473. Ῥὶς ποταμός] In Arriano unum tantummodo flumen reperitur intra *Phasim* et *Isim*, Μῶγρος scilicet, quod minime cadit in similitudinem τοῦ Ῥίς. Ergo suspicor hanc voculam ῥὶς habendam esse pro iterata scriptura sequentis vocis Ἴρις, et delendam *(a)*. Sic *Mogrum* prætermisit noster, quippe qui ceterum non tot fluvios hic numeraverit, quot Arrianus. Scylax enim proximum *Isi Apsarum* nominat; Arrianus vero inter utrumque tres amnes numeravit, *Acinasim*, *Bathym* et *Acampsim (b)*.

474. Vulgo Ἴρις ποταμός] Lege Ἶσις, ut est apud Arrianum *(c)*. Plinius lib. VI, cap. 4. *Flumina Acampsis, Isis, Mogrus, Bathys.* Sic legendus est ille locus, non ut vulgo : *Flumina Campseonisis, Nogrus, Bathys. Vossius.*

Hic perturbat Plinius seriem locorum, quæ in Arriano reperitur. Habet Amm. Marcell. (XXII, 8, p. 240) *Iris.*

475. Vulgo Βύσηρες] Scribe Βύζηρες. Stephanus : Βύζηρες, ἔθνος ἐν τῷ Πόντῳ· ἔστι καὶ Βυζηρικὸς λιμήν. Item alibi in voce Χοῖ, ex Hecatæo : Χοῖσι δ' ὁμουρέουσι πρὸς ἥλιον ἀνίσχοντα, Βύζηρες. Non Δίζηρες, ut vulgo. *Vossius.*

Clarius distinguit *Dionysius (d)* Colchicæ regionis terminos, et Ponticæ initium, his verbis :

> Φράζεο δ' ἐκ Κόλχων καὶ Φάσιδος ἐς δύσιν ἤδη,
> Εὐξείνου παρὰ χεῖλος, ἐπιλαδὸν ἔθνεα Πόντου·
> Βύζηρές τοι πρῶτα, καὶ ἀγχόθι φῦλα Βεχείρων.

Id est : *Observa autem a Colchis et Phaside ad occasum proxime, Euxini juxta labrum* (litus), *turmatim* (esse) *gentes Ponti.... Byzeres tibi primum, ac prope* (illos) *gentes Bechirum.* Ad quæ vide Eustathium. Βυζήρων etiam meminerunt Strabo *(e)*, Apollonius *(f)* Pliniusque *(g)*.

476. Ἐκεχειριεῖς] Suspecta lectio. *Vossius.*

Quod nomen, meo judicio, non mendosum; sed gentem quamdam veterem *(h)* significare videtur ejusdem originis

(a) Conf. supr. not. 87, pag. 355.
(b) In *Peripl. Ponti Euxini*, pag. 7, Huds.
(c) Loc. cit. pag. 7, fin.
(d) Vs. 762, sq.
(e) Lib. XII, pag. 549 (pag. 828, A).
(f) *Argonaut.* lib. III, v. 398.
(g) Lib. VI, cap. 4.
(h) Conf. supr. dedicat. Gronov. p. 159, med.

ac Bechiros, mutato paullulum nomine, distinguendi gratia. Ceterum nulla apud reliquos fit mentio Ecechirium, præter anonymum Peripli Ponti Euxini auctorem *(a)*. Legitur in ms. Ἐχχειελεῖς; rescripsit Hudsonius Ἐκεχειελιεῖς ex ipso Scylace.

477. Πορδανίς] Forte scribendum, ποταμὸς Πρύτανις, ἢ Ἄρχαβις ποταμός. Ita habet Arrianus; nisi is mendosus sit, et pro Ἄρχαβις legendum Ἄρκαδις, ut habet Ptolemæus. Sed prius malim. Ita enim et Ammianus Marcellinus. *Vossius.*

Ibi est ap. Amm. Marc. fluvius *Arcadius (b)*.

478. Λίμνη πόλις]. Ptolomæo videtur esse Ξυλίνη πόλις. *Vossius.*

479. Ὠδεινιός] Certe hæc vocabula Ὠδεινιός et Λίμνη et Ἀρχαβίς, notari videntur ab geographo Ravennate in libro V, *Gadinio, Athenas, Arcabis.* Ut Λίμνη videatur extitisse pro Ἀπίνη vel Ἀθήνη. *Gronovius.*

480. Βέχειροι] Alter codex legit Βεχειρική. *Vossius.*

Proponit Hœschelius Βέχειρες, ideo quod infra reperiatur Βέχειρας cum accus. casu. Sed primum, quæ sit optanda forma Βέχειρες, an Βέχειροι, non liquet : imo et reperitur in Avieno *(c)* eadem varietas. De quo adi Tzschuckium ad Melam *(d)*.

Supr. pro μετὰ Ἐκεχειριεῖς rescripsit Hœschel. μετὰ δὲ Ἐκεχ.

481. Vulgo Βεχειράς] Βεχειρίς, vel Βεχειριάς. Ita Salmasius. *Vossius.*

482. Μακροκέφαλοι] Illos Μάκρωνες dicit Xenophon *(e)*; pariterque Dionysius *(f)*. Quos eosdem esse credit doctiss. *Coray (g)*, ac Strabonis *(h)* Μακροπώγωνας. Gens postea *Sanni* adpellata. Cf. Strabon. *(i)*, Eustathium *(k)* Stephanumque.

Gentium barbariem illud commune notare solet, quod nigra et incomta cæsarie horridi fuerint. Sic diffusi crines magnitudinem capitis imitantur. Forsan quoque adludit hoc nomen usitatæ apud Barbaros quosdam consuetudini frontis in infantibus premendi. Cf. *Coray, Notes sur le Traité des eaux.....d'Hippocrate*, §. 81, tom. II, p. 224. Macrocephalorum meminit quoque Apollonii scholiastes *(l)*, sed ut aliam vocis Μάκρωνες originem adferat : Μακριέων (sic

(a) Sub finem, pag. 16, tom. III, ed. Huds.

(b) XXII, 8, p. 240, Lugd. Bat.

(c) *Perieg.* v. 945.

(d) Not. critic. ad lib. I, pag. 613.

(e) *Expedit. Cyr.* lib. IV, cap. 8, init.

(f) V. 766.

(g) *Traduct. franç. de Strabon*, tom. IV, 2.ᵉ part. pag. 41.

(h) Lib. XI, pag. 492 (pag. 754, init.).

(i) Lib. XII, pag. 548 (pag. 825, B).

(k) Ad Dionys. v. 766.

(l) Ad *Argonaut.* lib. I, v. 1112; lib. I, v. 1024; lib. II, v. 396.

enim scribit Apollonius) τῶν καλεμένων Μακρώνων, οἵ εἰσιν ἄποικοι Εὐβοέων, ἀφ' οὗ καὶ Μάκρωνες ἐκλήθησαν. Καὶ Μάκρις γὰρ ἡ Εὔβοια ἐκαλεῖτο; sed ipse adjicit infra idem scholiastes: Ἄλλοι δὲ Μάκρωνας αὐτούς φασι λέγεσθαι διὰ τὸ πλείστους εἶναι παρ' αὐτοῖς Μακροκεφάλους, ὥσπερ παρὰ τοῖς Πέρσαις χρυσούς.

483. Vulgo Μοσαυνικοί] Legendum Μοσσύνοικοι, vel Μοσσυνοί. *Vossius.*

Hujus nominis rationem reddit Strabo *(a)* his verbis: Τινὲς δὲ καὶ ἐπὶ δένδρεσιν, ἢ πυργίοις οἰκοῦσι· διὸ δὲ Μοσσυνοίκους ἐκάλουν οἱ παλαιοί, τῶν πύργων μοσσύνων λεγομένων. Quos sic describit Dionysius *(b)*: Μάκρωνες, Φίλυρές τε καὶ οἳ μόσσυνας ἔχουσι δουρατέους. Quam alteram gentem *Philyras*, pro Mosynœcorum parte aliqua habuerim, nisi Stephanus eos memorasset, et inprimis Apollonius, qui distincte Tibarenos *(c)*, Mosynœcos *(d)*, Philyras *(e)*, Macronesque *(f)* enumeravit. Laudat quoque Ovidius *(g) Philyreia tecta*, quod tantum gentem Mosynœcorum generatim referre videtur. At Philyrum genti locum proprium Apollonius fere in conspectu insulæ *(h)* cujusdam tribuit. Ceterum uberius et clarius Mossynœcorum nominis significationem adfert Apollonius *(i)*. Cujus adde ibi scholiastam. Meminit persæpe hujus gentis Xenophon in Anabasi *(k)*, et meminisse videtur Aristoteles *(l)*, quum excellentiam prædicat σιδήρου Χαλυβικοῦ καὶ τοῦ Μυσικοῦ. Alii scribunt Ἀμισηνοῦ, Beckm. Μισηνοῦ; sed rescribendum ego censeo Μοσσυνικοῦ, ex libri ejusd. §. 63, vel Μοσσυνοικικοῦ.

484. Ζεφύριος λιμήν] Meminit hujus quoque portus Arrianus *(m)*. *Vossius.*

485. Χοιράδες, πόλις ἑλληνίς] Stephanus: Χοιράδες, πόλις Μοσσυνοίκων. Ἑκαταῖος Εὐρώπῃ· Τιβαρηνοῖσι δὲ πρὸς ἥλιον ἀνίσχοντα Μοσσύνοικοι ὁμουρέουσι· ἐν δὲ αὐτοῖσι Χοιράδες πόλις. Sic enim legendus locus iste. *Vossius.*

486. Vulgo Μοσινούς] Repone Μοσσυνούς. Sic quoque eos adpellat Nicolaus Damascenus in libello de moribus apud Stobæum *(n)*. De iisdem Pomponius lib. 1, cap. 19 *(o)*. *Ultra (Carambin) Mossynœci turres ligneas subeunt, notis corpus*

(a) Lib. XII, pag. 549.
(b) Vs. 766.
(c) Lib. II, v. 377.
(d) *Ibid.* v. 379.
(e) *Ibid.* v. 395.
(f) *Ibid.* v. 396.
(g) *Metamorph.* lib. VII, vs. 352.
(h) Huic insulæ procul dubio adludit ille, his verbis (lib. II, v. 1235): Φιλυρηΐδα νῆσον ἔμειβον.
(i) Lib. II, v. 379 - 383. *Ibid.* v. 1018.
(k) *Anabas.* lib. V, cap. 4, §. 2, et infra pass.
(l) *De Mirab. Auscult.* pag. 1153, E; Lutet. 1519, §. 49, ed. Beckm.
(m) Loc. cit. pag. 15.
(n) Tom. II, pag. 225, ed. Gaisf.
(o) §. 10, ed. Tzschuck.

omne persignant, propatulo vescuntur, promiscue concumbunt: Et palam reges suffragio deligunt, &c. Sic rescripsit Hermolaus Barbarus; eumque temere secutus Pintianus, et Scottus, cum antea legeretur *Mossyni*. Utrumque enim dicitur. Sequentia verba Pomponii sic rescribe : *Promiscue concumbunt, et palam. Reges suffragio deligunt*. Hanc emendationem firmat Diodorus Siculus libro XIV *(a)*, de Mossyncecis agens : Βαρβαρώτατον δ' ἔφασαν οἱ στρατεύσαντες τοῦτο διεληλυθέναι τὸ ἔθνος, καὶ ταῖς μὲν γυναιξὶν αὐτοὺς πλησιάζειν ἁπάντων ὁρώντων. Nihil sane miri dixisset Pomponius, si scripsisset, reges ab iis palam suffragio deligi. Apud Valerium quoque Flaccum libro V *(b)*. Male emendarunt *Mossynœci*, cum antea legeretur *Mossynichi*.

> Vos quoque non notæ mirati vela carinæ
> Mossynichi : vos et stabulis Macrones ab altis,
> Byzeresque vagi, &c.

Hic pro *Mossynichi* scribe *Mossyni*. Male namque medentur huic loco, qui ita rescribunt :

> Mossynœci : vos stabulis Macrones ab altis,

etsi in pluribus sic codicibus legatur, sed inepte. *Vossius*.

Rescribo Μοσσυνοίκους, eadem forma ac supra.

487. Τιβαρηνοί] Apollonius *(c)* etiam Tibarenos Chalybum regioni proximos depingit; et ejus scholiastæ verba sunt : Καὶ Τιβαρηνοὶ ἔθνος Σκυθικόν, πλησιόχωροι Χαλύβων. Singularia de Tibarenorum ingenio et moribus tradit idem scholiastes *(d)* : Τιβαρηνοί, ἔθνος Σκυθίας. Οὗτοι δικαιότατοι λέγονται. Καὶ οὐδέ ποτε μάχην τινὶ συνέβαλον, εἰ μὴ πρότερον καταγγείλαιεν καὶ ἡμέραν, καὶ τόπον, καὶ ὥραν τῆς μάχης. *Justissimi illi dicuntur; et nunquam prælium inierunt, quin et diem, et locum, et horam pugnandi prænuntiaverint*. Eadem, si ex moribus concludere licet, gens est illa, quæ *Cimbri* aliis dicta, in Galliam Italiamque invasit, et cladem apud Vercellas a Mario accepit, postquam de loco et die inter illos conventum fuerit.

488. Χάλυβες] Illis scythicam originem tribuunt Apollonius *(e)* et ejus scholiastes *(f)*, Æschyli *(g)* Lycophro-

(a) Cap. 30, fin.
(b) Vs. 152.
(c) Lib. II, v. 377.
(d) Ibid. v. 1012.
(e) *Argonaut.* lib. I, v. 1323.
(f) Ad loc. cit. et lib. II, v. 377.
(g) Ad *Septem contra Thebas*, v. 713, ed. Schütz (v. 725, ed. Blomfield).

nisque (a) schol. De quibus uberrime Tzschuckius (b). Adde quod ferri hac in regione excellentiam valde prædicaverit Aristoteles (c), et hujus præstantiæ rationem diligenter reddiderit. Confer etiam Euripidis scholiastam (d). Ceterum non forma tantum χάλυψ apud veteres reperitur, sed etiam χάλυβος, ut apud Æschylum (e), Euripidem (f) et Stephanum Byz. (g).

489. Vulgo Γενέσης] Lege Γενήτης λιμὴν κλειστός. Stephanus: Γενήτης, λιμὴν καὶ ποταμός &c. Quod jam observatum est Salmasio. *Vossius.*

490. Ἀσιτεία] Arbitror scribendum Ἰασώνιον, pro Ἀσίνεια, cujus meminit Arriani epitomator in Periplo Ponti, et Ptolomæus. Videsis quoque de hoc Strabonem (h). Pro ἀκρόπολις vero, quod hic locum non habet, lege, ἄκρα καὶ πόλις. *Vossius.*

491. ΑΣΣΥΡΙΑ] Hic titulus interponitur ab Hœschelio, et minime in utroque cod. reperitur. Cf. not. 500.

492. Μετὰ δὲ Χάλυβας] De Chalybum terminis, hujus Peripli antiquitatem testantibus, adi Præfat. nostram in Scylacem (i).

493. Ἀσσυρία] Confer Herodotum (k). Meminit quoque Apollonius (l) hujus Ἀσσυρίης, et ibidem scholiastes sic: Ἀσσυρίαν εἶπε τὴν Συρίαν τὴν Καππαδοκίαν..... Τινὲς δὲ τῶν ἀρχαίων Λευκοσυρίαν αὐτὴν ἐκάλουν. Cf. Jablonskii *Disquisit. de ling. lycaonic.* (m).

494. Θερμώδων] Meminit hujus fluvii Apollonius (n), et adjicit scholiastes nomen illius fuisse olim *Araxem*: Ὁ αὐτὸς δὲ οὗτος Ἀράξης ἐκαλεῖτο πρότερον, ὁμωνύμως τῷ ἐκ τῆς Ἀρμενίας ῥέοντι.

495. Θεμίσκυρα] Quæ urbs Paphlagoniæ adscribitur a Lycophronis scholiast. Cujus verba sunt (o): Θεμ. πόλις Παφλαγονίας καὶ Ἀμαζόνων, ἔνθα (rescribe ἔνθεν) Θερμωδόνειαι αἱ Ἀμαζόνες λέγονται.

496. Λύκαστος ποταμὸς καὶ πόλις] Apollonii scholiastes (p)

(a) Ad *Alexandr.* v. 1109.
(b) In *Mel.* lib. I, cap. 19, not. exeg. pag. 593–595.
(c) *De mirab. Auscult.* pag. 1153, sub fin. ed. Lutet. 1519; §. 49, ubi cf. Beckm.
(d) In *Alcest.* v. 980.
(e) *Sept. contr. Theb.* v. 713, ed. Schütz.
(f) *Alcest.* loc. cit.
(g) Cf. Prommel. in Creuz. *Mel.* III, pag. 150.
(h) Lib. XI, pag. 526 (pag. 798, A).
(i) §. XIII, pag. 215, sq.
(k) Lib. I, cap. 72.
(l) Lib. II, v. 948 et 966.
(m) §. 19, in Henric. Stephani *Thesaur. linguæ græcæ*, edit. Lond. vol. I, part. I, pag. 150.
(n) Lib. II, v. 974.
(o) In *Alexandr.* v. 1330.
(p) In lib. II, v. 1001.

sic : Λυκάστια· χωρίον τῆς Λευκοσυρίας, ἀφ' οὗ Λυκάστιας εἶπε (Ἀπολλώνιος) τὰς Ἀμαζόνας.

497. Ἅλυς] Adi Herodotum *(a)*, apud quem scribitur adspirate Ἅλυς. Sed non ita Apollonius *(b)*, cui ῥοαὶ Ἅλυος ποταμοῖο. Vide scholiastam ibid. Apollonii.

498. Κάρυσσα] Arrianus et Marcianus Heracleota Κάρυσα vocant, per simplex sigma. *Vossius.*

499. Ὀχέρaινος ποταμός] Non puto alibi reperiri hunc fluvium. In fragmento epitomes Artemidori, et Menippi, hic describitur Ὀχοσβάνης ποταμός. *Vossius.*

Apud Plinium VI, 3, leguntur hæc : *Est et Ceraunus intus clarus,* omnino fluvium denotantia, ut collegit eruditus editor, qui in altero codice regio illic testatur legi *Cœranus.* Attende, mi lector, an non sit hic ipse. *Gronovius.*

500. Παφλαγονία] Hunc etiam titulum sua sponte adjecit Hœschelius. Confer supra not. 491.

501. Κορωνίς] Κορώνη Stephano Bithyniæ civitas est. Sed ea nihil ad hanc Paphlagonicam. Legendum itaque arbitror Κίνωλις. Strabo, lib. XII *(c)*: Μετὰ δὲ Κάραμβιν Κίμωλις, καὶ Ἀντικίμωλις, καὶ Ἀβώνου τεῖχος. Utrumque enim dicitur, et Κίμωλις, et Κίνωλις. Arrianus habet Κίνωλις : et sic etiam τεμμάχιον illud Artemidori Ephesii et Menippi, quod a Marciano Heracleota in Epitomen contractum est. Hujus verba sic legenda : Ἀπὸ Αἰγινήτου ἐπὶ Κίνωλιν κώμην καὶ ποταμὸν, στάδια ξ'. ἔχει δὲ καὶ ὕφορμον. Εἰς τὴν καλουμένην Ἀντικίνωλιν στάδια ξ'. Non, ut vulgo : ἀπὸ Αἰγινήτου ἐπὶ Κινώλην κώμην καὶ ποταμόν· ἔχει δὲ καὶ ὕφορμον εἰς τὴν καλουμένην Ἀντικίνων στάδια ξ'. *Vossius.*

Aliquid comprobationis Vossii conjecturæ adfert Plinius, qui contrario ordine sic easdem fere civitates numerat *(d)* : *Sesamum oppidum, quod nunc Amastris; mons Cytorus; .... oppida Cimolis, Stephane; amnis Parthenius.....*

502. Vulgo Κάραμος] Scribendum est Κάραμβις, ut omnes nuncupant. *Vossius.*

Confer auctorem anonymum τῆς περιηγήσεως in Dionysium *(e)*.

503. Vulgo Κύτωρις] Male antea legebatur Κύτωρις. Diodorus Siculus libro XIV *(f)*, hanc Tibarenis attribuit, non Paphlagoniæ; ut Scylax : Ταύτην μὲν οὖν τὴν χώραν ἐν ἡμέ-

(a) Lib. I, cap. 6, et pass.
(b) Lib. II, v. 366, et v. 955, 965.
(c) Pag. 545 (pag. 821, init.).
(d) Plin. lib. VI, cap. 2.
(e) Pag. 5, lin. 37, sub fin. t. IV *Geogr. minor.* Hudson.
(f) Cap. 31, init.

ρας ὀκτὼ διεπορεύθησαν· τὴν δὲ ἐχομένην ἐν πελάγει, ἣν ἐκάλουν Τιβαρηνίαν. Κἀκεῖθεν εἰς Κοτύωρα πόλιν παρεγενήθησαν ἑλληνίδα, Σινωπέων ἄποικον. Sic legendum. Nam Κοτύωρα nonnulli veterum etiam appellarunt τὴν Κύτωρον. Ut Xenophon, unde hæc habet Diodorus. *Vossius.*

Cf. Apollonium *(a)*. Cytorus mons est Paphlagoniæ apud Catullum *(b)*.

504. Vulgo Παρθίνιος] Lege cum magno Salmasio, Παρθένιος. *Vossius.*

Conf. Apollonium et ejus scholiastam *(c)*.

505. Τίθιον πόλις Ἑλληνίς] Scribendum puto Τήϊον π. Ἑλληνίς. Sic Strabo passim appellat τὴν κίον. Nec aliter Constantinus Porphyrogeneta in Themat. Imp. Orientalis *(d)*, et Eustathius ad Homerum. Non itaque audiendus vir maximus, qui apud Strabonem Τίειον reponit, pro Τήϊον, idque auctoritate Stephani. Potius ego crediderim, ipsum Stephanum esse emendandum, scribendumque Τήϊον apud eum, non Τίειον. *Vossius.*

De hujus nominis formis, vide H. Valesium ad Diodorum *(e)*, et Tzschuckium ad Melam *(f)*.

Legebat Salmasius *(g)* Τίειον.

Mox de amne *Callichoro* (cujus nomen *choris* et religione consecratum videtur), serius Oxinante dicto, cf. Apollonii schol. *(h)*; et Ammian. Marcell. *(i)*, qui hunc fluvium male transvehit prope ad Phasim. Juxta Callichorum vir cl. *Visconti (k)* collocat *Aulares*, gentem diu incognitam, et numo quodam tandem in lucem revocatam.

506. Μαριανδυνοί] Nonnulli Μαριανδινοί scribunt, per τὸ ι. Sed utrumque dicitur. Xenophon initio Κύρου Παιδείας, vocat eos Μεγαδινούς: Ἦρξε δὲ καὶ Βακτρίων, καὶ Ἰνδῶν, καὶ Κιλίκων· ὡσαύτως δὲ Σακῶν, καὶ Παφλαγόνων, καὶ Μεγαδινῶν. Sed scribe Μαριανδυνῶν. *Vossius.*

Sic legitur apud Apollonium et ejus scholiastam *(l)*. Cf. Tzschuckium in Melam *(m)*, et Blomfieldi *Glossar.* in Æschyli *Persas (n)*. De Mariandynorum ortu, consule Jablonskium *(o)*.

(a) Lib. II, v. 944.
(b) IV, 13.
(c) Lib. II, v. 938.
(d) Pag. 11, ed. Banduri. Paris.
(e) Ad *Excerpt. de virt. et vit.* tom. II, pag. 576, ed. Wessel.
(f) Not. exeg. ad lib. I, cap. 19, §. 8, pag. 585.
(g) *Plinian. Exercit.* pag. 624, init.
(h) Ad lib. I, v. 904.
(i) XXII, cap. 8, pag. 241, ed. Lugdun. Bat. Cf. ibi adnot.
(k) Conf. *Exposé des travaux de la classe d'hist. et de litt. anc.* 1815, pag. 33-36.
(l) Lib. II, v. 140 et 723.
(m) *Not. critic.* in lib. I, pag. 559, 560.
(n) Vs. 933.
(o) In *Disquisit. de ling. lycaonic.* §. 15.

Infra de fluvio *Hypio*, adi Salmasii *Plinian. Exercit.* *(a)*.

507. Θρᾷκες Βιθυνοί] Duplicem Bithyniam esse ait Apollonii scholiastes *(b)*, unam Europæ, alteram Asiæ. Διτ7αὶ εἰσὶ Βιθυνίαι· ἡ μὲν, ἐπὶ τῆς Εὐρώπης· ἡ δὲ ἐπὶ τῆς Ἀσίας. Καὶ ἡ μὲν ἐπὶ τῆς Εὐρώπης, περὶ Σαλμυδησσὸν κεῖται ἐπὶ Θρᾴκης· ἡ δὲ ἑτέρα καθήκει ἐπὶ τὸν Βόσπορον, καὶ ἐπὶ τὸ σόμα τοῦ Πόντου. De ortu hujus gentis consule Jablonskium *(c)* et Tzschuckium *(d)*.

508. Σαγάριος] Sæpius legitur Σαγγάριος. Sed variis id vocabulum modis effertur. Quidam Σάγαριν appellant: Latinorum nonnullis est Sagaris: et sic quoque dicitur in libello de fluminibus *(e)*, qui Plutarcho adscribitur. *Vossius.*

In nota ms. *(f)* Gronovius deprehendit Vossii errorem, qui hunc fluvium Σάγαριν dicit nonnullis adpellatum fuisse; sed Σάγγαριν scribere debuisset, ex Apollonii schol. II, v. 724.

Cf. Salmasii *Exercit. Plin.* *(g)*.

509. Vulgo Ἀρτώνης] Lege Ἀρτάνης, ut appellat Arrianus in Ponto Euxino. Vel Ἀρτάννης, ut Marcianus Heracleota in Epitome Artemidori et Menippi *(h)*. *Vossius.*

510. Vulgo Θηνίας] Legendum, Θυνιάς. *Vossius.*

511. Εἶτ' εὐθὺς Πόρος] Fuit, quum putarem, legendum Βόσπορος. Sed nihil mutandum. Πόρος quoque appellatur hoc fretum ab Appiano; ubi inquit Mithridati in animo fuisse, πολεμεῖν ἐκ τῆς Εὐρώπης οὖσιν ἐν τῇ Ἀσίᾳ, τὸν Πόρον ἐν μέσῳ θεμένῳ, ὃν κληθῆναί τινες νομίζουσι Βόσπορον, Ἰοῦς διανηξαμένης, ὅτι βοῦς γενομένη κατὰ ζηλοτυπίαν Ἥρας ἔφευγεν. *Vossius.*

Vertit Vossius: *statim dein est fretum.* Sed hic inest, ni fallor, sensus *retroeundi*. Ceterum potuit noster scribere tum Βόσπορον, quod supra jam vidimus, tum simpliciter πόρος; ut ut sit, illud idem est.

512. Καὶ τὸ προειρημένον ἱερὸν ἐν τῷ στ. τ. Π.] Illud respicit ad §. 68, p. 281, lin. 12. — De quo fano cf. adnot. Casauboni et Palmerii ad Strabonem *(i)*. Vid. Arrian. *Per. Pont. Eux.* pag. 12 et 25, Huds.

Hic ἐν τῷ σόματι usurpatur, pro ἐπὶ τῷ σόματι (cf. supr. §. 14, fin.); quod sæpissime usitatum, sed nihilominus viros doctos in errorem interdum induxit. Cf. doctiss. *Letronnium* ad Strabonem *(k)*.

(a) Pag. 616.
(b) Lib. II, v. 177.
(c) In *Disquisit. de ling. lycaon.* §. 14.
(d) Ad Mel. lib. I, not. exeg. pag. 545, 546.
(e) Pag. 24, ed. Hudson.
(f) Cf. Creuzeri *Historic. græc. fragment.* pag. 174. (in Xanth.).
(g) Pag. 618.
(h) Pag. 69, Huds.
(i) Lib. XII, pag. 563 (pag. 843).
(k) *Traduct. franç.* t. V, p. 296 et 392.

513. Χαλκηδὼν ἔξω Θρᾴκης] sibi volunt ἔξω Θρᾴκης! Hæc repugnant sequentibus, quæ Bithyniam producunt usque imam partem Olbiani sinus. Imo Stephanus : Χαλκηδὼν, πόλις Βιθυνίας. Hinc rejicio ἔξω Θρᾴκης, et uncis inclusi.

514. Ὀλβιανός] *Olbianus* sinus, ita quoque apud Melam *(a)*. Colligit ibi doctiss. Tzschuckius plura veterum loca, ex quibus concludit unam eamdemque fuisse diversis temporibus, *Olbiam, Astacum, Nicomediam (b)*. Hunc sinum Strabo dicit Ἀστακηνὸν *(c)*. Sed vetustior adpellatio apud antiquiorem scriptorem nostrum reperitur.

Mox pro ἕως τὸ στόμα, subpetit emendatio τοῦ ἕως in εἰς. Sed melius fors. subplendum ἕως εἰς τὸ στόμα (cf. p. 245, init. ἕως εἰς τὸν Ἀδρίαν κόλπον), aut ἕως ἐπὶ (cf. pag. 264, ἕως ἐπὶ τὸ ἀκρωτήριον).

515. Μυσία] Duplicem Mysiam distinguit Apollonii *(d)* scholiastes, unam Asiæ, alteram Europæ. Μυσίαι δὲ δύο, ἥ τε Εὐρωπαία καὶ ἡ Ἀσιανή. Sic ille falsi arguit eorum opiniones, qui in Europa *Mæsiam* (Μοισίαν), in Asia *Mysiam* (Μυσίαν) esse volunt, Strabone aliisque male hinc inde emendatis. Cf. patris mei *Philologue*, tom. XII, pag. 321, sqq. Infra pro ἐπ' ἀριστερᾷ, fors. legend. ἐπ' ἀριστερά, si illud referas ad ἐκπλέοντι; sed libentius ego referrem ad ἐστί.

516. Μέχρι Κίου] Hæc Cius est, quæ postea Prusa est appellata; ut testantur, cum alii, tum Strabo lib. XII *(e)* : Τῷ δ' Ἀστακηνῷ κόλπος ἄλλος (nimirum Cianus) συνεχής ἐστιν, εἰσέχων μάλιστα πρὸς ἀνίσχοντα ἥλιον· ἐν ᾧ Προῦσά ἐστιν, ἡ Κίος πρότερον ὀνομασθεῖσα. Emendandus est Memnon de Tyrannis Heracleæ, apud Photium : Ἐκεῖθεν ὁ Τριάριος ἐπὶ Προυσιάδα τὴν ἐπιθαλάσσιον μετὰ τῆς δυνάμεως παραγίνεται. αὕτη δὲ Κίος τὸ παλαιὸν ἐκαλεῖτο, &c. Vulgo legitur Κίερος; ut alio item loco apud eundem. Sed male utrobique. *Vossius.*

517. Κίος πόλις, καὶ Κίος ποταμός] Schol. Apollonii lib. I *(f)* : Κίος ἐστὶ πόλις Μυσίας ἀπὸ Κίου τοῦ ἀφηγησαμένου τῆς Μιλησίων ἀποικίας, ὡς ἱστορεῖ Ἀριστοτέλης ἐν Κιανῶν πολιτείᾳ. Κατῴκησαν δ' αὐτὴν πρῶτον Μυσοί, ἔπειτα Κᾶρες, τρίτον Μιλήσιοι. Καὶ ποταμὸς δέ ἐστιν, οὕτως ὁ ποταμὸς ὀνομαζόμενος τὴν Μυσίαν περιρρέων, οὗ μνημονεύει Σκύλαξ ὁ Καρυανδεύς· περιρρέει δὲ καὶ τὴν πόλιν οὗτος. *Vossius.*

Confer etiam alib. Apollonium et ejus schol. *(g)*; schol. in Theocritum *(h)*, et Tzschuckium in Melam *(i)*.

(a) Lib. I. cap. 19, §. 4.
(b) Not. exeget. ad lib. I, cap. 19, §. 4, pag. 565, 566.
(c) Lib. XII, pag. 563 (pag. 844).
(d) *Argonaut.* lib. I, v. 1115.
(e) Pag. 563 (pag. 844, A).
(f) Vs. 1117.
(g) Ad lib. I, v. 1321, 1334.
(h) In *Idyll.* XIII, v. 30.
(i) In lib. I, cap. 19, §. 4.

518. Φρυγία] Non in iisdem limitibus suam includit Phrygiam Apollonii scholiastes *(a)*. Cujus hæc verba sunt : ἡ.... Φρυγία ἄρχεται μὲν ἀπὸ Αἰσήπου, λήγει δὲ ἐπὶ Ῥύνδακον. Arctior ibi Phrygiæ ora, dum a Cio amne incipientem illam Scylax scripserit, et produxerit usque ad Abydum, Sed latiorem Troada effingit hic scholiastes, dicendo ὅτι καθ' ἣν (Τρῳάδα) ὁ Αἴσηπος ῥεῖ, χωρίζων αὐτὴν τῆς Μυσίας. Scilicet Æsepus meridiem versus, Troada a magna Mysia dividebat. Quod clarius innuit scholiastes adjiciendo : Ἡ δὲ Τρῳὰς ἀπὸ Μυσίας ἀρχομένη τῆς μεγάλης, ἐπὶ Αἰσήπου λήγει. Hæc undequaque Troados terminos definiunt; nam versus occidentem et septentrionem mari adluebatur ista regio.

519. Vulgo Πλακίου] Malim, πόλις Πλάκιον, vel Πλακίη. *Vossius.*

520. Κύζικος] Ait Apollonii scholiastes *(b)*, ὅτι Θρᾷκες Κύζικον ᾤκησαν. Adjicit alibi scholiastes idem *(c)*, de Cyzico: Αὐτὴν δὲ τὴν Χεῤῥόνησον καὶ τὸν ἰσθμὸν ᾤκουν Δολίονες, ὧν ἐβασίλευε Κύζικος. Unde concludendum est devenisse quondam ab Europæ Thracia colonos, qui circa hos locos incolentes, triplici nomine Θρᾷκες, Δολίονες, Φρύγοι adpellari possunt, nam litorales Phrygii erant Doliones. Quod testatur Strabo *(d)* his verbis : Δολίονας μὲν οὖν μάλιστα καλοῦσι τοὺς περὶ Κύζικον ἀπὸ Αἰσήπου ἕως Ῥυνδάκου. Imo Doloniam et Phrygiam confundit Apollonii scholiastes dicendo *(e)* : Ἡ δὲ Δολιονία καὶ Φρυγία ἄρχεται μὲν ἀπὸ Αἰσήπου, κ. τ. λ.

521. Vulgo Ἐλαφόνησος] Hinc patet, errare Plinium *l. V, c. 31*, ubi Proconnesum, et Elaphonnesum, unam eandemque esse insulam asserit. Idem et alios nonnullos autumasse comperi ex Etymologico Magno, in voce Προκόννησος : ubi inquit, ὑπό τινων Προκόννησος Ἐλαφόννησος κέκληται. Sic enim legendum esse arbitror, non Ἀδελφόννησος, ut vulgo. Nec aliunde puto hanc opinionem profluxisse, quam quod πρόξ, et ἔλαφος, idem fere sit. *Vossius.*

Scylax, qui Proconnesum ab Elaphonneso diversam facit, a Plinio dissidere prima facie videtur. Sed nodum solvit Strabo, geminam Proconnesum agnoscens (lib. XIII, p. 588), novam ac veterem, modico forte Euripo ambas inter se discretas : nomine alioquin similes. Nam adpellationis ratio

(a) Loc. cit.
(b) Ad lib. I, v. 1110.
(c) Loc. cit. v. 936 et 943.
(d) Lib. XII, pag. 575 (pag. 861, B).
(e) *Argonaut.* lib. I, v. 1115.

par: πρὸξ enim et ἔλαφος, cervini generis animalia significant, quibus ea insula videtur fuisse referta. Docet id pluribus Apollonii scholiastes, ad lib. II *Argon.* v. 279. *Harduinus (a).*

Cf. Berkel. ad Stephan. in voc. Ceterum rescripsi duplici ν Ἐλαφόννησος, cui recte repugnaret Poppo *de Eloc. Thucyd.* p. 209, nisi recentioris calami hic Periplus esset. Cf. supr. p. 207, init.

522. Vulgo Σάριος] Res ipsa docet legendum esse Πάριον. Plin. lib. V, cap. 32: *Deinde Percote oppidum, et Lampsacum, antea Pityusa dictum. Parium colonia, quam Homerus Adrastium adpellavit. Oppidum Priapos,* &c. Atqui diversam facit Strabo Adrastiam a Pario lib. XIII (p. 879, C): Ἡ μὲν οὖν (Ἀδράστεια) πόλις μεταξὺ Πριάπου καὶ Παρίου, ἔχουσα ὑποκείμενον πεδίον ὁμώνυμον, ἐν ᾧ καὶ μαντεῖον ἦν Ἀπόλλωνος Ἀκταίου, καὶ Ἀρτέμιδος κατὰ τὴν ἐπακτίαν. Sic lege. Idem facit Stephanus: nec dubium, quin is ex Strabone hauserit. Sed puto Plinium eo respexisse, quod statim post hæc verba subdit Strabo: Εἰς δὲ Πάριον μετενέχθη πᾶσα ἡ κατασκευὴ καὶ λιθία κατασπασθέντος τοῦ ἱεροῦ· καὶ ᾠκοδομήθη ἐν τῷ Παρίῳ βωμὸς, Ἑρμοκρέοντος ἔργον, πολλῆς μνήμης ἄξιον, κατὰ τὸ μέγεθος καὶ κάλλος. *Vossius.*

523. Περκώτη] Civitas Homero *(b)* laudata, ut jam vidit Apollonii scholiastes *(c)*.

524. Καὶ τὸ στόμα....] Notandum, quod Scylaci nusquam sit dicta *Hellespontus* pars illa, quæ freti initium est ab Ægæo mari ad Heptastadium Strabonis *(d)*, et sic illa proprio careat nomine. Ceterum videtur Strabo Abydum collocare in ora Propontidis ipsius, at prorsus collocat ἐπὶ τῷ στόματι utriusque maris *(e)*. Thucydides contra scribit, Ἄβυδος ἐν τῷ Ἑλλησπόντῳ *(f)*, quod jam deprehendit pater meus in *Geograph. Herodot.* part. II, pag. 210, 211 *(g)*. At hujus discrepantiæ rationem satis reddunt Strabonis hæc alia verba: Ἔστι δὲ ἡ Σηστὸς ἐνδοτέρω κατὰ τὴν Προποντίδα.... *(h)*. Toto nempe ex hoc loco liquet non oppositas omnino fuisse inter se Sestum et Abydum, sed unam Ponto Euxino, alteram Ægæo mari paullo propiorem. Sic non aberrat a vero Strabo; sed non damnandus Thucydides.

De quo ostio adi Procopium *(i)*, et conf. supra §. 68, pag. 280.

(a) Ad Plin. tom. I, pag. 648.
(b) *Il.* II, 835.
(c) Ad *Argonaut.* lib. I, v. 932.
(d) Lib. XIII, pag. 591, init. (pag. 884, fin.).
(e) *Ibid.* pag. 884, C.
(f) Lib. VIII, cap. 62.
(g) In *Philologue*, tom. XIV.
(h) Loc. cit. pag. 884, B.
(i) *Vandalic.* lib. I, pag. 91, lin. 18, Hœschel. 1607.

525. Δάρδανος] De hoc Scylacis loco, a Strabone laudato, adi præfationem nostram *(a)*.

526. Ῥοίτειον] Sic etiam Straboni *(b)* et Lycophronis scholiastæ *(c)* dicta; at Thucydidi Ῥοίτιον *(d)*.

527. Ἴλιον] De qua adi Tzschuckium uberius disserentem *(e)*.

Infra notanda dicendi forma, καὶ ἐν αὐτῇ ποταμὸς Σκάμανδρος. Nempe non intelligi potest Ἴλιον, pro urbe et territorio simul urbis, in quo amnis flueret, quum Scylax Ilium diserte depingat ceu urbem a mari stadiis 25 distantem. Ergo ostenditur Scamander quasi in urbe fluens, quod vero repugnat. Sed similes dicendi formas τὸ ἐν pro *juxta*, plures collegerunt. Cf. infra not. 731.

528. Τένεδος] Quæ insula, ex Strabone *(f)* Eustathioque *(g)*, distabat a continente 40 stadiis, et patebat circuitu 80 stadiorum. At intervallum a Sigæo litore 12,500 passuum erat ex Plinio *(h)*, unde 100 stadia fiunt pro solito subputandi more; imo 18,000 passuum circiter ex Meletio *(i)*, id est, 160 stadiorum. Nempe parum scriptores romani curabant stadiorum naturam cognoscere, antequam illa ad usitatam sibi *passuum* mensuram traducerent. Ceterum de priscis aliis Tenedi nominibus adi Strabonem, Stephanum, Eustathium *(k)*, et proverbia e Suida collecta. *(l)*.

529. Κλεόστρατος] Hic Cleostratus primus duos hædos, quos Heniochus manu sinistra tenet, inter sidera ostendisse traditur. Autor ejus rei Hyginus in Astronomicis *(m)*: ... *Hædos Cleostratus Tenedius dicitur primus inter sidera ostendisse.* Octaëterida quoque primum excogitasse, auctor est Censorinus. *Vossius.*

Ætatem Cleostrati cl. *de Sainte-Croix (n)* odoratus est ex sequentibus Plinii verbis *(o)* : *Obliquitatem ejus* (signiferi) *intellexisse Anaximander Milesius traditur primus, olympiade quinquagesima octava : signa deinde in eo Cleostratus, et prima arietis et sagittarii.....* Vocem plinianam *deinde* cl. *Sainte-Croix,* suo periculo, decem circiter annos designare credidit, et florentem Cleostratum secundo 171ᵉ olympiadis

(a) Pag. 203, not. 5.
(b) Lib. XIII, pag. 409.
(c) Ad *Alexandr.* v. 583.
(d) Lib. IV, cap. 52.
(e) Ad Mel. I, c. 18, t. V, p. 532, 533.
(f) XIII, 604, init.
(g) Ad Dionys. Perieg. v. 536.
(h) *Hist. nat.* lib. V, cap. 31, fin.
(i) *Geograph.* pag. 485.
(k) Loc. cit.
(l) Cent. XIII, 8, 40.
(m) Lib. II, cap. 13, p. 246, Scheff.
(n) *Mém. de l'Acad.* t. XLII, pag. 562.
(o) Lib. II, cap. 8.

anno suspicatus est, anno scilicet 494 ante Christum. Ceterum, si Theophrasto credimus, floruit Cleostratus in Tenedo; sed in monte Ida natus erat *(a)* : ... Καὶ Κλεόστρατος ἐν Τενέδῳ ἀπὸ τῆς Ἴδης. Cf. *Addenda.*

530. Τεῖχ. ϗ Ἀγχιαλεῖον] Puto legendum τεῖχη [quid?] ϗ Ἀχαιόν, vel Ἀχαῖον, pro Ἀγχιαλεῖον. Strabo lib. XIII *(b)* : Μικρὸν δὲ προελθοῦσιν ἀπὸ τῆς παραλίας ταύτης, ἐστὶ τὸ Ἀχαῖον, ἤδη τῆς Τενεδίων περαίας ὑπάρχον. *Vossius.*

Lego hunc locum paulo aliter, quam vir summus, qui vult legi τεῖχη ϗ Ἀχαῖον. Ignoscat., si credo melius convenire legi, Σιγεῖον ϗ Ἀχιλλεῖον. Loca sunt nota et obvia in libris. *Palmerius.*

Nec dubitari potest, quin ipsæ literæ confirment prorsus postremum istud Ἀχιλλεῖον, quod propterea Holstenius quoque sic conjecerat in margine Stephani, ut patet pag. 61, ut ambigi de illo non deceat. Prius cur ab eodem sit intactum, non intelligo, utpote non minus pravum, nec satisfacere potest Palmerii Σίγειον, quum id nimis extendatur, etsi egregius ille vir viderit, quo tendi oporteret, quod etiam docent exempla ab Holstenio adscripta. Scilicet scripsit Σίγη ϗ Ἀχιλλεῖον. Σίγη enim appellatur etiam Stephano. Ausonius quoque dixit in Epitaphio Achillis : *Ossa leguntur litore Sigæo. Gronovius.*

531. Κρατῆρες Ἀχαιῶν] Ego putem hosce crateres Scylacis esse eosdem ac eos quos Strabo λιμνοθαλάττας, et paludes, appellat, his verbis lib. XIII *(c)* : Συμπεσόντες γὰρ ὅ τε Σιμόεις ϗ ὁ Σκάμανδρος ἐν τῷ πεδίῳ, πολλὴν καταφέροντες ἰλύν, προσχοῦσι τὴν παραλίαν, καὶ τυφλὸν στόμα τε καὶ λιμνοθαλάττας καὶ ἕλη ποιοῦσι. Hauriunt enim hæ λιμνοθάλατται et paludes omnem eorum fluminum aquam, non secus ac crateres. Et sane quemadmodum κρατὴρ proprie est, ἐν ᾧ τι κεράννυται, sic etiam hæ *limnothalattæ* et paludes κρατῆρες appellantur, quod in iis aqua Simoëntis et Scamandri misceatur. Sinum fuisse olim hic loci, auctor est Herodotus, lib. II *(d)* : Τῶν γὰρ οὐρέων τῶν εἰρημένων τῶν ὑπὲρ Μέμφιν πόλιν κειμένων τὸ μεταξὺ γ' ἐφαίνετό μοι εἶναί κοτε κόλπος θαλάσσης, ὥσπερ τά τε περὶ Ἴλιον, καὶ Τευθρανίην, καὶ Ἔφεσόν τε καὶ Μαιάνδρου πεδίον. Et hac de causa arbitror accolas, effossa humo, lacus crebriores fecisse, quo superfluentum Simoëntis et Scamandri undis

(a) De signis pluviar. init. pag. 416, fin. Lugd. Batav. 1613.
(b) Pag. 596 (891, C).
(c) Pag. 595 (890, B).
(d) Cap. 10.

essent receptacula. Quod ipsum satis constat Ægyptios quoque factitasse, ut, Nilo suam inundante regionem, aquæ in effossis lacubus desiderent. *Vossius.*

Equidem si fuerunt effossi isti κρατῆρες, unde illis accidet nomen Achæorum, quum ab his effossi non sint! Non convenit exemplum Ægypti cum hac regione. Si vetus lingua Græcorum respiciatur, totus sinus Surrentinus sive Neapolitanus olim Crater dictus, ut notat Holstenius ad Ortelium pag. 27, idque verum est, quum testetur Strabo libro V, unde excerpsit quoque Ortelius. Scribit cl. Sponius: *Mais présentement l'entrée du port de Troie en est bouchée, et il y reste peu d'eau dans le bassin, qui est presque tout comblé de sables. Gronovius.*

Forsan respicit illud nomen ad consuetudinem, quæ trojani belli temporibus obtinuit, cæsorum cineres in urnis colligendi, in patriam mittendos. Forsan eo in loco hujusmodi κρατῆρας aut λέβητας, ut vocat Æschylus *(a)*, in tumulis posuerant, antequam transportarentur. Cf. Siebelis *Not. ad Hellen.* pag. 302, 303; et Heathium ad Æschyl. *(b)*.

532. Ἀμάξιτον] Al. Ἀμαξιτός. *Vossius.*

533. Καὶ ἱερὸν Ἀπόλλωνος ἵνα Χρύσης ἱερᾶτο] Hunc locum Homerus Χρύσην adpellat *(c)*; et de Homeri loco Strabonis hæc verba sunt: Τούτου δὲ καὶ τὴν Χρύσαν τὴν ἔχουσαν τὸ ἱερὸν τοῦ Σμινθέως Ἀπόλλωνος ἐμφαίνει (Ὅμηρος), εἴπερ ἡ Κρυσηΐς ἐκ τῆς Θήβης ἑάλω *(d)*. *Huic urbi Thebæ etiam Chrysam, continentem Apollinis Sminthei fanum, adscribit Homerus, si quidem Thebæ capta fuerit Chryseis.*

534. Vulgo Αἰωλίς] Rescribe Αἰολίς. *Hæschelius.*
De Æolibus generatim conf. doctiss. Tzschuckium ad Melam *(e)*.

535. Vulgo Αἰολίδες δὲ πόλεις...] Rescribendum procul dubio ἑλληνίδες. Quid enim notandum, quod fuerint *æolicæ* urbes in Æolide! Ineptum librarium in errorem abripuit vox supra Αἰολίς, ut scriberet Αἰολίδες.

536. Κέβρην] Aliter Κεβρήνη. *Vossius.*

537. Vulgo Πιτιεια] Omnino legendum Πιτύεια. *Vossius.*

538. Μέχρι Ἀντάνδρου] Puto hic deesse numerum stadiorum, dierumve. *Vossius.*

(a) *Agamemn.* v. 452, Schütz.
(b) Loc. cit.
(c) *Iliad.* I, 431.
(d) Sic habet *Coray*, lib. XIII, §. 61, tom. II, pag. 682 (pag. 512).
(e) Ad lib. I, not. exeg. pag. 512.

539. Ε'ν πόλεις ἔχουσα] Sic Eustathius *(a)*: Ἦν δὲ πεντάπολις ἡ Λέσβος. At Plinius *(b)*: *Octo oppidis inclyta.* Adjicit Eustathius de insula eadem: Μίαν ἔχουσα τῶν πέντε τὴν Λέσβον (πόλιν), ἀφ' ἧς ἡ ὅλη νῆσος Λέσβος ἐλέγετο. Quæ non congruunt cum Scylacis verbis, quinque in insula urbes alias aperte designantis, sed de *civitate Lesbo* tacentis. Scilicet fuere forsan tempora recentiora, quum una quædam e supra dictis quinque urbibus, *Lesbus*, mutato nomine, adpellata fuerit. Sic insula pergebat esse πεντάπολις.

540. Πορδοσελήνη] Strabo et Stephanus inquiunt, Ποροσελήνην hanc appellasse nonnullos ἐκκλίνοντας τὸ δύσφημον τοῦ ὀνόματος. *Vossius.*

Plinius pariter *Poroselene (c)* et Ptolemæus.

541. Καὶ τῆς Ἰνδίσης]. Corruptissimus est locus. Nec tamen, quomodo emendandus sit, possim affirmare. Mirum enim in modum confusi sunt harum gentium limites; quod Strabo lib. XIII *(d)* satis indicat. Cogitabam, num legendum esset hoc pacto: Ἀπὸ Ἀντάνδρου, καὶ τῆς Μυσίας, τῆς κάτω (ἣν πρότερον μὲν αὕτη ἡ χώρα Μυσία μέχρι Τευθρανίας) ἡ νῦν Λυδία. Sed alii viderint. *Vossius.*

Lege καὶ τῆς Ἴδης. Nam Antandrus sub Ida monte fuit: cætera per se stare poterunt, si legas τὰ κάτω. *Palmerius.*

542. Μέχρι Τευθρανίας] Erat hæc regiuncula Mysiæ terminus ad meridiem. Sic enim in proverbiorum e Vatican. Bibl. Appendice *(e)*: ... ἐλθὼν οὖν εἰς Τευθρανίαν, τῆς Μυσίας ἐσχάτην, ἐβασίλευσε. Cf. Strabonem *(f)*.

543. Νῦν δὲ Λυδία] Hæc regio olim ex nonnullis proprie *Asia* adpellabatur. Meminit enim Apollonius *(g)* Ἀσίδος ἠπείροιο, et ibi scholiastes: Τῆς Λυδίας λέγει. Ἀσία γὰρ τὸ πρότερον ἐκαλεῖτο Λυδία, καὶ Ὅμηρος· Ἀσίῳ ἐν λειμῶνι. Καὶ ἡ κιθάρα Ἀσία λέγεται, ἐπεὶ ἐν Λυδίᾳ πρῶτον εὑρέθη.

544. Καὶ ἐν τῇ Λυδίᾳ] Hæc prorsus inserta sunt. Nempe credidit librarius nescio quis, præcedentia εἰσὶ δὲ πόλεις ἐν αὐτῇ, respicere ad subauditum τὸ Μυσίᾳ. Quum autem supra dixerit Scylax, antiquæ ibi Mysiæ litus et hodiernam Lydiam, esse unum et idem, voluit homo illud iterum nunc referri, et ideo adjecit καὶ ἐν τῇ Λυδίᾳ, cum eo sensu: *in Mysia, quæ est et Lydia.*

(a) Ad Dionys. v. 536.
(b) V, 31, fin.
(c) Loc. cit.
(d) Pag. 628, fin. (p. 932, C).
(e) Cent. I, 5. 64.
(f) Lib. XII, pag. 571 (pag. 857, init.).
(g) Lib. II, v. 779.

545. Vulgo Ἄσυρα, οὗ τὸ ἱερόν....] Corruptus locus. Sic mihi videtur constituendus: Ἄστυρα, οὗ τὸ ἱερὸν Ἀρτέμιδος. Ἀδραμύτιον. Sic namque Strabo lib. XIII *(a)*: Μυσίας δὲ Ἄστυρα τὴν πλησίον κώμην φασίν· ἦν δὲ πολίχνη ποτὲ, ἐν ᾗ τὸ τῆς Ἀστυρηνῆς Ἀρτέμιδος ἱερὸν ἐν ἄλσει, προστατούμενον μεθ' ἁγιστείας ὑπ' Ἀντανδρίων, οἷ μᾶλλον γειτνιᾷ. *Vossius.*

Optime reposuit Vossius Ἄστυρα, et ex loco Strabonis nobis præluxit ad veram lectionem: non dubito igitur quin scripserit Scylax: Ἄστυρα, οὗ τὸ ἱερὸν οἱ Ἀδραμύττιοι Ἀδραμύττιον. Putavit exscriptor Ἀδραμύττιοι et Ἀδραμύττιον esse repetitionem mendosam, et alterum sustulit. *Palmerius* (*Exercit.* pag. 281).

Lectionem Ἀδραμύτιον cum simplici τ servavi. Quam tuetur et cl. Creuzerus *(b)*, fretus tum var. lect. ad Herodotum *(c)* et Thucydidem *(d)*, tum numis apud Eckelium *(e)* ubique referentibus ΑΔΡΑΜΥΤΗΝΩΝ.

546. Vulgo ὑπὲρ ταύτης ἡ Κίων χώρα] Lege ἡ Χίων χώρα. Loquitur autem hic Scylax de locis, quæ Lesbii et Chii in continente possederunt; quæ sane non pauca fuerunt. Quin ipsa quoque Troas Lesbiorum fuisset jure hæreditario, ni eam Athenienses, duce Phrynone, præoccupassent; ut satis constat ex Strabonis lib. XIII *(f)*. Atarneus autem Chiorum fuit: id namque ipsis mercedis loco datum a Mazare, quod Pactyam ei restituissent, ut cognoscere est ex Herodoti lib. I *(g)*: Ἐξέδοσαν δὲ (τὸν Πακτύην) οἱ Χῖοι ἐπὶ τῷ Ἀταρνεῖ μισθῷ. τοῦ δὲ Ἀταρνέως τούτου ἐστὶ χῶρος τῆς Μυσίης, Λέσβου ἀντίος. *Vossius.*

Ὑπὲρ ταύτης] Id est, *ultra hanc continentis partem Lesbiis subditam.* Simili ratione infra in Caria, territorium reperimus quoddam Cnido proximum, quod Rhodiorum est.

547. Vulgo ἱμὴν Πιτάνη] Rescribe λιμήν. *Hæschelius.*

548. Vulgo Χρύνειον] Lege Γρύνειον. Stephanus: Γρύνειον, πολίχνιον Μυρηναίων, οὗ καὶ ἱερὸν Ἀπόλλωνος, καὶ μαντεῖον ἀρχαῖον, καὶ ναὸς πολυτελὴς λευκοῦ λίθου, ἐν ᾧ τιμᾶται. Ἑκαταῖος δὲ τὴν πόλιν Γρύνειαν καλεῖ. Sic namque legendus hic locus, ut patet e Strabone lib. XIII *(h)*, cujus ipsissima hæc sunt verba de Grynio. *Vossius.*

549. Vulgo Πόις] Rescribe πόλις. *Hæschelius.*

550. Λεῦκαι] Recedere videtur Scylax a Strabone, Plinio, et

(a) Pag. 613, fin. (pag. 912, C).
(b) In *Historic. græc. Fragm.* pag. 198.
(c) Lib. VII, cap. 42.
(d) Lib. V, cap. 1; ibi conf. adnotat.
(e) Conf. *Mysiæ num.* pag. 448.
(f) Pag. 599, fin. (895, B).
(g) Cap. 160.
(h) Pag. 622 (pag. 923 B).

aliis, de situ hujus urbis, quæ apud nostrum Smyrnam Phocæamque pariter meridiem versus despicit, dum apud Strabonem *(a)* et Plinium *(b)*, Leucæ urbs Phocæam inter et Smyrnam reperiatur. Sed hæc non a Scylace profecta sunt, et mera interpolatio habenda. Nam, teste Diodoro *(c)*, Leucæ conditæ fuerunt anno 352° ante Chr., nec potuit noster hujus urbis meminisse. Nescio quis margini adjecit, καὶ Λεῦκαι καὶ λιμένες, quod sedem cum perturbatione in textu invasit. Si illud considerassent tum alii, tum cl. Niebuhr, pulchrum prorsus novitatis argumentum insuper adferre credidissent. Sed meæ sententiæ bis favet hic locus, ob perturbationem geographicam, et repugnantiam ab ætate libri jam constituta.

551. Καὶ λιμένες] Lege καὶ Λευκαὶ λιμήν : cæterum ordo, quem sequitur Scylax, est turbatus, et quædam posita sunt ὕστερον πρότερον. Nam Phocæam et Hermum debebat memorare ante Leucas et Smyrnam. *Palmerius.*

Merito offendit ad hos λιμένας vir nobilis. Sed quis ille mos est tot literas ejiciendi! Unde Λευκάς credit ab Scylace portum modo considerari! Res clara est, et literæ docent καὶ Τῆμνος. Strabo lib. XIII *(d)*. Ταῖς... αἰολικαῖς πόλεσιν ἔτι καὶ τὰς Αἰγὰς προσληπτέον καὶ τὴν Τῆμνον. Plinius, V, 29. *Fuit in ora ejus oppidum Temnos,... Leuce in promontorio. Gronovius.*

Quid prosunt ibi emendationes, quum ea emendetis quæ minime scripsit auctor libri! Vid. supra. Illud si potius mihi in mentem venisset, ita textum constituissem : ... πόλις ἑλληνίς ἐστιν Αἶγαι. [Καὶ Λεῦκαι καὶ λιμένες], καὶ Σμύρνα; et sic latine : ... *urbs græca Ægæ. [Et Leucæ cum portubus] et Smyrna.*

Ceterum *Leucæ* urbs sita erat in promontorio quodam *(e)*, et ad septentrionem fluminis *Hermi*, judice Cellario *(f)*. Illud testatur Mela, quum progrediendo a meridie ad septentrionem, Leucam posuerit post Hermum; nec satis adsequor quid cogitaverit Vossius, et Tzschuckius *(g)* ipse Vossii sententiam laudans : *Quia Hermus juxta Phocæam in mare elabitur, Leucam illi præponendam fuisse monet hic Vossius.*

552. Ἐν ᾗ Ὅμηρος] Legit L. Allatius *(h)* ἐξ ἧς Ὅμηρος ἦν. *Hudson.*

Forsan ὅθεν Ὅμηρος, ut supra de Cleostrato (§. 94, p. 293).

(a) Lib xiv, pag. 646 (p. 957, A, C).
(b) Lib. v, cap. 29, fin.
(c) Diodor. lib. xv, cap. 18.
(d) Pag. 621 (pag. 923, init.).
(e) Plin. v, 29, fin. et Diod. l. c.
(f) *Geogr. ant.* tom. II, pag. 42, 43.
(g) Not. exeg. ad Mel. lib. I, pag. 510.
(h) In *Libell. de patria Hom.* pag. 191.

Forsan in ὅθεν exesum fuerat ὅθ, et post superstes εν nescio quis supplevit ἤ. Ceterum cf. Pausaniam (a) Strabonemque (b).

553. Vulgo Τερμός] Quis non videt legendum esse Ἑρμὸς ποταμός! *Vossius.*

De quo flumine conf. Herodotum (c), Strabonem (d), Plinium (e).

554. Ἐπὶ τὴν ἤπειρον] Sæpissime et fere ubique hanc scribendi formam sic noster adimplet: ὅθεν ἐξετράπόμην. Forsan ita rescribendum; et aliter nunc habet ob librariorum oscitationem, quibus hæc forma usitatissima tædium exscribendo adferebat. Cf. finem not. 569.

Supra de voce Χίος scribenda, hæc habet libellus de Prosodia, ab Hermanno edit. (f): Ἡ Χίος [νῆσ]ος παροξύνεται. Χῖος ὁ ἀνὴρ περισπᾶται. Quod jam notavit Siebelis in *Symb. crit.* pag. 40, 41.

555. Ἄγερα πόλις] Vix dubitem, quin hæc sit eadem, quæ Ptolemæo est Αἴγαερα, quam Lydiæ adscribit. Admodum enim falluntur, qui putant hanc eandem ac Ægas Æolicas, quas jam supra recensuit Scylax. *Vossius.*

Non potest esse Αἰγάερα, quam urbem Ptolemæus Lydiæ adscribit, quæ non attingebat mare (pace commentatoris doctissimi dixerim); sed omnino legendum Ἔραι, quæ urbs erat in eo ordine cum portu, Teiis vicina, de qua Thucydides lib. VIII (g), et Strabo lib. XIV (h), cujus locum adscribam, quoniam emendatione opus habet: Πρὶν δ' ἐλθεῖν ἐπὶ τὰς Ἐρύθρας πρῶτον μὲν Γέραι πολίχνιον, εἶτα Τήϊον: *Prius autem quam veniatur ad Erythras, primum quidem Eræ oppidulum.* Lege ex Thucydide, πρῶτον μέν γ' Ἔραι, πολίχνιόν ἐστι Τηΐων. Sed de hoc loco ad Strabonem infra dicendum erit. *Palmerius.* (Cf. vir. cl. ad Strab. p. 953, 954, ed. Amstel.)

Fallitur cl. Palmerius conjecturam Vossii repellendo, ob recedentem, ut vult ille secum, a litore Lydiam. Illud adserere de recentiori geographia æquum est; at Scylax ipse litora Lydiæ se prætersecuturum nuntiavit, his verbis: νῦν δὲ Λυδία. Imo Palmerii propria conjectura, inscio viro, novam locorum perturbationem codicibus exprobrabit; nam ex Strabonis laudato loco, si seriem rerum scrutaberis, liquet *Eras* urbem sese priorem offerre ex meridie navigantibus, ante

(a) *Achaïc.* cap. 5, pag. 535, ed. Kühn.
(b) Lib. XIV, pag. 646 (pag. 956, B.).
(c) Lib. I, cap. 89.
(d) Lib. XIII, pag. 626.
(e) Lib. V, cap. 29, sub fin.
(f) Ad calc. *De emend. rat...* p. 426, fin.
(g) Cap. 19.
(h) Pag. 644 (954, init.).

Teium. Si contra Palmerio crediderimus; collocanda erit urbs *Eræ* supra Teium, septentrionem versus, dum Scylax Teium vel Teum civitatem, infra post adpellatam hanc Ἄγραι posuerit. Si autem Vossii conjectura non tibi placet, rescribe Ἄκρα πόλις. Laudatur enim a Strabone *(a)* τὸ Κώρυκος ὄρος ὑψηλόν, quam summitatem loci, Plinio *promontorium Coryceon* dictam, réferre potest vetus nomen *Acræ* civitatis.

556. Vulgo Γῶς πόλις] Omnino legendum Τέως πόλις. *Vossius.*

De Teo urbe conf. Strabonem *(b)*, Stephanum, Pausaniam *(c)*.

557. Κολοφῶν, ἐν μεσογαίᾳ Νότιον καὶ λιμήν] Distingue aliter: Κολοφῶν ἐν μεσογαίᾳ, Νότιον καὶ λιμήν, ut necesse est. *Palmerius.*

Recte; quod sequi debuissem : nam Plinius *(d)* sic : .. *et intus ipsa Colophon : .... fuit et Notium oppidum.*

558. Vulgo μεσογαίᾳ] Forsan rescribendum μεσογείᾳ, ut fere ubique legitur. Cf. supra not. 313.

559. Ἀπόλλωνος Κλαρίου ἱερόν] Non concordant inter se Scylax Pliniusque de locorum serie. Plinius *(e)* a meridie septentrionem versus procedit, numerando *Ephesum, Colophona, Apollinis fanum, Lebedum, Notiumque.* Scylax autem adverso ordine numerat *Lebedum, Colophona, Notium, Apollinis fanum*, et post Caystrum amnem, *Ephesum.* Plinio concinit Strabo *(f)*, sed de Notio oppido silet. Quod adtinet ad Clarii Apollinis fanum, parum est si series hic servari non videatur : nam fere Colophonis ipsius erat hoc fanum, et potuit modo ante, modo post adnumerari. Sic enim Strabo : .. καὶ ἡ Κολοφών, πόλις ἰωνική, καὶ τὸ πρὸ αὐτῆς ἄλσος τοῦ Κλαρίου Ἀπόλλωνος. Idem fere de *Notio* cogito. Suidas enim : Νότιον, χωρίον προκείμενον τῆς Κολοφωνίων πόλεως, unde non inficete conjecit Berkelius *(g)*; Notium quasi arcem Colophoniorum haberi posse. Imo illud ipsum innuit Scylax : Κολοφῶν ἐν μεσογείᾳ, Νότιον καὶ λιμήν. Sic videtur Notii portus, esse Colophoniorum navale. Ergo potuit noster, quo ordine vellet, urbem principem, et duo vicina loca addere. Scylax et Plinius alioquin concinunt de serie et situ Ephesi, Colophonis, Lebedique. De Clario autem fano, parum est, utrum ante, an post Colophonem sit; at de situ Notii, nullus dubito quin antepo-

(a) Pag. 644 (pag. 954, init.).
(b) Lib. xiv, init.
(c) Lib. vii, cap. 3, pag. 528, ed. Kühn.
(d) Lib. v, cap. 29.
(e) Loc. cit.
(f) Lib. xiv, pag. 642 (pag. 951, B); §. 27, ed. Coray.
(g) Ad Stephan. voc. Νότ.

nendus sit Scylax Plinio, quum prior testem habeat Suidam, Notium juxta Colophontem, nec vero juxta Lebedum, collocantem.

Ceterum de Clarii Apollinis fano, cf. quæ congessit Tzschuck. ad Mel. *(a)*. Adde Lycophr. schol. *(b)*.

560. Vulgo Ἄνια] Omnino scribendum Ἄναια, non Ἄνια, ut jam vidit vir incomparabilis cl. Salmasius. Est autem Anæa urbs Ioniæ; quamvis nonnulli Cariæ attribuant, e regione Sami. *Vossius.*

561. Ἐρεμιτεράτος, Χαραδροῦς] Nihil alii geographi, aut historici, de his : uti neque iis cognita Ἀκαδαμίς, quam subjungit. Sunt autem omnia hæc loca agri Samii; ut satis testatur, cum inquit : Ἐν τῇ Σαμίων χώρᾳ ταῦτά ἐστιν. Sic namque rescripsimus, pro Σανίων. Sed de locis, quæ Samii in continenti possederunt, consule cum alios, tum Strabonem lib. XIV *(c)*. *Vossius.*

Itaque ut pro virili instauremus, pro voce Φώκαια, quam urbem alieno loco ponit, et recte jam superius locata est, patet legi debere Φύγελα, quæ satis nota apud omnes geographos, et circa has partes, ita ponente Plinio, ut postquam ab Priene consideravisset oram Trogiliam, in qua Panionium, addat : *Juxta a fugitivis conditum Phygela fuit.* In voce Ἀκαδαμίς sunt omnia similia voci Ἀσκανδαλίς, quam ponit Plinius V, 27, in Lycia. *Gronovius.*

562. Καὶ λιμένα κλειστόν] Portum clausum non *ibi laudat* Strabo *(d)*, sed tantum ναύσταθμον in portu, quod fere redit ad idem. Ceterum de Samo uberius disserunt Spanhemius ad Callimach. *(e)*, et Tzschuckius in Melam *(f)*.

563. Vulgo Πελινίς] Πελήνη legendum esse, quilibet satis videat. *Vossius.*

Supra pro ἐπὶ τῆς Μυκάλης rescribe ἀπὸ τῆς Μυκάλης. Nam minime potest haberi pro urbe in monte insidenti, Priene, quæ, teste Strabone *(g)*, in campo olim juxta mare sita erat, sed quam Mæander longa arenarum congerie ad ostium facta, mediterraneam reddidit. Illud idem intelligendum est ex alio Strabonis loco *(h)*, ubi ὑπὲρ αὐτοῦ significat *ulterius progrediendo.*

(a) Ad Melam, I, 17, §. 2, not. exeg. pag. 497, sq.

(b) Ad *Alexandr.* v. 1464.

(c) Pag. 636 (943, C).

(d) Lib. XIV, pag. 636, fin. (p. 944, A).

(e) In *Delph.* v. 48, 49.

(f) Not. exeget. ad Lib. II, cap. 7, §. 4. pag. 597, 602.

(g) XII, 579 (pag. 868, A, B).

(h) XIV, 636 (pag. 943, C).

564. Vulgo Ἀσσυρίων] Quid hoc monstri! quid huc τὸ Ἀσσυρίων facit! quis credat ab Assyriis, qui Thermodontem accolunt, Mæandrum usque bidui noctisque velificatione perveniri! Apage nugas hasce, et lege Ἀστυρίων. Ab Astyra enim orditur Scylax descriptionem Mysiæ et Lydiæ. Sed de hac supra. *Vossius.*

Initium Cariæ a Mæandro pariter ducit Strabo *(a)*.

565. Ἁλικαρνασσὸς καὶ λιμὴν κλειστὸς, καὶ ἄλλος λιμὴν περὶ τὴν νῆσον, καὶ ποταμός] Prioris portus κλειστοῦ meminit Vitruvius *(b)* : . . . *secretus sub montibus latens portus* . . . . Et alterum portum exteriorem distinguit, his verbis : *Artemisia, repente fossa facta, in pelagus eduxit classem ex portu minore, et ita invecta est in majorem.* Cf. *Plan de la ville d'Halicarn.* ed. cl. *Barbié du Boccage*, ann. 1802. Cf. *Addenda.*

Hic notandum, quod simpliciter adnumeratur civitas Halicarnassus, nec dixerit noster, ut Strabo : Ἁλικαρνασσὸς, τὸ βασίλειον τῶν τῆς Καρίας δυναστῶν, *Halicarnassus, regia virorum in Caria principum (c)*. Et inde novum antiquitatis argumentum; nempe, quum occurrit urbs, habitatio regum, illud non prætermittit noster, ut reperitur in §. 67, pag. 277, et *bis* in §. 104, pag. 303. Forsan simili adpellatione ornasset urbem, ubi Mausolus, Philippo coævus, regnabat, si coævus ipse fuisset Scylax. At primus regnum et sedem post multas victorias instituit Mausolus ille in civitate Halicarnasso *(d)*, nec erat βασίλειον Halicarnassus ea ætate, qua floruisse Scylacem contendimus.

Sequentia, καὶ ἄλλος λιμὴν περὶ τὴν νῆσον, fere viderentur jam scripto Periplo serius adjecta fuisse, et referenda ad insulam quamdam, quasi jam nota foret series rerum. Ait quidem Strabo *(e)* esse juxta hanc urbem, insulam Ἀρκόννησον, (rescribit cl. *de Sainte-Croix*, Ἀρχιόννησον *(f)*); idem scribit Arrianus in *Expedit. Alexandri (g)*. Forsan respicit hæc dicendi forma ἄλλος λιμὴν περὶ τὴν νῆσον, ad notam hanc insulam. Hæc tamen non tollunt mihi omnem dubitationem.

Vocem infra ποταμός emendat doctiss. *de Sainte-Croix (h)* in κρήνη, quum nullus esset ibi fluvius, sed celeberrimus fons

(a) Lib. XIV, pag. 659 (pag. 962, C).
(b) Lib. II, pag. 67.
(c) Strab. lib. XIV, p. 656 (p. 969, D).
(d) Vitruv. lib. II, pag. 65, fin. ed. Venet. 1567. Cf. Larcher, *Mém. de l'Institut*, tom. II, pag. 526.
(e) Pag. 970, A. Amstel.
(f) *Mém. de l'Institut*, tom. II, pag. 527, repugnante Stephano, voc. Ἀρκόννησος... sed favente Arriano, *Exp. Alex.* I, cap. 23.
(g) Lib. I, cap. 23.
(h) Loc. cit. pag. 527.

Salmacis *(a)*. At fons rivulum gignit, quem ποταμὸν Scylax vocare potuit.

566. Vulgo Κρυΐνδα] Scribe Καρύανδα : et habebis patriam Scylacis nostri. *Vossius.*

567. Κῶς] De qua cf. Spanhem. ad Callimach. *(b)*, et Tzschuck. ad Mel. *(c)*.

Urbem ejusdem nominis plures in Ægypto collocant *(d)*, forsan illius nomen insula dorica mutuata est. Nec mens est mea in orientales etymologias me rei inscium immittere; at liceat huc adferre Stephanum scribentem : Κῶς, ὄρυγμα... Κόως γὰρ κοιλώματα τῆς γῆς καὶ πάντα τὰ σπήλαια ἔλεγον. Sic inerit huic nomini sensus *depressi loci.* Ecce nunc Strabo *(e)* ait Coorum urbem olim dictam fuisse *Astypalæam*, quod veterem urbem significare nonnulli voluerunt. At Bochartus *(f)* absurdum illud putat, si voci *Astypalææ*, phœnissæ mulieris cujusdam nomini *(g)*, sensum tribueris *veteris urbis.* Ducit ille etymologiam a voce *Astippela*, *estappel*, quæ vim *dejiciendi* et *humilitatis* exprimit. Illud saltem inde consequitur, sensum eumdem esse quem τῷ Κῶς Stephanus tribuit, et quem τῷ Ἀστυπάλαια Bochartus. Sic non erit Astypalæa antiquissimum nomen, et novum contra *Cos*; sed forsan illud et idem valent ambo nomina, quorum posterius tandem invaluit. Cf. *Addenda.*

568. Vulgo Κατὰ ταῦτα Κεραμιακὸς κόλπος] Scribe Κεραμικός. Urbs enim dicitur Κέραμος. Cave autem putes, Con insulam vicinam huic sinui. Rhodo enim proximus sinus Ceramicus : Coos Triopio, de quo infra Scylax. Schol. Theocrit. ad idyll. XVII *(h)* : Ἡ Βερενίκη θυγάτηρ Ἀντιγόνης τῆς Κασάνδρου τοῦ Ἀντιπάτρου ἀδελφοῦ, ἐσπουδακότος τὴν ἐν Κῷ περὶ Τριόπιον τῶν Δωριέων σύνοδον, καὶ τὴν αὐτόθι δρωμένην πανήγυριν, &c. Ita legendum. Vulgo enim pessime, τὴν ἐν περιτροπίῳ. *Vossius.*

Scribit Xenophon Κεράμειος κόλπος *(i)*. Ceterum ægre crediderim hæc a Scylace ipso manare : non tam quod veluti fortuito interjecta videantur, quam quia secum inutilia verba ferant τῆς Καρίας. Illud sat felix in interpolationibus dignoscendum subpetit, quod plerumque adjiciantur quædam ultra justam perspicuitatem posita, et quibus auctor abstinuisset.

(a) Strab. pag. 970, A, Amstel.
(b) In *Delph.* v. 160.
(c) Not. exeg. ad Mel. lib. II, pag. 602, 606.
(d) Stephan. voc. Κῶς; et Ptolem. Conf. Berkel. ad Stephan.
(e) Lib. XIV, pag. 657 (p. 971, B, C).
(f) *Canaan*, col. 373, 375.
(g) De quo cf. Tzschuck. ad Mel. not. exeg. in lib. II, p. 821.
(h) Vs. 61. Cf. ibi Kiessl.
(i) *Hellen.* II, cap. 1, §. 10.

569. Συνησὸς δὲ Εὖρος ...] Mutila lectio. Forte sic emendandus locus : Σύμη νῆσος, καὶ Νίσυρος καὶ λιμήν. *Vossius.*

De sequentibus cf. not. 554.

570. Κνίδος πόλις ἑλληνίς] Scribit Isocrates Asiæ totius litora a Cnido usque Sinopen, græcanicis urbibus sine ulla intermissione impleri : Ἀπὸ δὲ Κνίδου μέχρι Σινώπης, Ἕλληνες τὴν Ἀσίαν περιοικοῦσιν (a).

Infra scribit noster proximam esse Cnido Rhodiorum χώραν. Nempe non semel insulanis paruit adversa pars continentis, quam sæpe proprio nomine vocabant Περαίαν. Laudat Strabo ipse (b) τὴν Ῥοδίων Περαίαν, imo Polybius (c). De quo cf. *Letronnium* ad Strab. (d). Mox apud nostrum melius interpungendum credo : καὶ χώρα ἡ Ῥοδίων καὶ ἐν τῇ ἠπείρῳ, Καῦνος. Aut potius interpolata suspicor hæc, καὶ ἐν τῇ ἠπείρῳ. Quid enim noster adderet ἐν τῇ ἠπείρῳ, quum supra scripserit : ἐπάνειμι παλ. ἐπὶ τ. ἤπειρον ! Hæc prorsus marginales explanationes redolent, ne χώρα ἡ Ῥοδίων de insula intelligeretur. Cf. supra not. 568.

571. Τρίπολις] Similia Homerus in *Iliad.* (e). Pariter dicta τρίπολις νᾶσος Pindaro (f). Νῆσον ἑξάπολιν vocat Malalas in chronogr. (g), sed prave, ut judicat Tzschuckius in Mel. (h).

Ceterum hic iterum liquet non a Scylace profectam titulorum inscriptionem, et *capitum* divisionem. Nam infra succedit *paraplus* Cariæ, qui minime in titulo Ῥόδος includi debuit. Insulam contra Rhodum in Cariæ descriptione Scylax incluserat.

572. Ἀρχαία πόλις] Nihil mutandum esse arbitror. Insulas enim πόλεις appellari, nihil novi. Sic et supra : Φάρος, νῆσος ἑλληνίς· καὶ Ἴσσα νῆσος, καὶ πόλεις ἑλληνίδες αὗται. Himerius apud Photium in oratione quæ inscribitur, εἰς τὴν τῶν Κυπρίων ἐπιδημίαν, inquit : τὴν Κύπρον οἱ ποιηταὶ θεῶν Ἀφροδίτῃ χαρίζονται· ὥσπερ τὴν Δῆλον Ἀπόλλωνι· ἡ γὰρ Κύπρος πόλις μεγάλη. Sic quoque apud Eustathium Archilochus, Thasum τρισοιζυρὴν πόλιν vocat. Apud Aristophanem Sicilia insula dicitur πόλις, cum de ea sic loquitur :

Οἷα πόλις τάλαινα διαλυμαίνεται.

(a) Isocrat. *Paneg.* cap. 43, t. I, pag. 70. Coray.
(b) Lib. XIV, pag. 673 (pag. 990, A).
(c) *Excerpt. leg.* LXVII, pag. 889, A.
(d) Ad *Traduct. franç.* tom. V, pag. 210, not. 3.
(e) Lib. II, v. 665.
(f) *Olymp.* VII, 34. Cf. ibi schol. vet. et recent.
(g) Lib. II, pag. 117, Ven.
(h) In lib. II, cap. 7, §. 4, not. exeget. pag. 613.

Unde apud Hesychium : πόλιν τὴν Σικελίαν, ἀντὶ τῦ νῆσον. Sic legendum. Vulgo perperam πολίσ7ην, Σικελίαν ἀντὶ τῦ νῆσον. Anacreonti Samus ἄστυ νυμφέων appellatur, Idem Hesychius : Ἄστυ νυμφέων, τὴν Σάμον Ἀνακρέων, ἐπεὶ ὕστερον εὔυδρος ἐγένετο. Sed, ut inquit Julius Pollux lib. IX : Τοῖς ποιηταῖς καὶ τὰς κώμας λέγουσι πόλεις, οὐ προσεκτέον. Sed nequeo satis mirari, quod cum Pollux hoc loco inquiat, κώμας a poetis quibusdam urbes vocari, statim in testimonium istius rei, subdat hos Euripidis versus:

Εὔβοια Ἀθήναις ἐστί τις γείτων πόλις. Ixione.
Ἅπασα Πελοπόννησος εὐτυχεῖ πόλις. Temenidis.

At quis unquam Eubœam, et Peloponnesum, κώμην dixit! certe nemo. Harpocration etiam in voce Κεῖοι, testis est, Lysiam, in oratione περὶ τῶν ἰδίων εὐεργεσιῶν, ita scripsisse : Οἱ Κεῖοι μὲν πόλις τοσαύτη. Unde mirum videtur Josephum libro I contra Appionem, reprehendere Ephorum, quod tradiderit, πόλιν μίαν εἶναι τὺς Ἴβηρας, τοὺς τοσοῦτο μέρος τῆς ἑσπερίας γῆς κατοικοῦντας. Plane enim fallitur ipse. Græci quippe, ut ex his, quæ jam attulimus, satis patet, non tantum πλειόνων κωμῶν κοινωνίαν appellant πόλιν, sed etiam πλειόνων πόλεων κοινωνίαν. *Vossius*.

Cf. not. 193 et 261. Sic habet Himerius (eclog. XVII, init.), ἡ γὰρ Κύπρος πόλις μεγάλη. Cf. ibi Wernsdorf. Cf. inprimis Strabonem, pag. 546, A, B, edit. Amstel. et ibi interpp. et Siebelis *Symb. crit.* pag. 345. Consule etiam patris mei *Géogr. d'Hérod.* t. II, p. 174, 175. Demosthenes *(a)*: . . μὴ καταλαμβάνειν Κῶν, καὶ Ῥόδον, καὶ πολλὰς ΠΟΛΕΙΣ ἑτέρας ἑλληνίδας. Cf. *Addenda*.

Omnino delenda καὶ ἀρχαία πόλις, censet cl. *Niebuhr*. *(b)*.

573. Vulgo Κερόσος] Corrige cum Salmasio, Κάσος. *Voss.*

574. Κάρπαθος] Quam insulam esse τετράπολιν ait noster. At Strabo *(c)* : Κάρπαθος. . . . τετράπολις δ' ὑπῆρξε. De antiquissima hujus insulæ occupatione, Diodorus *(d)* : Τὴν δὲ Κάρπαθον πρῶτοι μὲν ᾤκησαν τῶν μετὰ Μίνω τινὲς συστρατευσάντων, καθ' ὃν χρόνον ἐθαλαττοκράτησε πρῶτος τῶν Ἑλλήνων, . . . *quo tempore mare in potestate ejus* (Minois) *erat*, ut vertit Rhodomanus, omissa voce πρῶτος. Sed *primus* inter Græcos, maris imperio potitus est Minos, teste etiam Thucydide *(e)* : Μίνως

(a) *De Rhod. Lib.* pag. 147, D, edit. Francof.

(b) In *Abhandl. der Kœnig. Akadem. von Berlin*, 1804 - 1811. *hist. phil. Klass.* p. 89.

(c) Lib. X, pag. 489 (pag. 749, A).

(d) Lib. V, cap. 54.

(e) Lib I, cap. 4.

γὰρ παλαιτατος, ὧν ἀκοῇ ἴσμεν, ναυτικὸν ἐκτήσατο. . De Carpatho cf. Tzschuck. ad Mel. *(a)*.

575. Vulgo Θεανισσὸς] Emenda Τελμισσὸς καὶ λιμήν. *Voss.* De scripturæ vocis multiplici variatione adi Tzschuckium *(b)*. Ceterum supra non male πόλεις Λυκίοις αἵδε, dum soleat noster dicere καὶ πόλεις ἑλληνίδες αἵδε; nempe urbes, quæ sequuntur, sunt barbaræ. Saltem de urbe Telmisso, Arrianus *(c)*: Οἱ δὲ ἄνθρωποι οὗτοι, τὸ μὲν γένος Πισίδαι εἰσὶ, βάρβαροι. Meminit portus Scylaci laudati, Strabo his verbis: Τελμισσὸς πολίχνη [Λυκίων], καὶ Τελμισσὶς ἄκρα, λιμένα ἔχουσα.

576. Ξάνθος, δι' οὗ ἀνάπλους εἰς Πάταρα πόλιν, καὶ λιμένα ἔχει] Hæc acriter exagitat Vossius in notis ad Melam, adeo ut Xanthi ostia ab Limyris remotiora et ultra Patara notet fuisse sita, immo ut id falsum esse dicat et omnino verum esse vel errasse Scylacem, vel ita scripsisse: Ξάνθος δι' οὗ ἀνάπλους εἰς πόλιν. Πάταρα πόλις ἢ καὶ λιμένα ἔχει. Equidem scribit Strabo, μετὰ τὸν Ξάνθον esse Πάταρα; sed eo sermone non abigitur hæc urbs ab Xanthi ripa. Immo Appianus lib. IV *(d)* *Belli civilis*, quum Πάταρα describat πόλιν ἐοικυῖαν ἐπινείῳ Ξανθίων, certe significat apposita fuisse illi fluvio, per quem descensus erat ad ejus velut navale. Itaque ἀνάπλους qui innuitur ab Scylace, potest accipi non multus ab mari. Etiam ἀνάπλους ex mari ad urbem Limyra, erat circiter XX modo stadiorum. *Gronovius.*

Gronovio adsentitur Tzschuckius *(e)*. Equidem cum illis censeo, Vossii conjecturam aliquid repugnantis habere, tum quod vulgata lectio nimium perturbatur, tum quod Vossii conjectura recedit a solemni scribendi ratione Scylacis. Noster enim non scripsisset nude: Ξάνθος, δι' οὗ ἀνάπλυς εἰς πόλιν. Ille aut scripsisset εἰς πόλιν ὁμώνυμον, vel potius Ξάνθος ποταμὸς, καὶ πόλις ὁμώνυμος. . . . ut sæpe *(f)*. Imo ægre crediderim *anaplum* dari per flumen, ad urbem Patara. Gronovius ipse adfert locum Appiani, scribentis *Patara esse* πόλιν ἐοικυῖαν ἐπινείῳ Ξανθίων. Atqui vix potest distare hic portus a mari. Imo ubique scribit Scylax ἀνάπλυς κατὰ ποταμὸν *(g)*, vel. ἀνὰ ποταμόν *(h)*; sed nusquam διὰ ποταμοῦ. Voces δι' οὗ ἀ. ε. Π. π. κ. λιμένα ἔχει, forsan interpolatæ fuerunt, sed alio ordine. Τῷ Ξάνθος nescio quis adjecit suo, sed non scylaceo græcismo,

(a) Ad lib. II, not. exeg. pag. 823-825.
(b) Ad Mel. lib. I, cap. 15, S. 3, not. crit. pag. 480, et not. exeg., pag. 454.
(c) *Exped. Alex.* I, p. 17, init. ed. Steph.
(d) Cap. 82.
(e) Ad Mel. II, 15, S. 3, not. exeget. pag. 450, 451.
(f) Sic Strabo, pag. 1191, A.
(g) Conf. pag. 257, 299, 300, 301.
(h) Conf. pag. 277, 287.

δι' οὗ ἀνάπλυς εἰς πόλιν. Sic ille urbem Xanthum intelligebat. Forsan etiam adjectum fuit de urbe Xantho, καὶ λιμένα ἔχει Πάταρα, quæ concinunt cum Appiani verbis supr. cit. *(a)*. At si vulgata lectio servanda erit, et si offendamur, nec immerito, quod Scylax urbem Patara silentio prætermiserit, illud ultimum conjiciam : scilicet vocibus δι' οὗ sensus inerit amnem ad ostia *transeundi*, ut perveniatur ad Patara parum a mari distantem, sed in flumine ipso sitam; sic erit et *anaplus* ad urbem, et navigatio διὰ τοῦ ποταμοῦ, potius quam ἀνά vel κατὰ τὸν ποταμόν. Ut ut sit, interpolata sunt hæc : καὶ λιμένα ἔχει. De nomine ipso Πάταρα, adi Tzschuck. ad Mel. *(b)*.

577. Φελλός] Lege Φελλὸς πόλις, ex omnibus. *Vossius.*

578. Αἰγαία] Forte legendum est, εἶτα Γαγαία πόλις. Stephanus : Γάγαι, πόλις Λυκίας, ἣν καὶ παλαιὸν τεῖχος, καὶ χώραι φησὶν 'Αλέξανδρος, ἐν τετάρτῃ Λυκιακῶν. Sæpissime enim urbium nomina, quæ in αι terminantur, fiunt singularia, additione τοῦ α, ut Αἶγαι Αἰγαία, Πύλαι Πυλαία, 'Αμφαναὶ 'Αμφαναία, et sexcentis aliis. *Vossius.*

Legerat Salmasius *(c)* Γάγαι.

579. Vulgo Χελιδόναι, ἀκρωτήριον καὶ νῆσοι δύο] Lego Χελιδονίαι. Hujus promontorii meminit Plinius lib. V, cap. 27. Strabo, ἄκραν ἱερὰν vocat lib. XIV *(d)*. Sed miror, cum Dionysius Alexandrinus, Strabo, Plinius, et alii plures, tres Chelidonias insulas faciant, Scylacem binas tantum dicere. *Vossius.*

An opus erat priore hujus annotationis parte ei, qui legerat Hœschelii notam, quæ sic ad hunc locum habet: (ms. Χελιδωνίαι. Ptolem. Χελιδονίαι, Strab. Χελιδονέαι [XIV, pag. 982, Amstel.] et Χελιδονίαι lib. XVI [!])! Et tamen hanc exstare Vossius noverat. *Gronovius.*

Habet Ptolem. Χελιδονίαι, V, fin.; sed Χελιδονέαι, I, 15. Chelidoniarum insularum nomina propria reperire est apud Stephan. *(e)*.

580. Διονυσιάς] Malim Διονυσία νῆσος, ut Plinius, lib. V, cap. 30. *Vossius.*

581. Σιδηροῦς] Puto hanc eandem esse ac illam de qua Stephanus, Σιδηροῦς πόλις Λυκίας, καὶ λιμήν, &c. Sic legendum. *Vossius.*

582. Καὶ πῦρ πολὺ αὐτόματον.,.. σβέννυται] Sic Plinius *(f)*

(a) Pag. 635, D, ed. Stephan.
(b) Ad loc. cit.
(c) In *Plinian. Exercit.* pag. 551.
(d) Pag. 666 (pag. 982, A).
(e) Voc. Χελιδόνιον.
(f) V, 27.

de locis iisdem : ..... *Mons Chimæra noctibus flagrans, Hephæstium civitas, et ipsa sæpe flagrantibus jugis.* Virgilius *(a)... flammisque armata Chimæra.*

Plurima docent Asiam minorem subterraneis ignibus laborasse. Quorum vestigia refert nomen ipsum Phrygiæ, a φρύττω, imo nomen Phrygiæ *κατακεκαυμένης (b).* Ardebat quoque hujusmodi flammis proxima Asiæ insula Lemnus *(c).* Hic locus adeundi egregiam dissertationem doctiss. comitis *de Choiseul-Gouffier*, in *Mémoires de l'Institut (d).* Credidit vir cl. subterraneis ignibus disruptas fuisse terras, quæ Propontidis lacum a lacu superiore separabant, unde ortus Bosporus Thraciæ, et junctum Ponto Euxino mare Mediterraneum; unde Ogygium diluvium, ann. circiter 1759° aut 1796° ant. Christ. Sed dux cl. *Andréossy* (*Essai sur le Bosph.* p. 66 sqq.) hanc aperturam non ignibus vulcaniis, sed locorum naturæ ipsi tribuit.

583. Φασηλὶς πόλις καὶ λιμὴν] Quæ civitas a Dionysio *(e)* non *Lyciæ*, sed *Pamphyliæ* adscribitur. Cf. finem not. 587. De Phaseli, sic Eustathius *(f)* :.. Φάσηλις, λίμνη καὶ πόλις, ἀξιολόγους ἔχουσα τρεῖς λιμένας.

584. Ἔστι δὲ τοῦτο κόλπος, καὶ Ἴδυρος πόλις] Lego ἔστι δὲ κατὰ τοῦτο κόλπος, καὶ Ἴδυρος πόλις. Idyri autem urbis meminit Ethnicographus; quamvis is eam Pamphyliæ tribuat : Ἴδυρος πόλις καὶ ποταμὸς Παμφυλίας. ἢ καὶ Ἰδυρὶς ὀξυτόνως. *Vossius.*

Rescribendum potius Μετὰ δὲ τοῦτο κόλπος....

585. Vulgo Αὐρρία, Τεία, Ὀλβία, Μάσηδος καὶ ποταμὸς... Περτήπολις] In alio codice erat καὶ ποταμὸς Καταρρ... Unde fac Καταρράκτης. Totum autem locum ex emendatione magni Salmasii ita rescribe : Νῆσος Λυρνατία, Ὀλβία, Μάγυδος, καὶ ποταμὸς Καταρράκτης, Πέργη πόλις καὶ ἱερὸν Ἀρτέμιδος. *Vossius.*

Utique Καταρράκτης hic vel Καταρράκτης etiam notus fuit et publicatus in hoc loco ab Hœschelio [in not.], et Λυρνατία fuerit Lyciæ χερρόνησος vel χωρίον, non legitur fuisse νῆσος. Unde forsan erit, ut hæc Scylacis νῆσος Αὐρρία possit esse Stephani Byzantii νῆσος Ἀργαῖς. Porro hanc oram Lyciæ sic retulit geographus Ravennas, lib. II *(g)* : *Aspendos, Perge, Antrapa, Cambra, Magydo, Erinudi, Atalia, Olivia, Faselis.* Ubi in quarto et tertio vocabulo patet residere literas vocis Καταρρ, quasi præter Cataracten fluvium fuerit aliquod instar urbis in ostio

(a) *Æneid.* VI, 288.
(b) Conf. Strab. lib. XII, pag. 579.
(c) Conf. Sophocl. *Philoct.* 800 et 986, ed. Br. et ibi schol.
(d) Tom. II, pag. 484 - 505.
(e) *Perieg.* v. 855.
(f) Ad loc. Dionys. laud.
(g) Cap. 18, init.

ejus exstructum. Etsi videatur ante vocem Πέργη fluvius præivisse. *Gronovius.*

Pro Καταῤῥάκτης legebat Salmasius *(a)* Κέςρος.

586. Καὶ ἱερὸν Ἀρτέμιδος] De sede hujus loci, Dianæ sacrati, adi Tzschuckium in Melam *(b)*.

587. Ἐντεῦθεν παράπλους ἐστὶν ἀπὸ Λυκίας] Suspectus locus. Forte: Πέργη πόλις, καὶ ἱερὸν Ἀρτέμιδος ἐνταῦθα. Παράπλους δέ ἐστιν Λυκίας ἡμέρας καὶ νυκτός. Ὁ δὲ παρὰ γῆν διπλάσιος τούτου. Ἔστι γὰρ κολπώδης. Inquit Lyciam, procul a littore cursum tenenti, spatio diei et noctis prætervehi: oras vero legentibus laciniasque sinuum circumeuntibus, biduo et binoctio opus esse, cum sit maxime sinuosa. *Vossius.*

Hunc locum censeo ita ex Scylacis manu profectum: Ἐντεῦθεν παράπλους ἐστὶ Λυκίας ἀπὸ Καρίας (vel ἀπὸ Τελμισσοῦ), ἡμέρας καὶ νυκτός· ὁ δὲ παρὰ γῆν διπλάσιος τούτου. Et primum minime suspectum mihi τὸ ἐντεῦθεν, quamvis redundare videtur; similia ex ipso Scylace reperias §. 19, p. 245, et §. 109, p. 316, init., et in Æschyli *(c)* hisce:

Ἥκω σαφῆ τἀκεῖθεν ἐκ στρατοῦ φέρων.

Sic Thucydides *(d)*: Πρὸ γὰρ τῶν Τρωϊκῶν, οὐδὲν φαίνεται πρότερον κοινῇ ἐργασαμένη ἡ Ἑλλάς. In nostro Scylacis loco fuit in posterum hæc lacuna: Παράπλους ἐστὶ Λυκίας ἀπό..... Credidit librarius quidam pendere Λυκίας ab ἀπό, et scripsit: ἐστὶν ἀπὸ Λυκίας............ Etiam supra et infra proxime habet noster hanc repetitam formam: (§. 95), Παράπλους Φρυγίας ἀπὸ Μυσίας μέχρι....; (§. 97, fin.), Παράπλους δὲ Μυσίας καὶ Λυδίας ἀπὸ Ἀστυρείων..... &c.; aut: (§. 101), Παράπλους Παμφυλίας ἀπὸ Πέργης... Similem scribendi formam procul dubio adhibuit noster in hoc loco. Quod adtinet ad ἔστι γὰρ κολπώδης, quum reperiam hæc verba male interposita, hæc potius crediderim margini nuper inserta fuisse et irrepsisse in textum, quam e Scylacis manu profecta. Ceterum notandum, quod priscos Lyciæ latioris limites hic habeamus, diversos a limitibus apud Strabonem datis. Nempe Scylacis Lycia extenditur ad Pergen urbem; Strabo contra *(e)* de Chelidoniis insulis: Αὗται δ' εἰσὶ νῆσοι κατὰ τὴν ἀρχὴν τῆς Παμφυλίων παραλίας. Ergo Lyciæ et Pamphyliæ terminus erat

(a) In *Exerc. Plin.* pag. 548.
(b) Not. exeget. ad lib. 1, cap. 14, §. 2, pag. 431, 432.
(c) *Sept. adv. Theb.* v. 40.
(d) 1, 3.
(e) Lib. XI, pag. 520, fin. (pag. 791, C).

promont. Strab. p. 982, A, dictum Ἱερὰ ἄκρα. Cf. not. 583, 584.

588. Vulgo Σύλλον] Scribendum omnino est Σύλλιον, vel Σύλλειον. *Vossius.*

Ex Arrian. I, 17, et Polyb. XXII, 17, §. 11. Jam rescripserat Hœschelius Σύλλειον. Ceterum habet Stephanus Σύλειον; et dignoscit ejusdem urbis nomen cl. Bastius ad Gregor. p. 22, in Porphyrii loco quodam (cf. Villois. *Anecdd.* II, p. 104), ubi scribitur Σύλαιον. Mox de *Side*, Cumæorum colonia, cf. Strabonem, p. 983, D, et Mannert. VI, II, p. 123.

589. Κορακήσιον] Diversi fuerunt vario tempore Ciliciæ termini, teste Solino cap. 41, §. 38. Ait Plinius V, 27, *finem antiquum* Ciliciæ fuisse Melanem fluvium; hic idem est Strabonis ætate (pag. 984, A, C), et apud Ptolemæum et auctorem Stadiasmi §. 193. Antiqua autem tempora inter, et recentiora Strabonis et Ptolemæi, debuit Ciliciæ terminus orientalior esse; nam nunquam ad occidentem Melanis patuit hæc regio, et differre debet terminus Pliniana ætate, ut non sit *antiquus.* Videtur ad limites illos, quos innuit Plinius, respicere locus Strabonis, ubi *Celenderis nonnullis dicitur esse terminus Ciliciæ, nec vero Coracesium.* Forsan quoque Plinius innuit *Anemurium*, quo apud Melam I, 13, fin., Pamphylia terminatur. Eosdem limites admiserat Hecatæus, ex quo Stephanus: Νάγιδος, πόλις μεταξὺ Κιλικίας καὶ Παμφυλίας. Ἑκαταῖος Ἀσίᾳ (qui locus deest in cl. Creuzeri *Hist. gr. Fragm.*). Unde concludendum, aut respicere *antiquos limites* Plinii ad tempora quinto seculo anteriora, quod ægre crediderim, aut primum vivente Hecatæo, ab Anemurio incœpisse Ciliciam; paullo serius a Melane fluvio; iterum ab Anemurio, dum Plinius viveret. Quod autem adtinet ad Scylacem, qui videtur Coracesium cum Mela in Pamphilia ponere, illud neque ex auctore genuini peripli manare, neque ad ætatem hujus compagis geographicæ redire censeo. Laudat Tzschuckius ad Mel. l. 1, not. exeg. p. 424, plures recentiores, ut Herocl. p. 682, apud quos Coracesium Pamphiliæ ultimus est locus. Adjicit Tzschuckius: *Sed et diu antea Scylax.* Ego posterius inserta suspicor hæc: Εἰσὶ δὲ καὶ ἄλλαι.... usque ad Κορακήσιον; conf. *Addenda*, p. 573; et, ni fallor, Scylax Selinuntem primam Ciliciæ urbem laudando, Coracesium prætermisit, et Melanem amnem, quamvis omissum, suæ Ciliciæ terminum esse innuit, utpote *antiquum* ex Plinio, sed Hecatæo recentiorem. Ceterum conf. Mannert. VI, II, pag. 87, et Tzschuck. l. c., nihil mendosi apud Scylacem suspicatos.

590. Κιλικία] Duplex Cilicia fuit, una Troadis, altera Syriæ: quod testatur Strabo, p. 930, B: Οἱ δὲ... λέγουσι τοὺς Κίλικας τοὺς ἐν Τροίᾳ μεταναστάντας εἰς Συρίαν ἀνωκισμένους, ἀποτέμνεσθαι παρὰ τῶν Σύρων τὴν νῦν λεγομένην Κιλικίαν. Sed, quamvis Cilices nonnullis Achæi aut Hypachæi dicti fuerint, ego tamen censeo nomen Κίλικες non recentius altero esse. Ait Herodotus (VII, 91; cf. Eusth. ad Dionys. vs. 874) Cilices, primum Hypachæos dictos, a *Cilice, Agenoris filio*, viro Phœnice, suum nomen *Cilices* accepisse. Hæc respiciunt prorsus ad tempora excidio trojano antiquiora, et ad priscas Phœnicum migrationes. Cilix apud Apollod. III, 1, 1, est Cadmi frater, et fere nullus dubito, cum Bocharto, *Geogr. sacr.* col. 359, quin fabulosus sit *Cilix* ille, aut nomen suum ei ex regione ipsa inditum. Etymologiam vero Bocharti, *lapidis* et *lapidosæ regionis* sensum referentem, hic adpono, sed amoto meo judicio. Forsan inde latina vox *silex, silicis*. Ut ut est, Phœnicum coloniæ procul dubio in Cilicia erant, ante argivas colonias et trojana tempora. Imo Troadis Cilices a Cilicibus Syriæ vicinis oriundos conjicio, nedum pro ipsis conditoribus haberi debeant, quod innuit rumor a Strabone, p. 995, A, laudatus. His etiam adductus sum ad id, ut Lycios, Syriæ vicinos, antiquiores judicem Lyciis Troadis, quamvis Eustathius ad Dionys. vs. 357, dixerit de illis: ἄδηλον δὲ πότεροι τοὺς ἑτέρους ἀπῴκισαν; et illud uberius demonstratum reperio in doctiss. *Raoul-Rochette, Hist. des Colon.* II, p. 145, sqq.

591. Σελινοῦς] Straboni, p. 986, A, non *urbs*, sed *fluvius* dicta; at mendose, judice Mannerto l. c. p. 85. Primus omnium noster ejus meminit. Hæc civitas procul dubio a Phœnicibus condita fuerat, pariter ac Selinus Siciliæ. Scylaci non dicitur illa πόλις ἑλληνίς, dum mox ille scribit: Ὄλμοι πόλις ἑλληνὶς, ... Σόλοι, πόλις ἑλληνίς. Nulla enim græca colonia hanc condidisse fertur, et quum Græci post Trojam captam illuc tantum devenerint (Græcos huc antea pervenire non potuisse satis docet Thucyd. I, cap. 3, et pass.), tum liquet Phœnices quoque ante Trojæ excidium in his litoribus urbes et emporia condidisse. Sic supra nomen *Ciliciæ* non græcum esse, sed forsan græcis coloniis antiquius conjeci in not. 590.

592. Χαράδρους πόλις καὶ λιμήν] De qua Strabo p. 986, B: Εἶτα Χαράδρους ἔρυμα, καὶ αὐτὸ ὕφορμον ἔχον. Cujus meminit etiam Ptolemæus V, 8, et auctor Stadiasmi §. 179, apud quem corrupte Χάραδρον. Ait Scylax ibi esse λιμένα, Stadiasmus ὕφορμον; de quo vide nostra ad Stadiasm. §. 3.

593. Vulgo Νάμαος] Puto legendum esse Νάγιδος. Stephanus: Νάγιδος πόλις μεταξὺ Κιλικίας καὶ Παμφυλίας. Ἑκαταῖος Ἀσίᾳ. Μετὰ δὲ Νάγις (Ναγίδος Berkel.) πόλις ἀπὸ τοῦ Νάγιδος κυβερνήτου, καὶ νῆσος Ναγιδοῦσα. Νάγιδος δ' ἐκλήθη, διὰ τὸ Νάγιν αὐτὴν κτίσαι. *Vossius.*

Strabo p. 986, B, etiam Anemurio proximam hanc urbem collocat; sic Mela I, 14, fin.

594. Καὶ νῆσον] Cujus insulæ, nullus alius meminit, quam Hecatæus ap. Steph., supra Vossio laudatus. Quum autem illa veterrimis tantum auctoribus laudetur, conjiciendum est eam fluctibus fuisse obrutam. Illud autem novum antiquitatis indicium est, Periplo nostro vindicandum.

595. Σητόν] Ita etiam latina Vossii *ad Setum vero portum*, quo nomine prorsus nemo illic fuit. Sed egregie nomen illi verum restituo τὴν Σύκην. Ex Stephano et Athenæo nota fuit viris doctis Cilissa illa Σύκη: sed eam hic positam fuisse unus profecto nos docet Ravennas geographus ita recensens hæc loca: *Anemurion, Arsinoe, Sicæ, Celenderis*, ut abhinc ille Scylacem sit stabiliturus. Arsinoen quoque notat Strabo ἔχειν πρόσορμον. *Gronovius.*

Ait *Leake* in *Journal of a Tour in Asia minor*, p. 202, collocandam esse Sycen juxta hod. *Cape-Kizliman*. Ego vero apud nostrum ægre legerem Σύκη, quum ex Ravennati ipso *Sicæ* sint ad Sept. et orientem Arsinoes, dum Scylax suam Σητόν ponit ad occidentem Posidii, et Posidium ad occidentem suæ *Myus*, fors. ejusdem ac Arsinoes. Cf. not. 597. Fors. legendum πρὸς δὲ τὴν νῆσον (quæ Nagidi urbis insula est) λιμὴν Ποσείδειον; vel νῆσον ἔχει· πρὸς δὲ τὴν γῆν λιμένα Ποσιδ.; vel πρὸς δὲ τὴν ἕω τὸν λιμένα. Nihil habeo non dubium, quod adferam; ceterum ibi videntur nonnulla inserta fuisse, quæ perturbationem fecerunt.

596. Vulgo Πισιθέειον] Ποσείδειον Salmasius. *Vossius.*

Habet Stadiasmus §. 175, Ποσείδιον, a Celenderi distantem 107 stadiis.

597. Σάλον, Μυῦς] Σωλῦς pro Σόλον Μυῦς reponendum censeo. *Vossius.*

At Σάλον vulgatum est, non Σόλον: Vox est nihili illud σάλον, aut pro σάλος inserta. Stadiasmus, qui litoris hujus descriptionem accuratam præbet, inter Celenderim et Posidium, Mandanen tantum collocat §. 174, 175. Scylax ponit Σάλον, Μυῦς, ubi Stadiasmus Mandanen. Videtur Μυῦς eadem esse ac *Myanda* Plinii, quod jam vidit Mannertus l. c. pag. 84. Forsan quoque aliquid commune habet hæc Μανδάνη Stadiasmi

cum mendoso Μυὺς Scylacis. Imo nonnulli mss. ap. Plin. pro *Myanda* exhibent *Mysanda*, quod Scylacis lectioni Μυὺς propius est. Quum recte viderit Mannertus l. c. pag. 82, *Arsinoen* urbem, a Strabone pag. 986, B, juxta Celenderim collocatam, florentibus tantum romanis rebus, ita vocari potuisse, forsan Μυὺς, aut Μυάνδη, aut aliquid simile, priscum nomen fuit hujus urbis, *Arsinoe* recentius. Ut ut est, videtur σῦλον non esse pro nomine proprio habendum.

598. Vulgo Κελένδρις] Ediderat Hœschelius ex Ptolemæo Κελενδερίς. In mss. Κελενδρίς. *Hudson.*

Sed rescribendum, ut scripsit Hœschelius. Vide tamen varias vocis scripturas in not. critic. Tzschuck. ad Mel. I, p. 455, 456. De Syria origine hujus civitatis, vide Apollod. III, 14, §. 3.

599. Ἀφροδίσιος] Aliis Ἀφροδισία. *Vossius.*

Livio l. 33, c. 20, *Aphrodisias*; Ptolem. V, 8, et Stadiasmo §. 169, Ἀφροδισίας; *Promontorium et oppidum Veneris* Plinio.

600. Vulgo Ὄανοι πόλις ἑλληνὶς ἀπέχουσα] Existimo hic numerum stadiorum, vel navigationis spatium, intercidisse: imo vereor, ne et ipsum urbis nomen corruptum sit. *Vossius.*

Satis liquido in vocabulo primo residet urbs Ὄλμοι, quæ aliis adpellata Ὄλμος, quam plane facit Strabo Celenderi vicinam, nisi quod postponat; quum Scylax videatur priorem locare. Sed id constat sæpius accidere. *Gronovius.*

Holmi erant urbs mediterranea, quod innuit τὸ ἀπέχουσα... Scylacis, et contextus Stadiasmi §. 164, 165. Lacunam numeri apud Scylacem fere adimplet Stadiasmus idem, dicendo ab Holmis ad prom. Mylas esse 40 stadia. Fere totidem forsan distabant Holmi a mari.

601. Σαρπηδὼν πόλις ἔρημος καὶ ποταμός...] Suspectus locus. Forte legendum Σαρπηδὼν πόλις, ὅρμος καὶ ποταμός. Verius tamen puto, Σαρπηδὼν πόλις καὶ λιμὴν ἔρημος καὶ ποταμός. Sic quoque infra, αὗται πᾶσαι λιμένας ἔχουσι ἐρήμους. *Vossius.*

Non potest dubitari quin pro Ἔρημος sit reponendum Λάτμος. Hoc enim nomine locus et fluvius illic occurrit apud Strabonem, ὁ Λάτμος ποταμὸς καὶ κώμη ὁμώνυμος; ideo Scylax quoque noluit dare dignationem urbis. *Gronovius.*

Si liceret legere cum Vossio Σαρπηδὼν πόλις καὶ λιμὴν ἔρημος, ego deinde rescripsissem καὶ ποταμὸς Πίνγαρος vel Πίναρος. Meminit enim hujus amnis Theophrastus, ceu proximi urbi *Solis*. Cujus verba sunt *Hist. Pl.* II, 3: Περὶ δὲ Σόλους τῆς Κιλικίας παρὰ ποταμὸν Πίνγαρον,... Hic fluvius, quem numerat Dionys. vs. 867 tres inter Ciliciæ celeberrimos, Scylaci prætermitti vix po-

fuit. De quo amne cf. Cellarium in *Geogr. antiq.* *(a)*. Sed optanda tamen Gronovii conjectura mihi videtur, quum adjiciat Strabo : μετὰ δὲ Λάτμον, Σόλοι πόλις ἀξιόλογος. . . . Sed locum Scylacis paullo aliter rescribo, sic : Σαρπηδὼν πόλις, Λάτμος πόλις καὶ ποταμὸς, Σόλοι. . . . Nempe floruit, florente Scylace, urbs quæ, valde in posterum imminuta, κώμη tantummodo Straboni dicitur.

602. Σόλοι] Duplex est hujus nominis urbs, una Ciliciæ, altera Cypri insulæ. Utramque aiunt plures veterum *(b)* a *Solone* adpellatam fuisse; sed ex græca analogia haberemus, Σολωνία vel Σολώνεια ἀπὸ τοῦ Σόλωνος, ut Ἀπολλωνία ἀπὸ τοῦ Ἀπόλλωνος. Sic Stephanus : Μαρώνεια, ἀπὸ τῆς Μάρωνος γεννικῆς. Idem : Καυλωνία, ἀπὸ τοῦ Καυλῶνος. Ita sexcenties : sed quid sibi vult Σόλοι ἀπὸ τοῦ Σόλωνος ! In dissertatiuncula quadam gallica *(c)*, conjeci hoc urbis nomen a punica stirpe manare, et *saxosi loci* sensum referre, ut *Solunta*, Siciliæ urbem, promontoriumque *Soloëntem* juxta Gaditanum fretum. Imo suspicatus sum *Solos* Ciliciæ, esse *Solorum* Cypri coloniam.

603. Μαλλός] De fluvio *Pyramo* et urbe *Mallo* cf. Strabonem *(d)*. Locus est apud Eustathium *(e)*, ex quo colligendum videtur olim hanc civitatem dictam fuisse Lyrnessum. Eustathii hæc verba sunt : Ὅτι Κιλίκων ἐστὶ πόλις καὶ ἡ Λυρνασσὸς, ἄλλη παρὰ τὴν Τρωϊκὴν, ὀνομαζομένη καὶ Ὁμαλή (legit Berkelius *(f)* Μαλλός). Sed silent ceteri auctores de duplici ista urbis adpellatione. Imo nihil tale conjicere sinunt Dionysius *(g)* Priscianusque *(h)*, qui distincte numerant Lyrnessum Mallumque. Ego autem Eustathii verborum seriem minime perturbo, ut Berkelius pro . . . Λυρνησσὸς, ἄλλη παρὰ τὴν Τρωϊκὴν, ὀνομαζομένη καὶ Ὁμαλή . . . rescribens καὶ ἡ ὀνομαζομένη Μαλλός; sed aliter interpungo : . . . . ἡ Λυρνησσὸς (ἄλλη παρὰ τὴν Τρωϊκὴν) ὀνομαζομένη· καὶ Μαλλός. Imo debuit Eustathius vocem ὀνομαζομένη adhibere τῷ Λυρνησσός, ut nos doceret esse etiam in Cilicia urbem *Lyrnessum dictam*, quæ a troica Lyrnesso distinguenda erat : at non solet ille urbium seriem nuntiare hac forma dicendi : μετὰ δὲ . . . ἡ ὀνομαζομένη πόλις . . . Ceterum de *Malli* ortu et situ, consule Strabonem *(i)*,

(a) Lib. III, cap. 6, tom. II, pag. 150, 151, ed. 1706.

(b) Conf. Eustath. ad Dionys. vs. 875; Euphorion. ap. Stephan. voc. Σολ.; Plutarch. *Solon. vit.* cap. 26, ed. Hutt.; Diogen. Laërt. lib. I, in *Solone*.

(c) Ad calcem gallicæ *Dissertation sur le Périple de Scylax*, pag. 81 sqq.; Paris, 1825, in-8.°

(d) Lib. XIV, pag. 675 (pag. 993, A).

(e) Ad Dionys. *Perieg.* v. 871.

(f) Ad Stephan. voc. Μαλλός.

(g) Dionys. v. 871,

(h) *Perieg.* v. 818,

(i) Lib. XIV, pag. 675 (pag. 993, A).

Stephanum, Eustathiumque *(a)*. Discrepat ab Arriano et ceteris Eustathius de Malli origine. Arrianus *(b)* nempe ait Mallos Argivorum colonos esse, ὅτι Ἀργείων μὲν Μαλλοὶ ἄποικοι ἦσαν; Eustathius contra illos indico genere oriundos refert, his verbis: Ἰστέον δὲ καὶ ὅτι ἔθνος ἐστὶ μαχιμώτατον Ἰνδικὸν οἱ Μαλλοί. Separatim inseruit Stephani abbreviator gentem Mallorum *(c)*, quam indicam esse scribit, et a Mallis, Ciliciæ gente, distinguit. Quum autem argivam hujus urbis originem diserte monstraverit doctiss. *Raoul-Rochette (d)*, liquet Eustathium in pravam confusionem duplicis gentis delapsum fuisse.

604. Vulgo Ἀλάνη] Lege ex emendatione viri incomparabilis clar. Salmasii, Ἀδάνη: quamvis ea sit mediterranea. *Voss.*

605. Vulgo Μυελανδὸς] Μυρίανδρος erat scribendum. *Vossius.*

Hanc civitatem, ut jam vidit Tzschuckius *(e)*, Syriæ adscribunt Pomponius *(f)*, Plinius *(g)*, Stephanus, Martianus Capella *(h)*; ut Ciliciæ Scylax et Strabo *(i)*.

606. Θάψακος] Nullus Thapsaci amnis in Cilicia meminit. Plinius *(k)* in brevi spatio hic flumina collocat *Diaphanem, Andricum, Pinarum, Lycum, Chlorumque.* Cui respiciat Thapsacus noster, obscurum. Unius meminit Strabo *(l)* *Pinari.* Cf. not. 614.

607. Vulgo εἰς Σολυαίδος], Facile, qui attendat, animadvertet locum esse depravatum. Lego, Ἐκ δὲ Σινώπης τῆς ἐν τῷ Πόντῳ διὰ τῆς ἠπείρου, καὶ τῆς Κιλικίας εἰς Σόλους, ὁδός ἐστιν ἀπὸ θαλάσσης εἰς θάλασσαν ἡμερῶν ε'. Neque est, quod quisquam dubitet de hac nostra emendatione. Ecce verba Herodoti lib. II *(m)*: Ἡ δὲ Αἴγυπτος τῆς ὀρεινῆς Κιλικίης, μάλιστα κη ἀντίη κέεται. ἐνθεῦτεν δὲ ἐς Σινώπην, τὴν ἐν τῷ Εὐξείνῳ Πόντῳ, πέντε ἡμερέων εὐθεῖα ὁδὸς εὐζώνῳ ἀνδρί. Nihil certius. *Vossius.*

De voce ὁδὸς, *itinere pedestri*, obposita voci πλοῦς, cf. not. 117, p. 363, cf. Scylac. §§. 26 et 41. Adde Strabonis hæc: Ἐντεῦθεν δ' ἐπὶ τὴν πόλιν οὐ πολλὴ ὁδός ἐστιν, οὐδὲ πλοῦς (pag. 941, C, Amstel.).

608. Ἡμερῶν ε'.] Cf. Herodotum, lib. I, c. 72, fin. Hoc iter esse septem dierum scribit Scymnus Chius *(n)*.

(a) Loc. supr. laud.
(b) Arrian. *de Exped. Alex.* lib. II, p. 33, C, ed. Stephan. 1575.
(c) Paullo ulterius enim: Μαλλοὶ, ἔθνος Ἰνδικόν.
(d) *Hist. des colon.* t. II, pag. 405, 406.
(e) Ad Melam, lib. II, cap. 12, §. 5, tom. V, pag. 395.
(f) Lib. I, cap. 12.
(g) Lib. II, cap. 108; et lib. V, cap. 22.
(h) Lib. VI, pag. 199.
(i) Lib. XIV, pag. 676 (994, B).
(k) Lib. V, cap. 27.
(l) Lib. XIV, pag. 676.
(m) Cap. XXXIV.
(n) *Fragment.* v. 188 = 194.

609. Vulgo Κλειτὸν] Nihil mutandum. Λιμὴν κλειτὸς idem est, qui κλειστός. Similiter λιμένα κλυστόν, etiam κλυτὸν dixerunt veteres, ablegato τοῦ σ. Glossographus : λιμένα κλυτὸν, τὸν ἀεὶ κλυδωνιζόμενον ὑπὸ τῆς θαλάσσης λιμένα, ἐκβεβλημένου τοῦ σ. Vide eum. *Vossius.*

Usitatum κλειστός adhibeo.

610. Κερύνεια] Sic scribendum, non Κιρσύνια, ut apud Ptolemæum. Plinio est Cinyria transpositis literis. Male. *Vossius.*

Ptolemæo in ed. Bertii est Κερωνία. Hic loci Κερώνεια legendum censet Meursius. Κινυρία malint alii. *Hudson.*

611. Vulgo Λήπηθις] Scribe Λάπηθος. *Vossius.*

612. Μάριον] Unus tantum Stephanus hujus urbis meminit. *Vossius.*

Imo Plinio laudatur et Diodoro *(a)*. *Gronovius.*

613. Vulgo Τέσσαρας ὄντας] Puto legendum τεσσαράκοντα, et sic intelligo : *in angustiis minoribus stadiorum quadraginta, alicubi vero neque stadiorum decem latitudinem habent.* Nam quæ foret ea phrasis, τέσσαρας ὄντας σταδίους, profecto ex τεσσαράκοντα deleto forte κ, duas voces τέσσαρας ὄντας fecerunt exscriptores. *Palmerius.*

614. Θαψάκου] Apud neminem Thapsaci fluminis mentionem puto exstare. Urbem Thapsacum et alii memorant. *Vossius.*

Quid sit hoc flumen Thapsacus, certius conjicere non datur. Nihil habent commune inter se ejusdem nominis civitas et amnis, quum mediterranea sit, et Armeniæ Euphratique vicina urbs *Thapsacus*, Stephano, Curtio *(b)*, Ptolemæo *(c)* memorata. Apud Scylacem vero reponendus est ad litora Phœniciæ, fluvius ille de quo agitur. Crediderim Thapsacum Scylacis amnem pro eodem sumi posse, ac *Eleutherum* flumen, quod a Ptolemæo et jam ante a Strabone *(d)* veluti septentrionalis Phœniciæ terminus ostenditur *(e)*. Eadem de Thapsaco suo innuit noster, quippe qui totam Syriæ maritimæ partem a Cilicia Phœniciam usque, in sua *Cilicia* includere videatur, et, ab amne Thapsaco, Tripolim, *punicam urbem*, et Phœniciam proxime descriptum eat. Sic

(a) Lib. XIX, cap. 59.
(b) Lib. X, cap. 1.
(c) Lib. V, cap. 19.
(d) Lib. XVI, pag. 753 (pag. 1093, C).
(e) Ptolem. V, 15. Cf. Plin. V, 20. Ad Cellar. *Geograph. ant.* III, 12, §. 78, ed. Schwartz.

ille : Ἀπὸ δὲ Θαψάκυ ποταμοῦ ἐστι Τρίπολις Φοινίκων.... quæ dicendi forma initium vere Phœniciæ exprimit. Cf. *Addenda.*

615. Τρίπολις] Solent geographi confuse ad priorem illam et obscuriorem Tripolim, ea referre quæ de altera narrant Diodorus *(a)*, Strabo *(b)*, Stephanus *(c)*, Plinius *(d)* atque Mela *(e)*. Inde duplex ortus error, scilicet celeberrimam urbem propius ad septentrionales Phœniciæ terminos transmovere, et priorem Tripolim silentio prætermittere.

616. Βασιλεία Τύρυ] Quid sibi vult hæc vox βασιλεία, quæ iterum infra de insula altera Tyro usurpatur ? Forsan, ut conjicit Dodwellus *(f)*, regales ædes ibi erant; forsan celeberrimas duas urbes, ex Persico sinu in Mediterranei maris litora quasi translatas *(g)*, honorifico βασιλείας nomine exornabant. Credidit tamen cl. *de Sainte-Croix (h)* has voces aliunde transpositas, delendas esse. Cf. infra not. 633.

617. Καὶ λιμὴν ἀπὸ τῆς γῆς] Verba hæc ordini suo sic restituenda sunt; βασιλεία Τύρυ καὶ λιμὴν, ὅσον ἡ στάδια ἀπὸ τῆς γῆς. *Vossius.*

Si forte : nam dubito, an tantæ trajectioni donari oporteat hunc locum, quem interpretor, *regia Tyri circiter octo stadia* occupans spatio, *et portus ab terra,* hoc est, versus Syriam, non ad occidentem et magnum mare. *Gronovius.*

Si transpositione verborum, cum Gronovio abstinere malueris, alteram interpretationem reposcet τὸ ἀπὸ τῆς γῆς. Erit portus quidam in continente ipso, sed Aradi insulæ incolis addictus; sic ἀπὸ γῆς, *ex continente,* hæc dominatio *illis* erit, aut a continente hujus portus utilitas percipietur; quem portum eumdem *Caranum* vocat Strabo *(i)*. Cf. ibi *Letronnium (k)*. Similem portus alterius situm, nempe in obposita continentis parte, disertius reddidit idem Strabo, καὶ τὸ ἐπίνειον... ἐν τῇ περαίᾳ τῆς ἠπείρυ *(l)*. Forsan causa fieri potuisset ille portus, cur postea orta civitas ibidem *Antaradus*, id est, καταντικρὺ insulæ *Aradi*. Cujus *Antaradi* meminere Plin. *(m)*, Ptolem. et Anton. *Itiner.* Aradiorum dominationem in continente testatur Polybius, *(n)* : Ἀντίοχος... οὐ μόνον προσεδέξατο

(a) Lib. XVI, cap. 41.

(b) Lib. XVI, cap. 519.

(c) Ad voc.

(d) Lib. V, cap. 20.

(e) Lib. I, cap. 12.

(f) *Dissert. in Scylac.* S. XII, pag. 185, init.

(g) Conf. Mignot, *Mém. de l'Académie*, tom. XXXIV, pag. 229, sqq.; et Gossellin. *Recherch. sur la géograph.* tom. III, pag. 105, 106.

(h) In *Examen critiq. des hist. d'Alexandr.* pag. 269, 270, 2.ᵉ edit.

(i) Lib. XVI, pag. 753 (pag. 1093, B).

(k) In *Trad. franç.* t. V, p. 211; not. 3.

(l) Strab. lib. III, pag. 169 (p. 257, C).

(m) Lib. V, cap. 20.

(n) Lib. V, cap. 68.

τὴν συμμαχίαν (τῶν Ἀραδίων), ἀλλὰ καὶ τὴν διαφορὰν τὴν προϋπάρχουσαν αὐτοῖς πρὸς ἀλλήλους κατέπαυσε, διαλύσας τοὺς ἐν τῇ νήσῳ πρὸς τοὺς τὴν ἤπειρον κατοικοῦντας τῶν Ἀραδίων. *Antiochus, non solum excepit Aradios in societatem; sed etiam controversiam antea ortam sedavit, insulanos et continentis incolas Aradios inter se invicem iratos placando.* Cf. inprimis Strab. p. 1094, C, Amst. Notat *Letronnius (a)* abesse in Strabone *Antaradi* adpellationem, et in Plinio primum reperiri.

618. Ἑτέρα πόλις Τρίπολις] Hæc multo celebrior est, quam illa altera Tripolis, quæ præcessit: cujus sane nullam alibi mentionem fieri arbitror; hujus vero apud historicos, et geographos, passim mentio occurrit. Libet hic subjicere accuratissimam ejus descriptionem ex Diodori Siculi lib. XVI *(b)*: Κατὰ τὴν Φοινίκην, ἔστι πόλις ἀξιόλογος, ὄνομα Τρίπολις, οἰκείαν ἔχουσα τῇ φύσει τὴν προσηγορίαν. τρεῖς γάρ εἰσιν ἐν αὐτῇ πόλεις στάδιαῖον ἀπ' ἀλλήλων ἔχουσαι διάστημα· ἐπικαλεῖται δὲ τούτων ἡ μὲν Ἀραδίων, ἡ δὲ Σιδωνίων, ἡ δὲ Τυρίων· ἀξίωμα δ' ἔχει μέγιστον αὕτη τῶν κατὰ τὴν Φοινίκην πόλεων, ἐν ᾗ συνέβαινε τοὺς Φοίνικας συνέδριον ἔχειν, καὶ βουλεύεσθαι περὶ τῶν μεγίστων. *Vossius.*

Cf. Plinium *(c)*.

619. Περίβολον ἑκάστη........ ἔχων] Solœca hæc lectio. Hœschelius dederat περίβολον ἑκάστη τοῦ τείχους, quem dativum secundus editor in nominativum convertit. Debuisset progredi ut etiam legeretur εἶχεν vel εἶχον. *Gronovius.*

Forsan legendum ἔχει.

620. Θεοῦ πρόσωπον] Cujus montis meminere Polybius *(d)*, Ptolemæus, Mela; et inprimis Strabo *(e)*, his verbis: Τῇ Τριπόλει συνεχές ἐστι τὸ τοῦ Θεοῦ Πρόσωπον, εἰς ὃ τελευτᾷ ὁ Λίβανος, τὸ ὄρος. Quem locum vocat Pomponius *(f) Euprosopon;* ad quem vide adnotat. Tzschuckii *(g)*.

621. Τῆρος] Puto legendum Τύρος πόλις; quamvis nullo auctore. Crebrum enim est Tyri nomen his in locis, ut ex sequentibus patet. *Vossius.*

Certe scriptum a Scylace Τριήρης. Strabo lib. XVI, p. 754, quum egisset de præcedente Tripoli, eique συνεχὲς εἶναι τὸ τοῦ Θεοῦ Πρόσωπον, εἰς ὃ τελευτᾷ ὁ Λίβανος, τὸ ὄρος, pergit: Μεταξὺ δὲ Τριήρης χωρίον τι. Sic ex urbe paulatim declinaverat iste locus inter ætatem Scylacis et Strabonis, cujus causa est

(a) Ad Strab. loc. cit.
(b) Cap. 41.
(c) Lib. V, cap. 20.
(d) Lib. V, cap. 68.
(e) Lib. XVI, pag. 519.
(f) Lib. I, cap. 12, S. 3.
(g) Not. exeget. ad lib. II, pag. 376, 377.

apud Polybium, v, 68. Antiochus Marathum prætergressus ποιησάμενος τὴν εἰσβολὴν κατὰ τὸ καλούμενον Θεοῦ Πρόσωπον, ἧκε πρὸς Βηρυτὸν, Βότρυν μὲν ἐν τῇ παρόδῳ καταλαβόμενος, Τριήρη δὲ καὶ Κάλαμον ἐμπρήσας. *Gronovius.*

622. Βηρυτός] Stephanus sic vocatam inquit hanc urbem διὰ τὸ εὔυδρον. Βὴρ γὰρ τὸ φρέαρ παρὰ αὐτοῖς. Hesychius: Βὴρ, τὸ φρέαρ. Nimirum, בר. *Vossius.*

De qua urbe uberius disseruit doctiss. Tzschuckius in Melam *(a)*.

623. Βορεινός] Omnino amplectenda lectio illustris Salmasii; Βηρυτὸς, πόλις καὶ λιμὴν βορεινὸς, Πορφυρεὼν πόλις. *Vossius.*

Valde ambigo, an secedi sic oportuerit ab scriptura primigenia, quam Hœschelius dedit πορφυρέων; nam videtur intellexisse urinatores ipsos ad piscandas purpuræ conchas, ut sit secundus casus τοῦ πορφυρεύς. Certe urbs Πορφυρεὼν Stephano, ut videtur, ex Polybio, v, 68, memorata hinc longe abest, utpote vicina regno Ægypti. *Gronovius.*

Fallitur ultimis in verbis Gronovius, nec Polybium bene legit.

624. Σιδών.] Quod nomen antiquam Phœnicum patriam, fluviumque *Indum*, hodie *Sind*, notare vult *Matth. Gesnerus (b)*. De prisca autem Phœnicum sede in Rubro seu Erythræo mari, et adventu ad Mediterranei maris litora, confer Herodotum *(c)*, Justinumque *(d)* ex Trogo. De antiquissima hac civitate, adi Tzschuckium ad Melam *(e)*, et *de Sainte-Croix (f)*.

625. Vulgo Καὶ λιμὴν κλειτός] Pro κλειστός. Sic quoque supra de Salamine in Cypro; ad quem locum vide, quæ notavimus. Portus enim Sidoniorum claudi poterat, adeo ut tuto in hoc naves hibernarent. Sed operæ pretium fuerit, si de nobilissimo hoc Sidoniorum portu consulas Achillem Tatium in limine suavissimi operis. *Vossius.*

626. Vulgo πόλεων] Lege πόλεως. *Vossius.*

Hunc locum sic construit Vossius: Ἀπὸ Λεόντων πόλεως μέχρι Ὀρνίθων πόλεως, Τυρίων πόλις Σάρα, *a Leonum civitate, usque Avium civitatem, est Tyriorum urbs.* Sed lacunam hic subesse crediderim. Quid enim, quæso, silentio noster præ-

(a) Ad lib. I, cap. 12, §. 5, t. V, p. 385, 388.

(b) De Phœnic. navigat. extr. columm. Prælect. 1, §. 1, ad calc. Orph. pag. 424, Lips. 1764.

(c) Lib. I, cap. I.

(d) Lib. XVIII, cap. 3.

(e) Ad lib. I, cap. 12, §. 2, tom. V, pag. 374 - 376.

(f) In *Examen des hist. d'Alex.* pag. 277, 278, 2.ᵉ édit.

termisisset *Saraptam* urbem, ut postea diceret illam jacere intra duas alias urbes præteritas! Imo quid sibi vult hæc forma scribendi : *a civitate... usque civitatem... est Sarra!* neque ego alienus erim a conjiciendo additamentum recens hæc esse : minime enim noster duarum urbium intervallum nuntiasset, dum illud idem de proximis aliis non ageret. Et tandem suspectum est, quod proficiscatur hoc intervallum a Leonum civitate non supra laudata.

627. Vulgo Σάρρα εἶτα] Atqui Sara sive Sarra, eadem est, quæ Palætyrus : Palætyrum vero statim post recenset. Præterea constat Græcos hoc ævo ignorasse Sarram. Sero enim a Romanis id nomen acceperunt. Sarram vero esse Palætyrum, non est quod quisquam ambigat. Mentio ejus est Josuæ cap. 19. De ea enim intelligendum, non de Tyro insula, quam multis demum seculis post conditam esse, testantur Josephus, Eusebius, aliique. Palætyrus ergo Græcorum, est Latinorum Sarra; unde Carthaginensium origines esse constat. Tyrum enim insulam ita nemo dixit. Quamvis Hebræi ignorent discrimen : utramque enim, et Tyrum veterem, et Tyrum insulam צר appellant communi vocabulo. Ex quo, quia Græci Latinique, צ sive τς non habent, tum σ abjecto fecere Τύρος; tum τ rejecto, *Sarra.* Nullo itaque modo apud Scylacem toleranda Sarræ adpellatio. Scribe Τυρίων πόλις Σάρεπτα, ἄλλη πόλις Τύρος &c. quæ est magni Salmasii emendatio. Saraptam nemo ignorat. *Vossius.*

Legere Σάρεπτα Plinius *(a)* omnino jubet. Imo in optimis et recentissimis tabulis geograph. *(b)* reperitur hodierna *Sarephath* vel *Sarepta* in medio intervallo Sidonem inter et Tyrum.

628. Ἐντὸς τείχους] Ambo portus erant Tyriorum civitati; *Exterior* unus ac meridiem et occidentem versus spectans, quem Arrianus *(c)* adpellat τὸν λιμένα τὸν πρὸς Αἴγυπτον : *interior* alter *(d)*, septentrionem versus, quem Arrianus idem, dicit τὸν ἐς Σιδῶνα τετραμμένον *(e)*, et τὸν... λιμένα τὸν ἐκ Σιδῶνος φέροντα *(f)*. Nempe Sidon urbs ad septentrionem Tyri sita erat. Conf. tabulam geographicam, quam doctiss. *Barbié du Bocage* adnexuit in *Examen critique des Historiens d'Alex.* *(g)*.

(a) Lib. v, cap. 20, fin.

(b) Conf. *an improved Map of Palestine by John Walker.*

(c) *De Expedit. Alex.* lib. II, pag. 49, B, Stephan.

(d) De quo cf. *Ind. geogr.* voc. *Tyr.* ad calc. *Vit. Saladini*, ed. Schultens.

(e) Loc. cit. pag. 47, D.

(f) Loc. cit. pag. 49, B.

(g) Ad pag. 269, 2.ª edit.

Si viatorem *Chopin (a)* auctorem contra sequamur, meridiem versus spectabat portus interior, ad septentrionem exterior.

Ceterum sequentia verba, αὕτη δὲ ἡ νῆσος.... respiciunt ad præcedentia εἶτα ἄλλη πόλις Τύρος.

629. Νῆσος] Antiquitatem peripli Alexandro M. saltem majorem hæc demonstrant. Conf. Dissert. nostr. in Scylac. §. XVI, p. 218.

630. Vulgo Τυρίυ] Lege Τύρυ, ut supra; vel Τυρίων cum Vossio. De nomine hujus urbis et antiquitate confer Cellarii *(b)* Geographiam antiquam, et Tzschuckium in Melam *(c)*.

631. Ἀπὸ θαλάττης] Nescio utrum de industria, an per conniventiam, Vossius ita interpretatus sit: *abest a continenti stadiis* 3; quod mutari oportet. *Gronovius.*

Curavit Gronovius vim græcæ vocis referre, quæ sensu omnino carere videtur: sed nulla inde subpetit explanatio. Longe aliter totum hunc locum restituit cl. *de Sainte-Croix (d)* his verbis: Αὕτη δὲ ἡ νῆσος βασιλεία Τυρίων, ὅσον η' στάδια· ἡ δὲ Παλαίτυρος πόλις ἀπέχει στάδια ἀπὸ θαλάττης γ'. Καὶ ποταμός... *Ces mots* βασιλεία Τύρυ ὅσον η' στάδια, καὶ λιμήν, *à la page* 303, init., *y sont évidemment transposés et doivent être retranchés. Tout le texte de Scylax est plein d'interpolations et de transitions semblables.* Si hanc sententiam admittere voluerimus, melius erit, ni fallor, non perturbationem verborum Peripli, sed interpolationem meram subponere. Forsan addiderat quispiam juxta vocem *Palætyrum*, hæc: καὶ ἀπέχει στάδια α'. θ. γ'. Sed prave in textum irrepserunt. Forsan quoque, per lapsum calami, nomen θαλάττης librarius scripsit ἀντὶ τῆς γῆς. Si eumdem sensum elicere volueris, satis erit sine ulla perturbatione sic interpungere: αὕτη δὲ ἡ νῆσος βασιλεία Τυρίων· καὶ ἀπέχει στάδια ἀπὸ θαλάσσης γ' Παλαίτυρος πόλις, καὶ ποταμὸς διὰ μ. ρ.

632. Στάδια... γ'.] Quum non tollatur omnino dubitatio, utrum insulari urbi, an Palætyro hæc referenda sint, hic committendi veteres de insulæ intervallo a continenti. Scribit Diodorus *(e)* non tribus, sed quatuor stadiis hanc insulam distare a continenti, τέτταρσι σταδίοις διείργεσθαι τῆς ἠπείρου. Similia Curtius *(f)*. Hæc insula Plinio *(g)* est *septingentis passibus*

(a) Cf. ap. *la Martinière, Diction.* voc. *Tyr.*

(b) Lib. III, cap. 12, tom. II, pag. 277.

(c) Ad l. I, c. 12, §. 2, t. V, p. 371-373.

(d) In *Examen critique des historiens d'Alexandre*, pag. 269, 270, 2.ᵉ édition.

(e) Lib. XVII, cap. 40, tom. II, p. 190, ed. Wesseling.

(f) Lib. IV, cap. 2.

(g) Lib. V, cap. 19.

divisa, quod paullulum superat 4 stadia, quum mille passus octo stadia amplectantur.

633. Vulgo Πάλιν Τύρος] Omnino legendum est, Παλαίτυρος. Scio, Ptolemæo (nisi locus corruptus) Tyrum vocari Palætyrum: sed quam recte, viderint alii. Inter litorales enim urbes Syriæ numerat Tyrum ἐπέχουσαν κατὰ μῆκος μοίρας ξζ΄. κατὰ πλάτος λγ΄. ς΄. Tyrum vero insulam πρόσγειαν, magis ad boream, κατὰ μῆκος, ξζ΄. πλάτος, λγ΄. γ΄. Falluntur enim, qui de eadem Tyro Ptolemæum loqui credunt. Idem error apud Stephanum; ubi inquit, Tyrum quoque Παλαίτυρον vocitatam. *Vossius.*

Vossium ducem hic sequor: sed non ita securus. Ceterum emendatum πάλιν Τύρος in Παλαίτυρος probaverat Gronovius in not. mss. (a).

634. Καὶ πόλις τῶν...] Mirum in modum, quæ sequuntur, exesa sunt. Vestigiorum tamen reliquiis insistendo, hoc potui exsculpere: Καὶ πόλις τῶν Ἐκδιππῶν καὶ ποταμὸς, καὶ Ἄκη πόλις. Ἑξῆς Βῆλος, πόλις Τυρίων, Κάρμηλος ὄρος καὶ ἱερὸν Διὸς, Ἄραδος πόλις Σιδωνίων, Συκαμίνων πόλις Σιδωνίων, Ἰόππη. Ἐκτεθῆναί φασιν ἐνταῦθα τὴν Ἀνδρομέδαν τῷ κήτει. Ἀσκάλων πόλις, Τυρίων, καὶ βασίλεια ἐνταῦθα τῆς Κοίλης Συρίας. *Vossius.*

Horum primam partem confirmat eximie geographus Ravennas, *Dora, Ptolomagida, Ecdippa, Tyros.* Sed in sequentibus video negligi reverentiam vetustati debitam. Quomodo enim a se impetrare potuit Vossius, ut omnem mentionem Dori urbis, ne Ravennati quidem omissæ, expulerit! Hæc inviolata manere debet. Quin etiam illud ὄρος ἱερὸν Διός non Carmelum intelligit Holstenius ad Ortelium pag. 85, sed Garizim. Sed etiam, licet series cum Ravennate conveniat, equidem cur credatur a Scylace potius dicta πόλις τῶν Ἐκδίππων, quam τὰ Ἔκδιππα, non intelligo, et forsan ut antea statuit πόλιν τῶν πορφυρέων, ita nunc quoque illic agnoscebatur ab Scylace πόλις τῶν ὑαλιτῶν; istud enim litus plenum ὑαλίτιδος ἄμμου ponitur ab Strabone inter Tyrum et Acen. Hinc docemur utique latere alia, et fortassis pro Ἄραδος reponenda Γάδαρος, quæ Straboni dicitur Γαδαρίς vicina Azoto et Joppæ. *Gronovius.*

Civitas *Ecdippum* aliquid forsan habet sui nominis superstes in hodierna *Achzib*; respondet *Ace* Scylacis, hodiernæ *Accho*. Cf. tab. geogr. *Walkeri* supra laudat. Cui mire congruit

(a) Conf. Creuzer. *Historic. græc. Fragm.* pag. 106.

series locorum in geographo Ravennate. Non ita felix Gronovii emendatio τῦ Ἄραδος in τὸ Γάδαρος; collocatur enim, ut ait ille, ex Strabone, urbs *Gadarus* juxta Azotum et Joppam. Sed Azotus et Joppa sunt Ægypto proximæ, quarum ad septentrionem noster Dorum posuit, sicut ac hodiernæ tabulæ geogr. Ergo vix potest hæc Ἄραδος emendari in Γάδαρος, nisi Strabo, dum hanc urbem Azoto proximam facit, Dorum prætermiserit. Respondet Scylacis *Dorus* hodiernæ *Dor* vel *Nephath Dor*, et urbi *Doræ* in geographo Ravennate. Sed nullus reperitur fluvius a Carmelo monte usque ad urbem Dorum, quamvis in hoc intervallo amnem unum, quem *Sycaminon* vocat Vossius, collocaverit Scylax.

635. Συρίας παράπλυς, κοίλης Συρίας...] Hæc quidem lacuna indubitate suppleri potest, interponendo ἀπὸ Τριπόλεως μέχρι. Etiam mox apparet auctorem loqui de Arabibus. *Gronovius.*

Hic suspicor κοίλης Συρίας, recentiori manu margini adscriptum, in textum postea irrepsisse. Minime enim supra meminit noster *Cœlesyriæ*, quæ proprie jacebat Ciliciam inter et Phœniciam. Scio equidem hanc adpellationem usurpatam fuisse de Syriæ partibus, Ægypto proximis, quod jam monstravit doctiss. Letronnius ad Strab. *(a)*; sed tunc continetur hac voce Syria quoque Ciliciæ proxima, quæ quem Cilicia ipse est apud nostrum. Cf. n. 614. Imo nunquam exprimit noster præternavigationem loci, supra non nominavit. Ceterum de voce κοίλη significante non *cava*, sed *cœlestis*, cf. Wyttenbach. *Bibl. critic.* part. 1, p. 65.

636. ... κημάτων] Lege βοσκημάτων. *Vossius.*

637. Vulgo Σεβεννητικόν] Pro Σεβεννυτικόν. *Vossius.*

Ait Timosthenes apud Ptolemæum *(b)* distare os Pelusiacum a Sebennytico, stadiis 290.

638. Τὸ μὲν εἰς τὸ Μενδήσιον, τὸ δέ...] Aut graviter fallor, aut dignoscenda est in hoc fœdatissimo textu eadem fere sententia, quam diserte Herodotus exprimit his verbis *(c)*: ... τὸ καλέεται Σεβεννυτικὸν στόμα. ἔστι δὲ καὶ ἕτερα διφάσια στόματα ἀπὸ τοῦ Σεβεννυτικοῦ ἀποσχισθέντα, φέροντα ἐς θάλασσαν. τοῖσι οὐνόματα κέεται τάδε· τῷ μὲν Σαϊτικὸν αὐτέων, τῷ δὲ, Μενδήσιον.... *Sebennyticum ostium adpellatur. A Sebennytico item duo alia divisa exstant ostia, in mare ferentia, quibus hæc sunt imposita*

(a) In *Traduct. franç.* tom. V, pag. 176, not. 1.

(b) Lib. 1, cap. 15.

(c) Lib. II, cap. 17.

nomina, uni Saïticum, alteri Mendesium. Sic laudatis apud nostrum ostiis *Pelusiaco, Sebennytico, Mendesio, Phatnico, Bolbitico, Canopico,* quasi eruendum e silentio os *Saïticum (a),* et concinit noster cum Nasonis verbis hisce: *Per septem Nilus portus emissus in æquor (b)*; et Virgilii *(c)*: *Et septemgemini turbant trepida ostia Nili.*

639. Εἰς τὸ Φατνικόν] Quod quidem ostium Scylaci Straboni que Φατνικόν dicitur, Plinio *Phatniticum*, Diodoro Φάτμικόν, Ptolemæo Παθμητικόν. Genuinam et veram esse Diodori scripturam nos docet etymologia hujus nominis, quam adfert doct. Stephanus *Quatremère*, in *Mém. géogr. sur l'Égypte (d)*. Fuisse hoc idem στόμα *Bucolicum* quoque dictum monstravit Wesselingius ad Herodotum *(e)*. Infra pro vulgato Πηλουσίου, rescribo Πηλουσιακοῦ, et pro Κανώπου, Κανωπικοῦ. De ostio Canopico cf. *Notice sur la branche Canopique, par Lancret,* insertam in *Description de l'Égypte, par Jomard (f)*, et *Mém. sur les anc. branches du Nil, par Aimé du Bois-Aymé,* supr. cit.

640. Βολβιτικόν] Habet Herodotus Βολβίτινον *(g)*.

641. Λίμναι καὶ ἕλη] Conf. Strabonem *(h)*, Diodorum *(i)*, et ibi Wesseling., Eustathiumque *(k)*.

642. Πελέκει] Pulchre Ægyptum bipenni, sive securi utrinque acumen habenti comparat. De simplici enim securi, quam Græci ἡμιπέλεκκον, vel ἀξίνην simpliciter, barbari etiam δεξτράλιον appellant, capi hoc neutiquam potest. Unam siquidem securis alam constituit Ægyptus inferior; sive Delta utrumque. Ad Memphin igitur, ubi Ægyptus in arctissimum contrahitur, est foramen sive ὀπή, cui scapus ligneus accommodatur. Superior Ægypti portio alteram securis alam exprimit. Plane itaque securim refert Ægyptus, dempto manubrio. Qualis etiam est illa Simmiæ. Sciolus quispiam manubrium huic securi aptarat. Sed hoc non esse ab ipso auctore, invictis argumentis ostendit cl. Salmasius. Quamvis in eo differentia sit, quod in hac securi brachia ferrea æqualia non sint, ut in illa Simmiæ. Superior enim illa Ægypti pars, quæ ultra Memphin, multo latior est, longiusque excurrit. Et id Scylacem voluisse indicare his verbis, nullus dubito. Sic enim illa emendo: τὸ

(a) Idem ac Taniticum aliorum, hodie *canal de Moez*. Cf. *Aimé du Bois-Aymé, Mémoire sur les branches du Nil*, pag. 24; in *Mémoire sur quelques parties de l'Égypte, Livourne*, 1814.

(b) Heroid. epist. XIV, v. 107.

(c) Æneid. VI, 800.

(d) Tom. I, pag. 223, 224.

(e) Ad lib. II, cap. 17, pag. 112, n. 92.

(f) Ad calc. fascicul. I.

(g) Lib. II, cap. 17, fin.

(h) Lib. XVII, p. 803, init. (p. 1155, A).

(i) Lib. I, cap. 31, init.

(k) Ad Dionys. Perieg. v. 239.

μέρος τὸ ἄνωθεν Αἰγύπτου Μέμφιδός ἐστι τὸ πλεῖστον, ἥσσον δὲ τὸ παρὰ θάλασσαν. Nullus alioqui erit sensus in his verbis. *Vossius.*

Longe aliter a Scylace, Ægypti totius delineationem exprimit Eustathius *(a)*. Scilicet ille duplicem formam τοῦ Δ in hac regione distinguit, priorem integra Ægypto constantem, alteram triangulari illa versus septentrionem parte, quæ Nili ostiis includitur et vulgo τὸ Δ adpellatur. Ceterum id apud veteres moris erat, regiones variis variarum rerum formis comparando assimilare. Cf. Eustathium ad Dionys. *(b)*, et cll. Gossellinum Letronniumque ad Strabon. *(c)*. Adde quod supra *(d)* noster Piræi muros *Crura* adpellaverit, et Strabo *(e)* Brundusii portum *cervi cornibus* comparaverit. Cf. etiam Casaubon. ad loc. Strab. laud.

Hæc supra scribendi forma, ἔστι δὲ Αἴγυπτος τοιάδε.... ὁμοία πελέκει, quæ *deicticum* pronomen, ante rem designatam proxime habet, etiam reperitur in homerico hoc versu *(f)*: Ἀλλ' ὅδ' ἐγὼ τοιόσδε, παθὼν κακὰ, πολλά τ' ἀνατλὰς, *Ille ego, talis qui adsum, scilicet ut multa mala perpessus sim*... Huc respicit etiam hic locus: Ὡς δὴ μὴ ὄφελον νικᾶν τοιῷδ' ἐπ' ἀέθλῳ· Τοίην γὰρ κεφαλὴν ἕνεκ' αὐτῶν (ὅπλων) γαῖα κατέσχεν, Αἴανθ' ὃς *(g)*.... Ibi prænuntiat vox τοίην sequentia ὅς.... Simili autem ratione habet Plato *(h)*: καὶ πάντες οἱ παρόντες σχεδόν τι οὕτω διεκείμεθα, τοτὲ μὲν γελῶντες, ἐνίοτε δὲ δακρύοντες. Ubi Heindorf. recte: *Non ad prægressa hoc οὕτω respicit, sed indicat sequentia* τοτὲ μὲν γελ. Cf. Letronnium ad Strabon. *(i)*. Adde simili usu Platonis hæc *(k)*: ...ὥς μοι φαίνεται εἰκότως ἀνὴρ τῷ ὄντι ἐν φιλοσοφίᾳ διατρίψας τὸν βίον,... εὔελπις εἶναι ΕΚΕΙ μέγιστα οἴσεσθαι ἀγαθὰ, ἐπειδὰν τελευτήσῃ. Vox ἐκεῖ non ad præcedentia referenda est, sed *locum* aut *tempus* exprimit, ubi sapiens erit, ἐπειδὰν τελευτήσῃ. Imo Serranus interpretando, orationem subvertit: ...*fore ut, postquam obierit, maxima* IBI *bona consequatur*. Cf. Xenoph. *Hellenic*. VI, 4, §. 24, ταῦτα... Et Platonis (*Phædon*. §. 17, Heind.) hæc iterum: Ἀλλ' ἀνόητος μὲν ἄνθρωπος τάχ' ἂν οἰηθείη ταῦτα, φευκτέον εἶναι ἀπὸ τοῦ δεσπότου. Hic intellige ταῦτα, *scilicet* φευκτέον... Adi et Schneider. ad Xenoph. *Memorab*. I, 1, 6; et doctiss. Longuevillium ad Isocr. *Paneg*. pag. 99.

(a) Ad Dionys. v. 242.
(b) Vs. 155.
(c) *Gossellin*. tom. I, p. 219. — *Letronn*. tom. V, pag. 335.
(d) §. 58, pag. 270. Cf. ibi not.
(e) Lib. VI, pag. 282 (pag. 432, B).
(f) *Odyss*. XVI, 205.
(g) *Odyss*. XI, 547 – 549.
(h) In *Phædon*. §. 5, pag. 11, Heindorf
(i) *Traduct. franç*. tom. V, pag. 356.
(k) *Phædon*. §. 21, p. 34, Heind. (§. 8, fin. pag. 264, Fischer.)

643. Τὸ μέρος τὸ ἄνωθεν Αἰγύπτου... ἐστὶ πλεῖστον, vulgo τὸ πλεῖστον] Quæ pertinent ad figuram Ægypti, bipennis speciem referentis, rectissime vidit cl. Vossius. Sed non arridet ejusdem ultimâ emendatio, ἧσσον δὲ τὸ κ. τ. λ. Friget enim hic sensus, quum supra dixerit noster partem maritimam esse πλατεῖαν, superiorem vero esse αὐτῆς πλατυτάτην. Nihil enim aliud in phrasi a Vossio emendata. Ego contra crediderim hunc sensum inesse : *Quæ supra Memphim sunt, quamvis jam latiora, latitudinem maritimæ oræ pluribus in locis non æquant.* Sic res esset de media Ægypto, quæ latior quam ubi est Memphis, nec maximam latitudinem superioris regionis jam adsecuta, maritimam partem non æquat. Sic ego emendarem : Τὸ μέρος τὸ ἄνωθεν Μέμφιδός ἐστι πλεῖστον ἧσσον ἢ τὸ παρὰ θάλασσαν. Vocem Αἰγύπτου interpolatam rejicio. Scilicet nihil aliud esse illud μέρος, nisi Αἰγύπτου, per se ipsum intelligebatur; et scholiastes nescio quis, perspicuitatis amans plus æquo, ac lectoris acri judicio diffidens, in margine hanc glossam adjecit, quam librarii in textum, perturbata constructione, interposuerunt. Quæ quidem perturbatio, ni fallor, interpositæ vocis Αἰγύπτου indicium est. Fateor tamen aliter judicasse virum doct. Letronnium *(a)*, qui, ordine tantum mutato, legit : Τὸ μέρος Αἰγύπτου τὸ ἄνωθεν Μέμφιδος.

Ceterum liquet hanc Ægypti delineationem in Scylace falsam esse : nam arctior Ægyptus a Syene, paullo latior ad Delta descendit, et minime in partibus a mari remotissimis latitudinem habet maximam. Rectius Ægypti formam exprimit Eustathius (conf. supra not. 642), et melius etiam Strabo *(b)*.

644. Στάδια ϡτ'.] Legendum στάδια ϡπ'. *Vossius.*

Pro Πηλουσίου rescribend. Πηλουσιακοῦ. G.

La mesure de 780 stades, ϡπ' (selon la correction de Vossius, pour ϡτ', qui ne peut rien signifier), paraîtrait, d'après l'ensemble du passage, devoir être comptée entre les deux bouches Pélusiaque et Canopique. Cependant l'expression de Scylax, παράπλους δ' ἐστὶν Αἰγύπτου ἀπὸ Πηλουσίου στόματος, ϡπ', ne déterminant que l'un de ces deux points, semble comprendre le reste de la côte d'Égypte, au-delà de Canope, conséquemment jusqu'à Plinthine, limite occidentale de cette côte au temps d'Hérodote *(c)*.

(a) Ex not. ms. ad calc. exempl. Hudson. *Geogr.* tom. I, in Academ. Paris. biblioth.

(b) XVII, pag 789 (p. 1138, A.).

(c) II, 6.

Maintenant Strabon *(a)* et Diodore de Sicile *(b)* comptent entre les deux bouches.................. 1,300 stades.

De la bouche Canopique à Alexandrie, il y avait, selon S. Épiphane *(c)* et Ammien Marcellin *(d)*, 12 milles égyptiens, valant (à raison de 7 ½ au mille) 90 stades, ou bien 120 stades de 10 au mille, qui sont la mesure de Strabon *(e)* et d'Aristide *(f)*, ci.. 90.

Plus, pour la distance d'Alexandrie à Taposiris, qui est Plinthine, 25 milles romains *(g)*, égaux à 174 stades égyptiens... 175.

TOTAL......... 1,565 stades égyptiens, du module de $210^m,8$; et la mesure, prise sur le terrain, est parfaitement exacte. Or, comme 1,565 stades sont à-peu-près le double des 780 (1,560) stades de Scylax, il est clair que sa mesure revient au même, avec cette seule différence qu'elle est exprimée en *diaules* ou doubles stades, dont l'emploi en Égypte est prouvé par plusieurs exemples. *Letronne (h)*.

645. Ἔστι νῆσος ἐρήμη.... Κάνωπος] Sic apud nostrum *Canopus* non urbs est, ut apud ceteros, sed insula tantum deserta; quod merito videtur doctiss. Letronnio *(i)* respicere ad ætatem posteriorem anno 520 ante Christum, sed anteriorem anno 460. Meminerunt enim Herodotus *(k)* et Æschylus *(l)* *Canopi urbis*: utroque igitur antiquior est auctor, qui insulam tantum Canopum habet. Imo ostendit vir cl. *(m)* unum eumdemque locum fuisse *Thonidem* et *Canopum*: atqui adest in Scylace Thonis, abest Canopus; et abfuit contra Thonis in auctoribus qui Canopum urbem laudant. Quod adtinet ad Canopum, *insulam* Scylaci dictam, hæc Letronnius conjicit: *Rien n'empêche de croire que toute l'extrémité de la langue de terre, à partir du golfe de Canope, ne fût jadis une île, que des attérissemens, peut-être même des terres rapportées,*

(a) XVII, 1135, A. — 1140, B.
(b) I, 34.
(c) *In Ancorat.* Opp. II, 109, C.
(d) XXII, pag. 234, ed. 1636.
(e) XVII, 1152, C.
(f) *In Ægyptios*, pag. 360.
(g) *Tabul. Peut.* segm. IX, D.
(h) Quam notulam mecum amice communicavit vir doctiss.
(i) Ad Strab. *Traduct. française*, tom. V, pag. 359. Conf. Rennell, *Geograph. Herod.* pag. 524.
(k) II, 97.
(l) *Prometh. vinct.* v. 845.
(m) Loc. cit. pag. 358.

ont par la suite réunie au continent par un isthme, qui maintenant a 4 ou 500 mètres de largeur. De quo jam disserui in *Dissertation sur le Périple de Scylax*, Paris, 1825, pag. 45. Ceterum de vocis Κάνωπος etymolog. conf. Forster. ad Strab. pag. 1135. Et inprimis doctiss. *de Sainte-Croix* in *Mém. de l'Instit.* t. II, pag. 410.

Sequentia καὶ σημεῖά ἐστιν ἐν αὐτῇ.... sic vertit Vossius : *et gubernatorem Menelai, cui nomen Canopus, a Troja eo venisse indicium est ejus sepulchrum.* Quæ reprehendit Gronovius his verbis : « In his latine reddendis interpres magis fuit sollicitus de gubernatore, quam de Menelao, quæ non videtur fuisse mens Scylacis, qui scribit, *et monumenta sunt in illa Menelai, gubernatoris ejus ab Troja*, vel *Trojani nomine Canopi sepulchrum.* »

De Menelai hospitio in Ægypti litoribus, de Canopi sepultura, de ipso Canopi nomine ægyptiaco, et de vanissima hac fabula, adi quæ uberrime congessit Tzschuckius in Melam *(a)*; et consule præsertim Aristidem *(b)*, Stephanum *(c)*, Eustathium ad Dionysium *(d)*, et proverbia e Suida collecta *(e)*. Mortem Canopi in Ægypto testatur quoque Etymol. Gudian. ms. l. cit. a Schneidero in *Animadv. crit.* ad Nicandr. *Theriac.* vs. 312. De distinguenda urbe *Menelao* juxta Naucratim, a *nomo* ejusdem nominis, consule cl. Letronnium ad Strabonem *(f)*.

Ceterum, dictum sit obiter, fallitur Eustathius de sensu æschylei loci (in *Prometh. vinct.* v. 846), ubi Canopus dicitur ἐσχάτη χθονός. Eustathius (ad *Odyss.* I, p. 1386, l. 13) : Τὴν Κάνωβον ἐσχάτην χθονὸς λέγει, ὡς κειμένην βορειοτάτην ἐν τοῖς πρὸς τῇ θαλάσσῃ μέρεσιν Αἰγύπτου. Similia ad *Odyss.* IV, p. 1509, l. 36. Sed ἐσχάτη hæc civitas dicitur, quia terminus erat Ægypti *occidentem versus.* Ceterum hic τοῦ χθονὸς sensus est *regio, territorium*, nec vero *terra* generaliter. Sic, ut vidit Letronnius (*Explication d'une inscription grecque en vers, découverte dans l'île de Philæ*, insert. in *Bullet. des scienc. (Philolog.)*, 1825, pag. 407), iterum Æschyl. *Pers.* 236, ed. Schütz : ἀργύρου πηγή.... θησαυρὸς χθονός ; et in inscript. ipsa, quam tractat vir doct. : τὸν χθονὸς ὀλβοδότην.

(a) Ad lib. II, cap. 7, §. 6, not. exeget., pag. 638 - 640. Conf. *Letronnium* ad Strab. *Trad. franç.* tom. V, pag. 360.

(b) *Orat. Ægypt.* tom. II, p. 359, Jebb.

(c) Voc. Θῶνις.

(d) Vs. 13.

(e) *Cent.* VIII, §. 31.

(f) *Traduction française*, tom. V, p. 373, not. 1.

646. Πηλύσιον] Peleum huc pervenisse, apud Dionysium *(a)*, et ejus commentatorem Eustathium, legi. *Pelusii* nomen alibi in hac re legisse, non recordor. *Vossius.*

647. Vulgo Ἔξεω] Rescribit hic et infra Vossius, ἐλθεῖν.

648. *Αὐτὸ μνῆμα τοῦ κυβερνήτου*] Scripserim *ἢ τὸ μνῆμα τοῦ κυβερνήτου. Vossius.*

Forsan suppl. *: νῆσον, ἐν ᾗ ἐστὶν αὐτὸ...*, aut leg. *οὗ τὸ...*

649. Ἄρχεται ἡ Λιβύη] En iterum illud interpolationem esse censeo. Deerant olim tituli fere omnes, imo forsan omnes; et textus uno tenore scribebatur : sic satis erat, quod supra Scylax dixerit : *τὸ δὲ Κανωπικὸν στόμα ὁρίζει Ἀσίαν καὶ Λιβύην*, et ille nunc post *κυβερνήτου* scripserat simpliciter *Ἀπὸ τοῦ Κανωπικοῦ στόματος...* In posterum adjecti fuere tituli, et mox in margine alicujus codicis, *Ἄρχεται ἡ Λιβύη*. Erunt forsan qui legant : *Ἄρχεται ἡ Λιβύη ἀπὸ τοῦ Κανωπικοῦ...* Sed illud mera repetitio foret præcedentium; nec adessent voces unde penderent sequentia hæc : *Ἀδυρμαχίδαι, ἔθνος Λιβύων*. Hic obiter laudandus Joannis Lydi locus singularis, qui Libyam Europæ adscribit : .... *ὅτι μέρος Εὐρώπης Λιβύη* *(b)*. De quo Cf. *Addenda*, pag. 574, 575.

650. Ἀδυρμαχίδαι] Lege Ἀδυρμαχῖται. *Hæschelius.* (Ex Ptolemæo.)

Nihil mutandum. Sic namque vocantur etiam Herodoto *Melpomene (c)*. Meminit et Silius lib. IV *(d)* :

> Et Massylæ acies, et ferro vivere lætum
> Vulgus Adyrmachidæ.

Sic scribe. Emendandus et Stephanus : Ἀδυρμαχίδαι, Λιβυκὸν ἔθνος. *Vossius.*

651. Vulgo Ἐκ Θωνίδος δὲ πλεύσων] Sine dubio scribendum: *ἐκ Θωνίδος δὲ πλοῦς εἰς Φάρον νῆσον ἔρημον, εὐλίμενον δὲ, καὶ ἄνυδρον, στάδια ρν'. Vossius.*

At quomodo Homerus *(e)* insulam hanc *ἄνυδρον*, aquam dicit habere?

> Ἐν δὲ λιμὴν εὔορμος, ὅθεν τ' ἐπὶ νῆας εἴσας
> Ἐς πόντον βάλλουσιν ἀφυσσάμενοι μέλαν ὕδωρ.

Recte Strabo *(f)* : Οὔτε τὸ ὑδρεῖον ἐκλείπειν ἀδύνατον, οὔτε τὴν

(a) Ad v. 261.
(b) *Joannis Lydi de ostentis quæ supersunt*, cap. 55, pag. 192, C, edente Hasio. Lut. 1823.
(c) Lib. IV, cap. 168.
(d) Lib. IV, 223. Cf. III, 279.
(e) *Odyss.* IV, 358.
(f) Pag. 37 (pag. 64, B).

ὑδρεῖαν ἐκ τῆς νήσου γίνεσθαί φησιν· ἀλλὰ τὴν ἀναγωγὴν μόνην, διὰ τὴν τοῦ λιμένος ἀρετήν, τὸ δὲ ὕδωρ ἐκ τῆς περαίας ἀρύσασθαι πᾶσιν, &c. Mariam enim aquatum ibant : cujus aqua erat potabilis; ut testatur Scylax verbis sequentibus : ὕδωρ δὲ ἐκ τῆς Μαρίας λίμνης ὑδρεύονται· ἔστι γὰρ πότιμος. Male itaque veterum nonnulli Homerum hic reprehenderunt. *Vossius.*

Aliter hunc locum interpretatur callidus Strabonis interpres *Letronne (a).* Sic ille : *Il est dit dans Scylax, que de Thonis à l'île déserte de Pharos, la navigation, le long d'une côte sans eau et sans port, est de 150 stades. En effet, il faut lire :* Ἐκ Θωνίδος δ' ὁ πλοῦς (*et non* πλυσοῦν) εἰς Φάρον, νῆσον ἔρημον, ἀλίμενός τε καὶ (*et non* εὐλίμενος δὲ καὶ) ἄνυδρος, στάδια ρν'. Sed hoc primum adtendere debuisset vir egregius, τὸ πλοῦν apud Scylacem, proprie navigationem *per altum mare* exprimere, quod obponitur τῷ παράπλους, navigationem *secundum litora* significanti. Sic in Sicilia : Ἀπὸ Μυλῶν ἐπὶ Λιπάρας νῆσον πλοῦς ἡμέρας ἥμισυ. Sic in Nasamonibus : Ἔστιν (Σύρτιδι) τὸ πλάτος ἀπὸ Ἑσπερίδων εἰς Νέαν πόλιν πλοῦς ἡμερῶν τριῶν καὶ νυκτῶν. Aliquoties πλοῦς cum παράπλους confundi videtur; at tunc etiam navigationem litori non adeo proximam vox illa exprimit. Sic in Thessalia : Τοῦ δὲ Παγασητικοῦ κόλπου μῆκός ἐστιν ἀπὸ τοῦ στόματος εἰς τὸν μυχὸν, πλοῦς προαριστίδιος. Sed illud præsertim dubitationem viro accuratissimo adferre debuit, quod ἀλίμενος et ἄνυδρος ad πλοῦς retulerit, dum nusquam Scylax ejusmodi epitheta, nisi post *regionis* nomen quodlibet adhibuerit *(b).* Nusquam, quod sciam, reperias navigationem ἀλίμενόν τε καὶ ἄνυδρον. Sequitur fere semper ἀλίμενος voces γῆ vel ἤπειρος, nisi quod Diodorus *(c)* habeat πλευρὰ..... ἀλιμένῳ θαλάττῃ προσκλυζομένη. Cf. *Addenda*, pag. 575.

Quæ autem ego de hoc Scylacis loco conjiciam, adfero. 1.° Πλυσοῦν εἰς potius distinguerem, quam emendarem, sic : πλοῦς ὡς εἰς Φάρον..... quod minus a vulgata lectione recedit. 2.° Adjectivos εὐλίμενος δὲ καὶ ἄνυδρος, quos, si servarentur, non referre ad insulam ipsam Pharum non possemus, existimo scholiastæ aut librarii cujusdam opus insertum esse. Sic adscripta margini cum nominativo casu, in textum subrepsere, ubi repetunt sequentia λιμένες πολλοί, et minime cum constructione cohærentiam præbent. Illud idem reperitur supra S. 47, pag. 263, med. Conf. not. 223, pag. 398.

(a) *Traduct. française*, tom. V, pag. 358. pag. 257.
(b) Conf. S. 28, pag. 253. — S. 34, fin. (c) Lib. 1 cap. 31, init.

Ceterum de Homeri loco *(a)*, et vocis *Thonis* etymologia, cf. doctiss. *Lenz* in *Adnot. in quæd. Homer. loc. (b)*.

652. Σπάδια ρν´] Homeri locum, huic Scylacis loco, ut plures voluere, contrarium egregie illustravit Palmerius in notis ad Aristidem oratorem *(c)*. Nempe ait poeta in Odyssea *(d)* ab *Ægypto* distare Pharum insulam totius diei itinere, quod valde reprehendit Aristides *(e)*, quasi a continente ipso intervallum vero nimium exprimeretur. At sic totam rem explicat Palmerius *(f)* : « Eratosthenes et alii ignorantiam Homeri hoc in loco reprehendunt, quasi ignoraverit Homerus, ubi sita fuerit Pharus insula, ut eam in alto mari (πελαγίαν) collocaverit. Alii eum excusant, et Strabo *(g)* plura adversus Eratosthenem dixit, ut ab Homero τῆ ἀπάτης opinionem removeret. Ut ut sit, nullus eorum putabat Homerum intellexisse Phariam insulam distare a continente unius diei navigatione prospera : quis enim id tulisset, paucorum seculorum spatio tantam aggestionem factam fuisse? Sed Aristides post Plinium, et cum eo alii recentiores, male apud Homerum intellexerunt vocem Αἰγύπτε, et cum deberent de Nilo intelligere, ad continentem ipsum oppositum respicere id perperam crediderunt. Nam Homero Νεῖλος vox fuit incognita, sed semper *Ægyptum* vocat eum fluvium, ut in Odyssea *(h)*. Unius igitur diei navigatione distabat Pharus a Nili præcipuo tunc temporis ostio, quod tantum Homerus ait. » Ceterum de coarctato Phari insulæ a continente intervallo confer Thucydidis scholiastam *(i)*; et de Homeri verbis vide Strabonem *(k)* ingeniosa conjicientem. Strabonis autem ætate peninsula jam Pharus erat, ut geographus ipse scribit *(l)*.

653. Ὁ δὲ ἀνάπλες..... βραχὺς ἐκ Φάρε] Vocem ἀνάπλεν, tum Scylax, tum alii geographi, usurpant tantummodo de navigatione per flumen sursum facta, ut ad urbem quamdam perveniatur. In hoc igitur loco minime ἀνάπλες intelligi potest de itinere facto ab insula Pharo ad litus, sed a litore ipso ad Mariam paludem. Respicit τὸ βραχὺς ad longitudinem ostii, qua eundum erat a mari in paludem. Ergo, aut luxuriat

(a) *Odyss.* v. 227 - 230.

(b) In *Comment. philol.* ed. Rupert. et Schlichth. tom. II, pag. 200, 201.

(c) In *Orat. Ægyptiac.* tom. II, pag. 359, sq. Oxon. 1730, in-4."

(d) Lib. IV, v. 356.

(e) Loc. cit.

(f) Not. ad Aristid. in calc. t. II, p. 588.

(g) Lib. I, pag. 37.

(h) Lib. IV, v. 356.

(i) Ad lib. II, cap. 102, tom. I, pag. 411, ed. Bauer.

(k) Lib. I, pag. 37.

(l) Lib. I, pag. 58.

ibi ἐκ Φάρου, aut pendet a subaudito διαπλεύσαντι, ita ut vis propria τοῦ ἀνάπλους incipiat tantum ex litore ægyptiaco.

654. Vulgo Πλιθίει] Rescribe Πλίνθινος, et infra Πλινθίνου. Sinus hic Herodoto lib. II *(a)* appellatur Πλινθινήτης. Oppidum enim est Πλινθίνη, Ptolemæo et Stephano; cujus verba sic rescribe, Πλινθίνη, πόλις τῆς Αἰγυπτίας, ἀπὸ τῆς Μαρείας. Ὁ πολίτης Πλινθινήτης. Non, ut vulgo, Σαμαρείας. *Vossius.*

654*. Τὸ δὲ εἰς τὸν μυχὸν... δὶς τοσοῦτον] Hæc, aut pravo græcismo scripta censeo, aut, si recte scripta sint, non intelligo. Os sinus (τὸ στόμα) habendum est, ni fallor, pro totius κόλπου apertura, ita, ut navigationis linea, a *Chersoneso* ad *Albam Actam,* conferri possit cum nervo, curvitatem arcus claudente. Imo vox πλοῦς, ex usu fere perpetuo, etiam hic usurpatur de navigatione non litorali, et opponitur τῷ παράπλους. Quid nunc de sequentibus! Si auctoris vero simillimam sententiam impleamus, sensus erit : *Sed navigatio præternaviganti (juxta litus) intimam sinus partem, duplo major est.* At εἰς τὸν μυχόν non idem est ac παρὰ τὸν μυχόν. Quæ scribendi forma respicere videtur ad τὸ βάθος Plinthini sinus. Sic Strabo *(b)*, postquam majoris Syrtis circuitum dederit, adjicit hæc : τὴν δ' ἐπὶ τὸν μυχὸν διάμετρον (ἔχει) χιλίων πεντακοσίων (σταδίων), *sed habet* διάμετρον, *intimam scilicet ad partem, stadiorum 1500.* Ibi ostendit doctiss. *Letronnius (c)* idem hic esse τὸ διάμετρον, ac gallice *profondeur du golfe.* Minime convenit hic sensus cum Scylacis loco; nam dies noctesque duæ non possunt consumi in penetrando ad intimam hujus sinus partem. Forsan tamen εἰς τὸν μυχόν redit ad sensum *præternavigationis :* nam circumnavigatio sinus fieri non potest, nisi ad sinus partem intimam penetraveris. Ut ut est, notanda est hæc scribendi forma.

655. Μέχρις οὖν .... ἄρχουσιν] Magis ac magis Ægypti limites labentibus annis remoti fuere. Scribit Strabo *(c)* non latius patuisse Ægyptum apud veterrimos scriptores, quam terris *niliacis.* Apud nostrum jam sese extendit, non Ægyptus quidem ipsa, sed ægyptiacum imperium, usque ad Marmaridas, id est, ad hodiernum forsan caput *Durazzo.* Nos autem docet idem Strabo *(d)*, Ægyptum post Alexandri M. victorias, usque ad Cyrenaicam patuisse, imo absorbuisse

(a) Cap. 6.
(b) Lib. XVII, pag. 835 (pag. 1192, C).
(c) Ad loc. Strab., *traduct. franç.* tom. V, pag. 481.
(d) Lib. XVII, pag. 790 (pag. 1139, D), et pag. 789 (pag. 1137, D).

Cyrenaicam ipsam ; et eosdem terminos a Romanis servatos fuisse.

Infra hæc οἱ Μαρμαρίδαι, posita sunt post ἔθνος, adpositionis instar. Sic supra §. 104, pag. 302 : Ἔστι μετὰ Κιλικίας ἔθνος Σύροι. Alioquin rescribendum foret εἰσὶν, ut legitur §. 37, pag. 259.

Hic in titulo supra, ΜΑΡΜΑΡΙΔΑΙ, novum subpetit argumentum, quo titulos minime a Scylace ipso esse profectos demonstratur. Nam Marmaridæ tantum inscribuntur ; en Cyrenæos et Hesperidas inclusos reperimus. Imo caput proximum incipit sic : Ἀπὸ δὲ Ἑσπερίδων..., et alterum saltem titulum interponi poscit. De quo cf. *Indicem* voc. *Tituli*.

655 *. Vulgo Τυνδαρέυ] Lege, ut Salmasius, Τυνδαρέας; et mox, Τυνδαρέων. *Vossius.*

656. Πλύνυς] Alii vocant Πλυνὸν λιμένα. *Vossius.*

Cf. Wesseling. ad Herodot. *(b)*.

657. Πέτραντα] Hujus Petrantis mentionem habes apud Ptolemæum, ubi scribitur, Πέτρας μεγάλης λιμήν: sed videtur librariorum incuria factum, ut hic μεγάλης legatur, pro μεγάλη, qui putarunt Πέτρας esse genitivum a Πέτρα. Idem error est in Petrantis parvæ appellatione. Cum enim Ptolemæus scripsisset, Πέτρας μικρὰ, λιμήν, illi rescripserunt, Πέτρα σμικρὸς λιμήν. Ceterum emendandus est hic Scylax, et sic legendum: ἐκ Πλύνων εἰς Πέτραντα μεγάλην, πλοῦς ἥμισυ ἡμέρας. Nullum enim hic locum habet numerus μ'. *Vossius.*

Itane! quum ipse increpet librarios Ptolemæi, quum agnoscat Πέτρας, Πέτραντος, sic quoque dicet Πέτραντα μεγάλην ex Scylace! Apage hoc genus supplementi, præsertim quum manifeste sequatur Πέτραντος μικροῦ. Sed et in margine aliter conjiciebat *f.* λιμένα. Itaque saltem facies Πέτραντα μέγαν. *Gronovius.*

658. Μενέλαον] Ptolemæus *(c)* Menelaum inter loca mediterranea recenset. *Vossius.*

659. Κυρθάνειον] Ptolemæo *(d)* est Σκυθράνιος λιμήν. Sine dubio vitiose. *Vossius.*

Forsan contra scriptum fuerat Scylaci εἰς Σκυρθ...; at reduplicationem τοῦ Σ esse post εἰς male credidit librarius quispiam. Inde posthac similis scriptura infra iteratur.

660. Ἀντίπυργος] Ptolemæo dicitur Ἀντίπυργος λιμήν : sed et hoc mihi suspectum est. Male in Tabulis Peutingerianis legi-

(a) Loc. cit.
(b) Ad lib. IV, cap. 158, fin.
(c) IV, cap. 5, pag. 117, fin., ed. Amst.
(d) Lib. IV, cap. 5, init.

tur, *Antipege,* pro *Antipygus.* Quamvis in Itinerario Antonini, sive potius Æthici, non habeatur. Unde tamen haustum est, quicquid in illis legitur tabulis! *Vossius.*

Hunc Scylacis Ἀντίπυγον λιμένα mirabiliter confirmat geographi Ravennatis sera memoria, qui lib. IV *(a)* recenset in his locis: *Gonia, Antipegoni, Cardum. Gronovius.*

Dubium esse prorsus contendit Cellarius *(b)* utra lectio optanda sit, et *utrum* ρ *Scylaci exciderit, an intrusum sit a Ptolemæo.*

661. Χερρόνησοι Ἀχιλίδες] Quænam sint hæ Chersonesi, nescio. Hoc verisimile est, de iisdem loqui circa finem hujus capitis, ubi vocantur Χερρόνησοι τῶν Ἀντιδῶν: unde patet alterutrum esse corruptum, vel fortasse utrumque. Ptolemæus hic recenset Chersonesum magnam, ut et alii. *Vossius.*

Ita micavisse in tenebris bonum juvenem quis miretur, quum sint meræ tenebræ, quas spero, dissipabo. Etenim de una Chersoneso locutum nunc Scylacem docent sequentia: Ἐν δὲ τῷ μέσῳ Πέτραντος καὶ Χερρονήσου. Etiam Hœschelius edidit Ἀχιλίδες. Inde patet scripsisse Ἀπὸ Πέτραντος μικροῦ Χερρόνησος, Ἀζιρίτης (vel Ἀζιλίτης) λιμήν. Est enim hic locus quantivis pretii, unde lux datur omnibus, qui vel Ἀζιρὶν urbem vel Ἀζιλὶν memorarunt, ut Herodoto *(c)*, Stephano, Callimachi scholiastæ, unde viri docti jam excerpserunt, ut certa ejus noscatur jam positio. Hujus portus mentionem quoque facit Synesius, sed paulum mutato nomine in epistola IV, τὴν τε ναῦν ὁρμίζει λιμενιδίῳ χαρίεντι. Ἀζάριον οἶμαι καλοῦσιν αὐτό. Ubi Petavius notat Ptolem. in descriptione Libyæ Azar montis meminisse, et Azarorum Plin. lib. VI, cap. 29. At hi Pliniani Azari sunt ad sinum Arabicum, quum Synesius naviget in mari mediterraneo ab Alexandria, et Pharium quoque Myrmeca nominet; Ptolemæus autem istum montem ponat ἐν τῇ ὑπὸ Αἴγυπτον Αἰθιοπίᾳ. Itaque egregie ista conveniunt. Intellexit Synesius hunc ipsum, sive ille tunc Ἀζάριος quoque vocatus fuerit, sive scripserit Ἀζίριον. Certe ego non dubito, quin hunc ipsum innuat geographus Ravennas in vocabulo *Meciris,* ut legitur in codice Lugdunensi, ubi Gallica editio habet *Metiris,* statim ante voces modo ex eodem citatas. Itaque his interpretationem accommodavi, quam Vossius alienissimam hanc dederat: *Post Petrantem*

(a) Cap. 7, et lib. III, c. 2, fin. pag. 67, ed. 1706.
(b) *Geogr. antiq.* lib. IV, cap. 2, part. tert.
(c) Lib. IV, cap. 157.

parvum navigatione diei sunt Chersonesi Achitides cum portu, quæ sunt in Cyrenensium regione. Gronovius.

Cf. not. 675. Sequentia ταῦτα τῆς Κυρηναίων χώρας ἐστί, innuunt ibi fere collocandos esse terminos Cyrenenses inter et Marmaridas. De his terminis adi Strabonem *(a)* et adnot. *Letronnium (b).*

662. Vulgo Διδωνία καὶ Πλατειαί] Puto scribendum Ἀηδωνία καὶ Πλάταια. Ptolemæo hæc est Ἀηδωνίς. De Platæa vero insula vide Herodotum lib. IV *(c)*. Ceterum vehementer falli, qui hanc Aedoniam, ac Platæam, eandem faciunt, ex hoc Scylacis loco manifestum est. *Vossius.*

De vocis Πλατειαί genuina hic forma oritur dubitatio. Habet Stephanus : Πλαταιαί,.... ἐστὶ καὶ νῆσος πρὸ τῆς Λιβύης. Ταύτης οἱ πολῖται, Πλαταιεῖς. Et paullo infra : Πλατεῖα, νῆσος Λιβύης. Τὸ ἐθνικὸν, Πλατειάτης καὶ Πλατεΐτης. Unam et eamdem insulam hic duplici loco laudat Stephanus, et inde duplex tantum forma adfertur. Quid autem vulgatæ Scylacis lectioni Πλατειαί, anteponamus Vossii τὸ Πλάταια, dum subpetunt Πλατέα Herodoti *(d)*, Πλαταιαί et Πλατεῖα Stephani ! Imo nihil nos satis impellit ad mutandam lectionem Πλατειαί, quum non satis certa foret emendatio.

Quæ insulæ forsan adjacent hodierno fluvio *Nahili*, ubi reperitur insula dicta *de la Bombe (e).*

In sequentibus ὕφορμοι δὲ ὑπ' αὐτῶν εἰσίν, singularis usus est particulæ ὑπό cum genitivo, hoc sensu. Sequitur vocem ὑπό genitivus, quum proficiscitur alicunde actio in aliquem aut motus alicunde, ut recte viderunt Hermannus ad Viger. *(f)*, et Matthiæ *(g)*. Usurpatur accusativus, quum exprimitur aut intelligitur motus descendendi ; dativus, quum abest movendi sensus. Sed quid, λιμένες et ὕφορμοι ὑπὸ τόπου τινός ! Ait Vigerus, pag. 670, *locum dativi, genitivum interdum subire*, ut in ὑπὸ τῆς ἀπορίας ἦν ὁ Σεβῆρος, *sub hæsitatione Severus erat.* Sed hic subauditur verbum, unde actio, per præpositionem ὑπό, incidit in Severum. Idem notandum de locis citat. in Matthiæ Gramm. §. 592, pag. 871, 872. Sed quid hujusmodi ibi intelligas ! Imo habet noster infra, pag. 309 : καταφυγαὶ ὑπὸ πεδίοις. Illud tamen proponam (absit subtilior cogitatio):

(a) Lib. XVII, pag. 798.

(b) Traduct. franç., tom. V, pag. 351, not. 1.

(c) Cap. 151 – 157.

(d) Lib. IV, cap. 151.

(e) Conf. *Carte de la Méditerranée &c.*, par Rizzi Zannoni et Lapie, 1808.

(f) Pag. 863, fin.

(g) Conf. Matthiæ *Gramm. gr.* §. 592, C, pag. 871.

Ex his insulis (ὑπ' αὐτῶν) *percipitur portuum utilitas continentis incolis.*

663. Γύης] Quid velit postrema vox, nec exprimit Vossius, nec ipse assequor, pro qua repono γήσιον. *Gronovius.*

Pro γύης rescribit Wesselingius γύαις aut γυίαις, *in arvis (a)*. De qua voce consule Monk. ad Eurip. *Alc.* v. 606. De Laserpitio in Cyrenensi regione nascente hæc scribit Theophrastus *(b)* : Ἐν δὲ τῇ Κυρηναίᾳ κυπάριττος, ἐλαίαι τε κάλλισται.... Ἰδιώτατον δὲ πάντων τὸ σίλφιον. Adjicit idem Laserpitium ibi sponte nasci, et culturam aspernari *(c)*. Cf. Aristophanis scholiastam *(d)*, et Strabonem *(e)*; consule Salmasium *(f)* et *Belley*, in *Mém. de l'Acad. (g)*, et Creuz. *Symb.* I, 148.

664. Παρήκει] Vides mirifice hunc locum ab Vossio administrari. Nam et viam ipse comminiscitur, quæ nulla est in Græcis. Tum illa verba διὰ τῆς μεσογείας et παρὰ γῆν accipit conjunctim vertens *secundum terram locaque mediterranea*. Quod est intolerabile. Imo sensus est; hoc silphium, vel regio veri silphii ferax, *procedit ab Chersoneso per mediterraneam regionem usque ad Hesperidas.* Hic distingues, et pergit Scylax in maritimis : *Prope terram circiter stadia quadraginta quingenta Aphrodisias insula.* Cum sequentibus enim his illa pars jungenda. *Gronovius.*

Forsan rescribendum παρήκει. Ceterum eo rectius conjicit Gronovius, quod illud idem reperiatur in Herodoto *(h)* : Καὶ τὸ Σίλφιον ἄρχεται ἀπὸ τούτου· παρήκει δὲ ἀπὸ Πλατέης νήσου, μέχρι τοῦ στόματος τῆς Σύρτιος τὸ Σίλφιον. Sed ab ultimis viri verbis longe recedo. Nam minime erit ceu παρὰ γῆν habenda insula, quæ distabit a continente 1500 stadiis, id est, 60 saltem leucis. Ergo pendent ἐγγὺς στάδια κ. τ. λ. a præcedentibus : delendum παρὰ γῆν, quod forsan margini adjectum fuerat juxta Ἀφροδισιὰς νῆσος, sed male insertum fuit; aut saltem rescribendum παρ' ἀκτήν.

665. Στάδια μφ'] Omnino emenda βφ'. Error solemnis in omnibus libris, quod β et μ, eodem pene modo exararint veteres. *Vossius.* (Cf. not. 54.)

Non 1500 tantum stadiorum spatio crescebat Silphium, si Theophrastum audiamus, sed 4000; et circa Syrtim ipsam, Τόπον δὲ πολὺν ἐπέχει τῆς Λιβύης· πλείω γάρ φησιν ἢ τετρακισχίλια

(a) Ad Herodot. IV, 169.
(b) *Hist. plant.* lib. IV, cap. 3, fin.
(c) *Ibid.* lib. VI, cap. 3, sub init. p. 122, init. Lugd. Batav. 1613.
(d) Ad *Equitat.* v. 890.
(e) Lib. XVII, pag. 837 (pag. 1194, D).
(f) De *Homonym. Hyles iatr.* cap. 96, pag. 144, sqq.
(g) Tom. XXXVI, *Hist.* pag. 18, sqq.
(h) Lib. IV, cap. 169.

σάδια. Τὰ πλείονα δὲ γινέσθαι περὶ τὴν Σύρτιν ἀπὸ τῶν Εὐεσπερίδων (a).

666. Ἀφροδισιάς] Sic Stephanus: Ἀφροδισιάς, νῆσος Λιβύης, πρὸς τῇ Κυρήνῃ. Ergo fallitur Vossius, quum Scylacis verba ita distinguit, ut Aphrodisias a continente 1500 stadiis removeatur. De qua insula cf. Cellarium in *Geogr. antiq.* (b). De ὕφορμος mox, cf. *Addenda*, pag. 575.

667. Κυρήνη] De origine hujus urbis confer Herodotum (c) et adnot. Tzschuckii in Melam (d). De Cyrenes situ adi cl. Boeckhium ad Pindarum (e).

Infra de λιμένες πάνορμοι cf. Homer. (f): λιμένες τε πάνορμοι, ubi schol.: πάνορμοι· σκέπην ἔχοντες παντὸς ἀνέμου. Illi sane portus erant, in quibus placidæ naves stare poterant, ne funibus quidem litori adligatæ. De portu simili Homerus (g):

Ἐν δὲ λιμὴν εὔορμος, ἵν' οὐ χρεὼ πείσματός ἐστιν.

Ibi citat Clarkius Virgilii (h) hæc:

..... Hic fessas non vincula naves
Ulla tenent, unco non adligat anchora morsu.

Conf. etiam Potteri *Comment.* in *Cassandr.* ad v. 20.

668. Μέχρι λιμένος τοῦ κατὰ Βάρκην] Aiunt Strabo (i), Plinius (k) Stephanusque eamdem esse *Barcen* ac recentiori nomine *Ptolemaidem*; Ptolemæus autem distinguit Barcen a Ptolemaide, illam in mediterraneis, hanc ad mare constituens. Quid ergo? Scylax ostendit conciliationis modum... Ptolemais ergo condita non eo loco, quo Barce fuit, sed quo Barcæorum portus. *Cellarius* (l).

669. Vulgo Καρκαίων] Scribe Βαρκαίων. *Vossius.*

670. Vulgo Εἰαὶ λιμένος καὶ χωρίς ἐστιν... ἄνης δὲ] Nihil corruptius hoc loco. Tentabam sic: Ἐκ δὲ Κυρήνης εἰσὶ λιμένος· κἀν χωρία ἐστὶν ἐσχισμένα, μέχρι Ἑσπερίδων ψ' στάδια. *Vossius.*

In his tenebris id tamen patet, distinxisse auctorem, Φυκοῦς κόλπος, ἄνης δὲ ἐνταῦθα. Opinor enim significari nunc id ipsum ab Scylace, quod Pomponius Mela dixit ab Bryone promontorio incipientem oram usque ad Phycunta importuoso litore

(a) Theophr. *Hist. plant.* lib. VI, cap. 3, sub init.
(b) Lib. IV, cap. 2, part. tert. pag. 76.
(c) Lib. IV, cap. 155, sq.
(d) Ad lib. I, cap. 8, §. 2, not. exeget. pag. 212.
(e) *Explic.* ad *Pyth.* pag. 267.
(f) *Odyss.* XIII, 195.
(g) *Odyss.* IX, 136.
(h) *Æneid.* I, 172.
(i) Lib. XVII, pag. 837 (pag. 1194, A).
(k) Lib. V, cap. 5.
(l) In *Geogr. antiq.* lib. IV, cap. 2, part. tert. pag. 72.

pertinere. Ut in voce Ἄνης notetur innavigabilis, etsi in græcis fragmentis non exstare meminerim alteram ejus vocis mentionem. Sed et præcedentia forsan hoc innuunt : *Est autem Cyrene regio importuosa et oræ sunt sectæ. Usque ad Hesperidas sunt hæc, Phycus sinus, sed innavigabilis.* Sic græca erunt : Ἔστι δὲ Κυρήνη ἀλίμενος, καὶ χωρία ἐστὶν ἐσχισμένα. Μέχρι Ἑσπερίδων, τάδε· Φύκος κόλπος, ἄνης δέ. Gronovius.

Meam autem lectionem, quamvis cautus, adfero : Ἐκ δὲ Κυρήνης εἰσὶ λιμένες· καὶ χωρία ἐστὶν ἐσχισμένα μέχρι Ἑσπερίδων· τάδε (vel μετὰ δὲ ταῦτα, vel ἐνταῦθα δὲ) Φυκοῦς κόλπος· Ἄνω δέ.... Quæ sequuntur, ad emendationem Salmasii libenter retulerim. Vocem ἐσχισμένα de importuoso litore intelligi voluit Gronovius, quod suadet Mela *(a)*, *importuosum litus* dicendo a Borio promontorio usque ad Phycunta pertingere. Sed non depingit hoc litus Scylax ceu *carens portubus* a Cyrene occidentem versus, quum ipse post Cyrenen, Barcæorum portum collocaverit. Imo lucem his verbis adfert Strabo *(b)* : Μετὰ δὲ τὴν Ἀπολλωνίαν ἐστὶν ἡ λοιπὴ τῶν Κυρηναίων παραλία μέχρι Καταβαθμοῦ...., οὐ πάνυ εὐπαράπλους· καὶ γὰρ λιμένες ὀλίγοι καὶ ὕφορμοι καὶ κατοικίαι καὶ ὑδρεῖαι, *Post Apolloniam est reliqua Cyrenæorum ora usque Catabathmum..... præternavigatu parum commoda, propter portuum, et stationum, et habitationum aquarumque inopiam,* Sed hæc scribuntur de litoribus tantum ad orientem Cyrenes sitis, et fere similia exprimit noster, quum ait ab occidente Cyrenes *portus esse*, quasi diceret antea portus defuisse.

In sequentibus lege : Ταῦτα δὲ Φυκοῦς κόλπος. Infra enim (ad *Nasamonas*) scripsit noster : Ἀπὸ δὲ Ἑσπερίδων κόλπος ἐστὶ μέγας, ᾧ ὄνομα Σύρτις. Incipit sinus ille ab Hesperidum horto tantum; suum autem nomen promontorium *Phycus*, prioribus anfractus partibus dedit, quæ *sinus Phycus* erunt, donec ad Syrtim ipsam devenias.

Quid tandem ἄνης, id est innavigabilis, hic sinus erit, ut credi vult Gronovius, dum plures portus et urbes Scylax ibidem numeraverit! Legendum esse ἄνω credidi, quia paullo procul a litore recedebat Hesperidum hortus. Supra enim Scylax : Ἐκ δὲ λιμένος τοῦ κατὰ Βάρκην ἐφ' Ἑσπερίδας στάδια χκ' (620).

671. Ἄνης δὲ ἐνταῦθά ἐστιν ὁ κόλπος...] Et hic locus vehementer corruptus est, quod nemo non videat. Optime autem

(a) Lib. I, cap. 7, S. 5, Tzschuck. *(b)* Lib. XVII, p. 838 (p. 1195, B).

emendavit magnus Salmasius *(a)* : Ἐνταῦθά ἐστιν ὁ κῆπος τῶν Ἑσπερίδων· ἔστι δὲ τόπος βαθὺς ὀργυιῶν ιη', ἀπότομος κύκλῳ, οὐδαμοῦ ἔχων κατάβασιν· ἔστι δὲ δύο σταδίων πανταχῇ οὐκ ἔλαττον εὖρος καὶ μῆκος. οὗτός ἐστι σύσκιος δένδρεσιν ἐμπεπλεγμένοις ἀλλήλοις, ὡς ὅτι μάλιστα πυκνοτάτοις. τὰ δένδρα ἐστὶ λωτὸς, μηλέαι παντοδαπαὶ, ῥοαὶ, ἄπιοι, μιμαίκυλα, συκάμινα, ἄμπελοι, μυρσίναι, δάφναι, κισσὸς, ἐλαίαι, κότινοι, ἀμυγδαλαὶ, καρύαι· τῶν δὲ χωρίων, ἃ οὐκ εἴρηται, ἔστι κατὰ τὸν κῆπον, Ἄμπελος, ἄπιος ἀλλάσσει στάδια λ'. Χερρόνησος, κῆποι πλεῖστοι, Ζηνέρτις, Τεύχειρα, Καυκαλοῦ κώμη, Ἑσπερίδες πόλις καὶ λιμήν. *Vossius.*

Initio loci, non expello ἄνης, sed rescribo ἄνω, id est, *in mediterraneis locis*, eodem usu ac infra pag. 311, fin.

Infra de iteratione formæ ὡς ὅτι μάλιστα..... cf. Vigerum *(b)* et Bastium *(c)*. Forsan quoque, nisi scriptus fuerit mss. noster majusculis, rescribendum, foret καὶ ὅτι μάλιστα; nam sæpe compendiose exarata confunduntur καὶ et ὡς. Cf. Bastium ad Gregor. *(d)*.

672. Τῶν δὲ χωρίων ἃ οὐκ εἴρηται] Horum sententia videtur, *locorum vero nonnulla non memorantur*, nomen non habent, ut sit idem ac χωρίων ἔστιν ἅ. Mox digero, Ἔστι δὲ κατὰ τὸν κῆπον Ἄμπελος, Ἄπιος ἀλλάσσει στάδια α'. *Præterea circa hortum est Ampelos* urbs, *ab Api abest stadia mille. Gronovius.*

Conjicit Longuevillius, vir amiciss., χωρίων ἄττα.

Supra vox ἀμυγδαλαί Atticæ dialecti propria est. Athenæus enim sic *(e)* : Τρύφων δὲ, ἐν Ἀττικῇ προσῳδίᾳ, ἀμυγδάλην μὲν τὸν καρπὸν βαρέως, ὃν ἡμεῖς οὐδετέρως ἀμύγδαλον λέγομεν. Cf. Maittairium de dialect. *(f)*. Idem notandum de sequenti voce καρύαι. Conf. Athenæum *(g)* et Maittairium *(h)*. Supra pro κισσός non rescriberem κίστος; sed de utriusque vocis confusione consule Schreberum ad Theocr. v, 131, pag. 179, ed. Kiessl. De voce κότινοι. cf. Theocriti adnot. ad v, vss. 32 et 100.

673. Ἑσπερίδες πόλις καὶ λιμήν] Sic Plinius *(i)* : *Berenice in Syrtis extimo cornu est, quondam vocata Hesperidum.* Stephanus : Ἑσπερὶς, πόλις Λιβύης, ἡ νῦν Βερενίκη. De hoc *portu*, quem laudat noster, conferendus Strabonis locus, Casaubono bene intellectus, Dodwello *(k)* et veteri Strabonis editori *(l)*

(a) In *Exercit. Plin.* pag. 264, 265.
(b) *De Idiot.* pag. 562, et ibi Hoogev. Cf. Hermann. *Ibid.* pag. 853.
(c) Ad Gregor. *de Dial.* pag. 51.
(d) *De Dialect.* pag. 201.
(e) II, 40, p. 203, Schweigh.
(f) Pag. 43, ed. 1738, et p. 57, ed. Sturz; cf. Mœrid. Att. ad voc. et ibi Sallierium, p. 9.
(g) II, 38, p. 199, fin.
(h) Loc. cit. pag. 90.
(i) Lib. v, cap. 5, init.
(k) Cf. Dodwelli *Dissertat. in Hannon.* § 5, supra, pag. 11.
(l) Cf. pag. 1193, not.

male emendatus. Sic enim Geographus *(a)* : Ἔστι δὲ καὶ λιμὴν Ἑσπερίδων, καὶ ποταμὸς ἐμβάλλει Λάθων. Rescribit Dodwellus λίμνη, quam emendationem nihil poscit, imo Scylax vetat. Ceterum locum supra sic emendabat Salmasius *(b)* : Ταύχειρα κώμη, Ἑσπερίδων πόλις, καὶ λιμήν; quod procul dubio prætermisit Vossius, quia non probaret.

674. Ἐκκειός] Nusquam reperitur fluvius *Ecceus*, et hic aperte res agitur de fluvio *Ladone* aut *Lathone*. Forsan legendum ἐκχεῖται. Mox pro κατὰ ταῦτα libenter legerem καὶ ταῦτα. Non semel confusæ sunt voces καὶ et κατά. Cf. Schæf. *Append. ad Bast. Epist. crit. (c)*, et Boisson. ad *Marin. vit. Procl.* p. 107.

675. Ἀπὸ χερρονήσων τῶν Ἀντιδῶν] Quid hæc! Hic locus medelam fere omnino refugit. Forsan conjicerem Scylacis sententiam hanc esse : *Quæ his litoribus obposita et vicina jacent in mediterraneis locis ab urbe Chersoneso, usque Hesperidas, hæc Cyrenæorum, illa Barcæorum sunt.* Ita me cogitare id suadebat, quod non sint in mari insulæ et stationes huic litori obpositæ (κατὰ ταῦτα). Sed ait Strabo *(d)* : Τὴν δ' ὑπερκειμένην ἐν βάθει χώραν τῆς Σύρτεως καὶ τῆς Κυρηναίας κατέχουσιν οἱ Λίβυες, παράλυπρον καὶ αὐχμηράν. *Syrtis et Cyrenaicæ superne incumbentem regionem Afri obtinent, sterilem sane et aridam.* Forsan melius conjiciendum respicere Χερρονήσων τῶν Ἀντιδῶν ad superiora mendosa hæc : Χερρόνησοι Ἀχιλλῆς *(e)*, ubi rescribit Gronovius Χερρόνησος, Ἀζιρίτης. Si mendum et confusionem, eadem ac supra, librarius quidam huc retulit, et credidit Ἀχιλλῆς esse epithetum vocis Χερρόνησοι, en iterum scripsit ἀπὸ Χερρονήσων τῶν Ἀχιλλίδων, quod mutatum postea in Ἀντιδῶν. Si res ita foret, genuina Scylacis lectio esset : Καὶ ταῦτα τὰ χωρία ἀπὸ Κερρονήσου..... Mutarem κατὰ in καί, et tollerem τῶν ἀντιδῶν, ceu pravæ lectionis repetitionem nimis accuratam.

676. Vulgo Καρκαίων] Omnino legendum Βαρκαίων. *Voss.*

677. Σύρτις] Intimam sinus partem ait noster recedere 80 stadiis; sed laxius Dio Chrysostomus *(f)*, εἰσέχων ἐπὶ πολὺ τῆς χώρας. Majoris Syrtis circulum stadiorum fuisse 5000 nos docet Eratosthenes apud Strabonem *(g)*, et ejus verba fere exscribit Eustathius ad Dionysium *(h)*. Eadem Agatheme-

(a) Lib. XVII, pag. 836 (pag. 1193, C).
(b) *Exercit. Plin.* pag. 364.
(c) Pag. 11, ed. Lips.
(d) Lib. XVII, pag. 838 (pag. 1195, D).
(e) Pag. 308, lin. 9. Cf. not. 661.
(f) *Orat.* V, pag. 83, C. Non distinguit tamen ille, quam Syrtim designare velit.
(g) Lib. II, pag. 123.
(h) Ad v. 199.

rus *(a)*. Ceterum generatim pro regione ἡ Σύρτις nonnullis recentioribus habetur. Confer *Chronicon Paschale (b)*, ubi designantur, ni fallor, Λωτοφάγοι corrupta voce Ταυπομαῖοι. Apud Lydum non distinguuntur *magna* et *parva* Syrtis; sed dicuntur communi adpellatione αἱ μεγάλαι Σύρτεις *(c)*.

678. Εἰς Νέαν πόλιν] Non tantum patet os magnæ Syrtis apud Strabonem, qui Neapolim et Cinyphum amnem extra ponit, et initium sinus a promontorio *Cephala* sumit *(d)*. Sed hanc aperturam sinus esse τελῶν ἡμερῶν scribit quoque Dio Chrysostomus *(e)*, qui noctes navigationis in diebus complectitur. Ceterum eadem est Neapolis illa, ac Leptis magna, teste Strabone *(f)*, cujus hæc verba sunt; Συνεχῶς δὲ Νεάπολις, ἣν καὶ Λέπτιν καλοῦσιν. Nempe Λέπτις ab incolis, Νεάπολις a Græcis adpellata. De qua cf. Dionysium *(g)*, auctorem anonymum παραφράσεως in Dionys. *(h)*, et ibid. Eustathium. De utroque hoc urbis ejusdem nomine, et de incunabulis illius confer Tzschuckium ad Melam *(i)*.

679. Τοῦ μυχοῦ τὰ ἐπ' ἀριστερᾷ] Id est, *usque ad sinistram sinus imi partem, introrsum naviganti.* Scilicet Nasamones juxta septentrionales Hesperidum terminos in mediterraneis partibus incolebant, et ad litus tantummodo orientale Syrtis pertingebant. Quod testatur Strabo *(k)* his verbis: Ὑπέρκειται δὲ τοῦ μήκους, τοῦ δὲ πλάτους παρήκοντες καὶ μέχρι τῶν Φιλαίνου βωμῶν, οἱ Νασαμῶνες, Λιβυκὸν ἔθνος. Hæc ultima verba, terminos regionis Nasamonum clarius in intima Syrtis parte intercludunt. Quod ad Strabonis locum adtinet, videtur mihi eruditiss. vir *Letronnius*, non satis vim verborum intellexisse, quum fere velit τοῦ δὲ πλάτους expellere, et legere sic: Ὑπέρκειται δὲ τοῦ μήκους, παρήκοντες καὶ μέχρι κ. τ. λ... Imo omnibus, quotquot sunt, verbis uti velim. Etenim τὸ μῆκος longitudinem Nasamonum regionis, Hesperidibus conterminam exprimit; et τὸ πλάτος, latitudinem ejusdem regionis, mari objectam: et pariter, τὰ τοῦ πλάτους et τοῦ μήκους, a subaudita præpositione διά pendent. Ceterum Scylacis Strabonisque dictis mire congruit Herodotus *(l)*, his verbis: Τὸ δὲ ἔθνος τοῦτο ἐστι μὲν

(a) Lib. I, cap. 3, init. et lib. II, cap. 14, pag. 247, Gronov.
(b) Pag. 29, D, Paris. 1688.
(c) Lyd. *de Ostentis*, pag. 192, C.
(d) Strab. lib. XVII, pag. 835.
(e) *Orat.* V, pag. 83, C.
(f) Loc. cit. (pag. 1192, A),
(g) V. 204, 205.
(h) Pag. 7, lin. 30, sub fin. t. IV *Geogr. minor.* Hudson.
(i) Ad lib. I, cap. 7.
(k) Lib. XVII, pag. 836.
(l) Lib. II, cap. 32.

Λιβυκὸν, νέμεται δὲ τὴν Σύρτιν τε καὶ τὴν πρὸς ἠῶ χώρην τῆς Σύρτιος οὐκ ἐπὶ πολλόν.

680. Vulgo τοῦτον δὲ ἔχονται....] Nec græca hæc intelligo, et sequentia opinor pessime distincta, quæ sic opinor collocanda: Τούτου δὲ ἔχονται Λιβύων ἔθνος παρὰ τὴν Σύρτιν μέχρι τοῦ στόματος τῆς Σύρτιδος Μακαί. Χειμάζουσιν ἐπὶ θαλάττῃ τὰ βοσκήματα κλείοντες· τοῦ δὲ θέρους, &c. *Huic apposita est Libyum natio juxta Syrtin usque ad Syrtis os Macæ. Hibernant ad mare greges inclusos habentes. Gronovius.*

Ego quædam turbata, interpolata quædam duco, et sic locum nunc refingo, a textu meo paullum recedentem: Τούτων δὲ ἔχονται Λιβύων ἔθνος Μακαί. παρὰ τὴν Σύρτιν μέχρι τοῦ στόματος χειμάζουσιν, ἐπὶ... deletis τῆς Σύρτιδος, ceu repetitionis et vanæ explanationis instar male insertis, aut: Τούτων δὲ ἔχονται Λιβύων ἔθνος Μάκαι. μέχρι τοῦ στόματος τῆς Σύρτιδος Μακαὶ χειμάζουσι, ἐπὶ... deletis παρὰ τὴν Σύρτιν, et servato Μακαί in secundo loco.

681. Τοῦ δὲ θέρους...] Macas inquit hyeme ad mare se continere, pluviatilemque aquam potare, cum nulli sint hic amnes: æstate vero, cum imbre destituuntur, ad mediterranea se loca conferre, ad Cinypa, aliosque, qui in eum amnes devehuntur. Verum hic non satis convenire videtur Herodotus cum Scylace; qui lib. IV *(a)* Nasamones, quorum eadem ratio, æstate ait, relictis ad mare pecoribus, ad Ægila se recipere, ut inde palmulas decerpant. Quæro itaque, si pecora ad mare relinquantur, quonam potu, pluvia deficiente, alantur? non credo, ea ad mare potatum ivisse; quod in quibusdam Ponti locis contigisse, Arrianus tradit. Sed non una hirundo facit ver. Ejus præterea rei naturalis est ratio, propter fluviorum, qui se in eum exonerant, multitudinem. Præterea non verisimile, palmarum eos fructum æstate decerpsisse, ut inquit Herodotus, cum is ante autumnum maturescat nusquam. Locus Herodoti sic se habet: Αὐσχισέων δὲ τουτέων τὸ πρὸς ἑσπέρης ἔχονται Νασάμωνες, ἔθνος ἐὸν πολλόν. οἳ τὸ θέρος καταλείποντες ἐπὶ τῇ θαλάσσῃ τὰ πρόβατα, ἀναβαίνουσι ἐς Αὔγιλα χῶρον ὀπωριεῦντες τοὺς φοίνικας. Sed si legatur, οἱ μετὰ τὸ θέρος, sublata fuerit omnis difficultas. Et sic sibi invicem constabunt Scylax, et Herodotus: nimirum ut Nasamones, et Macæ, dicantur æstate in mediterraneis egisse locis: ingruente vero autumno, pecora ad maritimas oras abegisse: eo vero tempore autumni, quo palmulæ maturæ

(a) Cap. 172.

redditæ fuerint, rursum ad mediterranea revertentes loca, eas decerpsisse, et sic ad sua concessisse pecora, hyememque ibi exegisse. *Vossius.*

Hanc emendationem, fors. inconsiderate, rejicit Larch. *(a)*.

682. Εἰς μεσογαίαν] Solet noster scribere μεσογείαν.

683. Ἔξω τῆς Σύρτιδος] Valde suspicor insertas fuisse has voces, quas in margine quispiam, tituli et admonitionis instar, scripserat.

684. Κίνυψ] Cinypos oppidi meminit Probus ad secundum Georgicωn Virgilii: *Cinyps oppidum est, et flumen Africæ, regionis Garamantum. Apud eos hirci villosissimi nascuntur, quos tondent ad cilicia, quibus nautæ utuntur. Vossius.*

Hic fluvius Κίνυφος Nonno *(b)* dictus. Fertilitatem loci celebrant Herodotus *(c)* Probusque *(d)*. De quo fluvio cf. J. B. Gailium in Geographia Herodotea *(e)*, et Tzschuckium ad Melam *(f)*.

685. Ἔστι δὲ ἔρημος] Hæc recentiore manu addita. Nam aliter frigerent verba Scylacis. Hic nuntiat interpolator hunc locum, se vivente, carere incolis, quasi scriberet: Ἔστι δὲ νῦν ἔρημος.

686. Ἀπέχει] Male vetus interpres sic vertit hunc locum: *A Neapoli ad Syrtim, intervallum est undique stadiorum 80.* Primum enim non distat a Syrti Neapolis, quum a Neapoli ipsa incipientem Syrtim dixerit Scylax. 2.° Nusquam τὸ ἀπέχει apud nostrum reperitur, quod non a subjecto quodam pendeat. 3.° Caret omnino sensu *urbs ab altera* UNDIQUE *80 stadiis distans.* Ni fallor, ἀπέχει referendum est ad χωρίον, quod occidentem et meridiem versus extenditur ad interiora Syrtis litora. Sic tantum intelligo quomodo locus recedat ab altero loco 80 *undique* (πάντη) stadiis. Hic τὸ πάντη non absolute usurpatur. Ceterum hæc et proxima sat obscura.

687. Vulgo Ὑπ' αὐτόν] Lege ὑπ' αὐτήν. *Vossius.*

Rescribe ὑπ' αὐτό, si ad τὸ χωρίον hæc referre tibi mens est.

Mox fors. legendum pro ὕπεστι, ἔπεστι, ut paullo infra (p. 314, init.; p. 316, lin. 7, et p. 317, fin.

Non est quod offendamur proximis πρὸς τὸν ποταμόν. Sæpius quidem πρός significans *juxta*, et *movendi* sensu carens, pone habet *dativum* casum, ut pag. 318, lin. 11, aut si accusandi

(a) In *Traduct. d'Hérodote*, not. 302, ad lib. IV, tom. III, pag. 553.
(b) *Dionys.* lib. XIII, v. 31.
(c) Lib. IV, cap. 175.
(d) In *Cyneget.* v. 34.
(e) In *Philologue*, t. XI, pag. 31, not. 1.
(f) Ad lib. I, cap. 7, §. 5, *Not. exeget.* pag. 190.

casum regit, subauditum saltem movendi sensum exprimit. Sic ἡ Ἀσία πρὸς ἀνατολήν non caret omnino sensu movendi subaudito. Sæpe cum subaud. τετραμμένος usurpatur πρός casu accusativo, exempli gratia in κόλπος πρὸς Φοινίκην κείμενος *(a)*, κόλπος πρὸς ἰσθμόν *(b)*, πόλις πρὸς λιμένα *(c)*. Cf. not. 724. Ejusdem modi hic est νῆσος πρὸς ποταμόν.

688. Vulgo Φιλαίνου κωμούς] Recte observavit doctissimus Jac. Maussacus, in commentariis ad Harpocrationem, esse legendum βωμούς. *Vossius.*

Quas aras in imo recessu magnæ Syrtis fere omnes collocaverunt, et Strabo ipse *(d)* : sed idem ipse geographus alibi *(e)* ait Philænorum aras in medio fere stare intra ambas Syrtes, κατὰ μέσην που τὴν μεταξὺ τῶν Σύρτεων. Imo huic tumulo locum eumdem tribuit Peutinger. Tabula, ut jam vidit Strabonis gallicus interpres *(f)*. Unde ista oriatur discrepantia, nescio. Ceterum de Philænorum nomine ipso et de varia illius scriptura apud veteres, confer adnot. Perizonii et Tzschuckii ad Melam *(g)*, de aris et columnis, terminos regionum sæpe designantibus, adi Strabonem *(h)*, et supra laudatos adnotatores Melæ. De morte fratrum Philænorum consule Sallustium *(i)* et Valer. Maxim. *(k)*. Ait Polybius *(l)* spatium esse, a Philæni aris ad Columnas, 16 millium stadiorum juxta litus navigantibus.

689. Λευκὰς νήσους] Quarum nullus alius, quod sciam, meminit, et voce πλοῦς liquet hic intelligendam esse navigationem per altum mare, nec vero præternavigationem secundum litus.

690. Λωτῷ χρῶνται] Quod testatur Herodotus *(m)* his verbis : . . . Λωτοφάγοι, οἳ τὸν καρπὸν μοῦνον τοῦ λωτοῦ τρώγοντες ζώουσι. Hujus fructus suavitatem Græcis celebratam prædicat Homerus in *Odyssea (n)*. Et Eustath. ad *Odyss.* *(o)* : Ποιοῦνται δ' ἐκ τοῦ καρποῦ τούτου καὶ οἶνον. Et mox (lin. 41) : γίνεται δή φησι καὶ οἶνος ἐξ αὐτοῦ ἡδὺς καὶ ἀπολαυστικός, ᾧ χρῶνται χωρὶς ὕδατος. De Lotophagis multa congessit Tzschuck. ad Mel. I, not. exeg. p. 194, sq. De quorumdam opinione, Lotophagos, in Sicilia, juxta Agrigentum, aut Camarinam, collocantium, cf. Eustath. ad. *Odyss.* p. 377, l. 40, et repugnantem Cluverium in *Sicil. ant.* p. 457, Lugd. Bat.

(a) IV, 38.
(b) Scyl. supr. §. 52, pag. 268.
(c) *Ibid.* §. 102, pag. 300, fin.
(d) XVII, 836.
(e) III, 171, init. (pag. 259, C).
(f) *Traduct. franç.* t. I, p. 502, not. 2.
(g) Ad lib. I, cap. 7, not. exeg. p. 162, 163.
(h) Loc. cit.
(i) *Jugurth.* cap. 79.
(k) Lib. V, cap. 6.
(l) III, 39.
(m) Lib. IV, cap. 177.
(n) Lib. IX, v. 94, sq.
(o) Pag. 337, lin. 32, Basil.

Hunc fructum uberius describunt Herodotus *(a)*, Athenæus *(b)*, Theophrastusque *(c)*. Vide infra tum Scylacem, tum Vossii adnotationem de loto. Confer etiam adnotat. Tzschuckii ad Melam *(d)*.

691. Νεαπόλεως] Quæ urbs eadem ac Leptis magna. Confer Strabonem *(e)* et quæ disseruit Cellarius in *Geogr. antiq.* *(f)*.

692. Τῆς Καρχηδονίων χώρας] Hæc etiam aliena manu inserta suspicor. Nam minime distinguit Scylax Carthaginis χώραν a proximis litoribus, sed nos deducit usque ad Carthaginem, nulla provinciarum divisione facta; ideo animus illi non fuit illam Neapolim, tamquam Carthaginiensibus subjectam, exprimere: imo si id voluisset, aliis prorsus verbis scripsisset. Valde ego arbitror, quum apud veteres initium punici imperii a magnâ Syrti duceretur, illud ipsum dicere voluisse librarium; ergo hanc Neapolim, quæ post Cinypem amnem, id est, post magnam Syrtim, sita erat, ait ille esse partem τῆς Καρχηδονίων χώρας. Minime hic agitur de illa Neapoli, Carthagini proxima; quod si intellexisset doct. Tzschuckius, non adfirmasset hic Scylacem ab occidente ad orientem describendo procedere, et ibi seriem rerum vetare ne insula Brachion pro insula Lotophagorum habeatur *(g)*.

Ceterum cf. Scyl. §. 109, fin., pag. 316, et not. 728.

693. Vulgo Γεάφαρα] Ptolemæo est Γαράφα λιμήν; quod metuo ne corruptum sit. *Vossius.*

Scribe Γαφάρα, ut monuit cl. Harduinus ad Plinium, qui in Scylace unam litteram superfluam, in Ptolemæo litterarum transpositionem deprehendit. *Hudson.*

Hanc urbem arbitror eamdem esse ac Plinii *(h)* *Gaphram* vel *Taphram.*

694. Vulgo ταύτῃ] Malim ταύτης, ut infra.

695. Ἀβροτόνου] Arbitror hic aliquid deesse post vocem Ἀβροτόνου; nimirum, urbis alicujus nomen, ad quam ex Abrotono una navigatur die. *Vossius.*

Et cur non infulcit, quod deest! quum sit satis manifestum, nempe legendo: Ἀπὸ δὲ Ἀβροτόνου Οἴη ἡμέρας μιᾶς, quam vocem patet absorptam ab exitu vocis præcedentis et

(a) Loc. supr. cit.
(b) Lib. XIV, c. 18, p. 651, Lugd. 1612.
(c) *Hist. plant.* lib. IV, pag. 46, Amstel. 1644.
(d) Ad lib. I, cap. 7, not. exeg. p. 194, 195.
(e) XVII, pag. 835 (pag. 1192, A).
(f) Lib. IV, pag. 3, part. 3.ª pag. 80.
(g) Conf. Tzschuck. *Not. exeget. in Mel.* lib. II, cap. 7, S. 7, pag. 652.
(h) Lib. V, cap. 4.

principio sequentis, in quibus sunt eædem literæ. Plinius *(a)* clare circa hæc loca: *Ibi civitas Oeensis, Cinyps fluvius, ac regio, oppida Neapolis, Gaphra, Abrotonum. Gronovius.*

Si locorum seriem ipso in Plinio Gronovius consideraverit, tali restitutione abstinendum erat. Nam romanus geogr. *Œam* et *Œenses* ad orientem Cinypis amnis posuit, et sic obstat quin illos ad occidentem Abrotoni reponas. Sed recta Gronovii emendatio: nam luculenter Cellarius *(b)* demonstravit ex Ptolemæo, Antoninique itinerario, *Œam* non procul a minori Syrti collocandam esse. Sed sic Gronovii emendationem impleverim: Ἀπὸ δὲ Ἀβροτόνου Οἴη πόλις· ταύτης ὁ παράπλους ἡμέρας μιᾶς. Nam patet lacunam hic subesse.

696. Κατὰ δὲ ταῦτα] Male vetus interpres vertit, *Circa hanc*.... quod ad superiorem urbem tantum refertur. Sed intelligimus κατὰ ταῦτα de parte illa litoris, quam spectabat insula nuper Straboni *(c)* Plinioque *(d)* *Meninx* adpellata.

697. Βραχείων] Nemo, quod sciam, hujus meminit insulæ; ut nec ejus, quæ sequitur; quam tamen eandem, ac Lotophagitum, arbitror. *Vossius.*

Recte, arbitror, quamvis aliter judicaverit Tzschuckius in Melam *(e)*. Conf. supra not. 692. Ceterum hujus insulæ, licet obscurius, meminit Homerus in *Odyssea* *(f)*. In errorem cum nonnullis desilit auctor ineditæ διηγήσεως παραφραστικῆς *(g)* in Ulyssis iter, dicendo virum devenisse in terram τῶν Λωτοφάγων, ἤτοι τῶν Καμαριναίων. Quid Lotophagos juxta Camarinam Siciliæ collocat! Conf. not. 690.

698. Μετὰ Λωτοφάγους καταραχίας] Quid rescribendum, nescio; at certe mendosa hæc, et redundantia. Cur mentio hic fit de Tarichiis insulis, quas luculenter exprimit Strabo *(h)* esse inter *Adrumen* civitatem et *Thapsum*, in adversa litoris parte, et extra Syrtim occidentem versus! Forsan voluit scholiastes quidam, insulæ supra dictæ locum plenius definire scribendo jacere illam μετὰ Λωτοφάγους καὶ κατὰ Ταριχείας. Ut ut sit, abeant hæc a rerum serie.

Ceterum prave, ni fallor, legitur in Mela *(i)*: *Contra Carthaginis sinum Tarichiæ.* Quæ lectio *Tarichiæ*, si esset extra suspicionem, discrepantem cum Strabone Scylaceque Melam

(a) Lib. v, cap. 4.
(b) *Geogr. ant.* lib. iv, c. 3, part. 3.ª p. 81.
(c) Lib. xvii, pag. 834.
(d) Lib. v, cap. 7.
(e) Not. exeget. in lib. ii, cap. 7, §. 7, pag. 651.
(f) Lib. ix, v. 94.
(g) In Reg. Parisiens. Biblioth. manuscr. græc. in-f.°, n.° 817, pag. 183, lin. 14.
(h) xvii, pag. 834 (pag. 1191, B).
(i) Lib. ii, cap. 7, §. 7.

tantum ostenderet; at mille modis illa in mss. cruciatur, et apud perpaucos tantum legitur *Tarichiæ (a)* : ergo crediderim quidvis potius legendum, quam Tarichiæ. Imo librarius quidam ita rescripsit, orta procul dubio ob vicinitatem insularum confusione.

699. Καὶ ἕτερος] Duas recenset species loti : unam, quam edunt, alteram, ex qua vinum sibi conficiunt, cujus fructus multo major erat, et vinosior arbuto, ut Scylaci placuit; vel, ut Polybio, olivæ non absimilis magnitudine. Is egregie hanc describit apud Athenæum libro XIV *(b)*. Apud Herodotum in *Melpomene (c)* sic legitur : Ἀκτὴν δὲ προέχουσαν ἐς τὸν πόντον, τούτων τῶν Γινδάνων νέμονται Λωτοφάγοι· οἳ τὸν καρπὸν μοῦνον τοῦ λωτοῦ τρώγοντες ζώουσι. ὁ δὲ τοῦ λωτοῦ καρπός ἐστι μέγεθος ὅσον τὸ τῆς σχίνου. γλυκύτητα δὲ τοῦ φοίνικος τῷ καρπῷ προσείκελος. ποιεῦνται δὲ ἐκ καρποῦ τούτου οἱ Λωτοφάγοι καὶ οἶνον. Sed si loti fructus non major fuerit, quam lentisci, omnino hæc alia fuerit, quam Scylax et Polybius describunt. Ego certe arbitror, hanc eandem esse ac eam quam Scylax Lotophagos inquit comedere. Sed illa posteriora Herodoti verba, quibus indicat eos inde vinum expressisse, non accipienda de eadem loti specie. Ita Scylacem superius, cum inquit, λωτῷ χρῶνται σίτῳ, καὶ ποτῷ, non intellexisse de eadem loti specie, ex sequentibus patet. Interim illi loti fructus, unde vinosum hunc exprimebant succum, majores erant iis, qui in farinæ usum cedebant : at non e contrario. Et hoc quidem pacto Lotophagi solo loto vitam egisse dicuntur. Stephanus ex Herodoto : μόνον τοῦ λωτοῦ ἐσθίοντες ζῶσι. Miror vero Strabonem, lib. XVII *(d)*, ridere Artemidorum Ephesium, quod id ipsum retulisset. Verba ejus sunt : Αὐτὸς δὲ τούτων πολὺ χείρω λέγει περὶ τοὺς αὐτοὺς τόπους. μεταναστάσας γάρ τινας ἱστορεῖ Λωτοφάγους, οἳ τὴν ἄνυδρον νέμοιντο, σιτοῖντο δὲ λωτὸν πόαν τινὰ καὶ ῥίζαν, ἀφ' ἧς οὐδὲν δέοιντο ποτοῦ : quæ eadem verba etiam leguntur lib. III (p. 237, B, Amstel.). Sed mihi ceterorum auctoritas hac in re pluris est, et præsertim Polybii αὐτόπτου. *Vossius.*

Infra dicendi forma ποιοῦσι δὲ καὶ ἔλαιον ΠΟΛΥ, et iterum ulterius, φέρει δὲ καρπὸν ἡ νῆσος ΠΟΛΥΝ, sæpissime usitata reperitur, et ubertatem exprimit *(e)*. Sic fallitur, opinor, doctiss. *Corayus* ad Strabonem *(f)*, quum simili in loco pro Athenæi, ἔλαιον πολύ, conjicit ἡδύ.

(a) Conf. *Not. critic.* Tzschuckii in Mel. lib. II, pag. 498, 499.

(b) Cap. 65, pag. 369, ed. Schweigh.

(c) Lib. IV, cap. 177.

(d) Pag. 829 (pag. 1185, B).

(e) Conf. et pag. 324, init.

(f) *Traduction française*, tom. V, pag. 137.

699*. Ἔστι δὲ ἡ νῆσος εὔγειος] Hæc interpolata judico, tum quod frigida repetitio præcedentium sunt, tum quod non scribit noster in similibus simpliciter ἡ pro αὕτη. Supra enim *(a)*, ἔστι δὲ ἡ νῆσος αὕτη. . . ; infra *(b)*, καὶ ἡ χώρα αὕτη ἀρίστη . . . . et in loco quamvis dubio *(c)*, ἡ δὲ λίμνη αὕτη ἐστὶ μεγάλη. Forsan hæc sunt marginalis admonitio eorum, quæ sunt in textu, ut fieri solebat in libris uno tenore conscriptis.

700. Vulgo Ἀπὸ Ταραχείων] Juxta lectionem Strabonis legendum foret, Ταριχείων. Eum vide circa finem operis. *Vossius.*

Hæc iterum inserta suspicor: nam perturbationem adferunt, et crebriorem repetitionem vocis νῆσος. Scylacem minime harum νησιδίων Tarichiarum meminisse arbitror. De quibus cf. Strabonem *(d)*. Aliarum Tarichiarum in Ægypto meminit Herodotus *(e)*.

701. Ἔπιχος] Vereor ne totus hic locus fœde corruptus sit. *Vossius.*

702. Ἀπὸ δὲ τῆς νήσου . . .] Hæc, ob iterationes vocum, interpolationes et corruptelam textus declarant.

703. Ἐσχίδων] Sane sunt hæc ignotissima, ut non sine causa metum suum proferat Vossius. Pro his autem, ut latine appellat, Eschidibus videtur desiderari vetusta et rara vox ἀπὸ δὲ Ἐρεβιδῶν. Quod non aliunde probaverim, nisi ex Stephano: Ἐρεβίδαι, μέρος Λωτοφάγων. Φίλιστος ὀγδόῳ : ad quæ verba consistit omnis amplitudo doctrinæ eorum, qui eum tantis commentariis ampliarunt. *Gronovius.*

Rescriberem Ἐπίχων, aut forsan Ἐπιχίων, quod nomen præcedentis urbis adpellationem refert. Ni fallor, latet hic lacuna nominis cujusdam, civitatem designantis, quo ab urbe superiori deveniebant unius diei navigatione. Sic locum serie carentem relinquo : ἀπὸ δὲ Ἐπίχων εἰς. . . . πλοῦς ἡμέρας· ἡ νῆσος ἔπεστιν. . . .

704. Ἐπ' αὐτῇ] Censeo ἐπ' αὐτῇ referendum esse ad nomen civitatis prætermissum, in cujus conspectu Cercina insula erat. Ceterum huic scribendi formæ : *Ab. . ., usque. . ., diei navigatio*, ET IBI EST. . ., similem aliam supra habuimus *(f)* : Ἀπὸ δὲ τοῦ Ἀρίωνος ποταμοῦ πλοῦς ἡμέρας ἥμισυ· ΚΑΙ. . . ΕΙΣΙΝ ΕΝΤΑΥΘΑ. . . .

705. Ἀνακινίτης] Puto hanc esse Κερκινῖτιν Strabonis. *Voss.*

(a) Pag. 315, lin. 6.
(b) Pag. 315, lin. 5.
(c) Pag. 314, fin.
(d) Lib. XVII, pag. 834.
(e) II, 15.
(f) S. 24, pag. 250.

Strabonis *(a)* verba sunt : Παράκειται δὲ τῇ ἀρχῇ τῆς Σύρτεως νῆσος παραμήκης, ἡ Κέρκιννα, εὐμεγέθης, ἔχουσα ὁμώνυμον πόλιν, καὶ ἄλλη ἐλάττων Κερκιννῖτις. Verisimile est hanc Strabonis distinctionem hic minime fieri, et Scylacis Cercinnitem, pro Cercinna Strabonis omnino habendam esse. Minorem vero hanc insulam apud nostrum nomine carentem, Cercinnitem adpellavit Strabo. Idem cogitandum de Agathemeri loco, ubi *Cercinen* et *Cercinitin* laudat *(b)*.

706. Vulgo Δερνίτης] Opinor corruptam esse lectionem. Mihi certe placet ut legatur Τεμπωνίτης. *Vossius.*

707. Σύρτις....ἡ μικρά] Adpellata etiam Λωτοφαγῖτις, ut testatur Eustathius ad Dionysium *(c)*. Adjicit ille paullo infra, Syrtim minorem stadiorum 1600 circuitu patere : Ἔστι δὲ ἡ μὲν ἐλάττων Σύρτις χιλίων ἑξακοσίων σταδίων, ὥς οἱ παλαιοί φασι, τὴν περίμετρον. Quam mensuram e Strabone *(d)* mutuatus est.

708. Καρκινίτης] Nulla potest ratio dari, quare Syrtis minor vocetur Carcinites. Lego itaque Κερκιννῖτις : nimirum ab Cercinna insula. *Vossius.*

Quam belle procedant hi duo juveniles conatus, quam egregie ostentent notitiam geographiæ, quam valenter etiam senex potuerit sua tueri, declaravi nuper et olim ad Pomponium Melam. Nulla nota Thapsus minor, nulla Syrtis Cercinitica. Itaque legendum monui : Ἀπὸ δὲ Θάψου Λέπτις μικρὰ καὶ Ἀδρύμης ἐστί. Κόλπος μέγας εἴσω Κερκινίτης, ἐν ᾧ ἡ Σύρτις ἐστὶ ἡ μικρὰ καλουμένη : *Post Thapsum Leptis parva et Adrumetum est. Intus sinus magnus Cercinites, in quo Syrtis est parva appellata.* Geographus Ravennas : *Adrimetum, Ruspina, Lepteminus, Tapsum.* Quomodo potuit infra dicere Ἀπὸ Ἀδριμήτης, vel ut Vossius corrigit, Ἀδρυμήτου, nisi positionem ejus præmisisset? *Gronovius.*

Aliqua ratione ferri potest ea quam Gronovius profert, lectio. Sed vere infeliciter vexat ea quæ sequuntur, quæque optime se habent, κόλπος μέγας εἴσω, ἐν ᾧ ἡ Σύρτις ἐστὶν ἡ μικρὰ Κερκιννῖτις καλουμένη. Quum enim sinum hunc, in quo est Syrtis, terminent hinc Cercinna, inde Lotophagorum insula, cur non tam bene Syrtis ista dicatur Κερκιννῖτις, quam Λωτοφαγῖτις? *Vossius (e).*

709. Τὸ περίμετρον στάδια G'] Sic videtur rescripsisse Hœschelius, cum in ms. esset ϥ : forte quod non intelligeret

(a) Lib. XVII, pag. 834 (p. 1191, B).
(b) Lib. I, cap. 5, pag. 192, Gronov.
(c) Ad v. 199, pag. 35, lin. 27, Hudson.
(d) Lib. II, pag. 123.
(e) In *Append. Observation. ad Melam*, pag. 28.

hanc notam, quæ tamen valet CIↃ CIↃ. Infra enim, sic legitur in ms.: Κρήτης αὐτῆς μῆκος στάδια Ϛ' φ. Supra vero jam dixit Cretæ longitudinem esse stadiorum CIↃ CIↃ IↃ. Porro cum Scylax inquit Syrtidis minoris ambitum esse stadiorum CIↃ CIↃ, a Strabone et Plinio dissentit. Non tamen ab uno magis, quam altero. Hic siquidem eam facit stadiorum CIↃ IↃC: alter vero, Polybii auctoritate, CCC M. passuum, quæ sunt stadia CIↃ CIↃ CCCC. *Vossius.*

Scribit Agathemerus hunc ambitum mille et sexcenta stadia continere *(a)*.

Ceterum huic occidentali Syrti melius convenire videntur quæ scripsit Dio Chrysostomus *(b)*, dum numeri ad alteram respicere videntur. Forsan ille quasi de una, omnia congessit, quæ de utraque collegerat.

710. Νῆσος Τριτωνίς, vulgo Τρίτωνος] Melius, ut Salmasius, Τριτωνίς. *Vossius.*

Magnum ibi portum et delabentem fluvium memorat Strabo *(c)*; sed de *Tritonis* nomine, de lacu et insula, tacet. Discrepantes inter se de Tritonidis insulæ situ auctores laudat Tzschuckius in Melam *(d)*.

711. Καὶ αὐτόθεν] Male vertit vetus interpres: *et illic est Minervæ Tritoniæ fanum.* Ait Scylax Minervam *inde* suum cognomen deæ Τριτωνίδος ducere. Cavillatur ipse Pausanias *(e)* eos, qui Minervam credunt educatam fuisse juxta Tritonem, Bœotiæ flumen, dum quærenda sint ejus incunabula ad Libycum Tritonem. Apollonii scholiastes *(f)* tres ejusdem nominis fluvios distinguit his verbis: Τρίτωνες τρεῖς, Βοιωτίας, Θεσσαλίας, Λιβύης. Ἐν δὲ τῷ κατὰ Λιβύην ἐτέχθη ἡ Ἀθηνᾶ. Meminere Minervæ Τριτογενείας Hesiodus *(g)*, Callistratus *(h)* ex Homero *(i)*. Eumdem deæ ortum laudant Æschylus *(k)* Apolloniusque *(l)*. Confer etiam Melam *(m)* et diligentiss. adnotatorem Tzschuckium *(n)*. Ceterum Τρίτων nomen erat unius e filiis Neptuni, imo Neptuni ipsius *(o)*.

712. Στόμα δὲ ἔχων ἡ λίμνη] Quid monstrum hæc lectio, de qua silent omnes! Subpetit rectius τὸ ἔχει, quod jam rescripsit

(a) Lib. I, cap. 3, init., et lib. II, c. 14, pag. 247, Gronov.
(b) *Orat.* V, pag. 83.
(c) Lib. XVII, pag. 834.
(d) Ad lib. I, cap. 7, §. 4, not. exeget. pag. 186, 187.
(e) Lib. IX, cap. 33, pag. 777, ed. Kühn.
(f) Ad *Argonaut.* lib. I, v. 109. Cf. etiam lib. IV, v. 1311.
(g) *Theogon.* v. 924.
(h) In *Analect.* Brunck. t. I, pag. 156.
(i) *Il.* IV, v. 515.
(k) *Eumenid.* v. 293.
(l) *Lexic.* voc. Τριτογένεια.
(m) Lib. I, cap. 7, §. 4.
(n) Ad loc. laud. not. exeget. pag. 187.
(o) Conf. schol. Lycophr. *Alex.* v. 34.

Hœlzinus ad Apollon. Rhod. IV, 1576. Sed fateor totum hunc locum medelam ferme effugere. Et primum quid sibi vult os *paludis* istius, quæ nondum prodiit in medium! Scripsisset, ni fallor, Scylax νῆσος Τρίτωνος... καὶ ποταμὸς καὶ λίμνη, antequam ad hanc paludem rediret his verbis: Στόμα δὲ ἔχει κ. τ. λ. Imo vix crediderim potuisse nostrum de *invadente ibi et recedente mari* disserere, dum Herodotus de his taceat *(a)*, et similium mentio fiat tantum apud Strabonem *(b)* posterioresque ejus. Adde quod *mille stadiorum* ambitus hic definiatur, et μεγάλη tantum Herodoto hæc palus dicatur *(c)*. Hæc omnia, usque ad πελέπονα, recentiori manu inserta suspicor, et πελέπονα... αὐτὴν refero ad νῆσος Τριτωνίς. In Tritone lacu urbem Ἱερισσὸν, et τῆς Ἱερισσίας collocat Pindari schol. *(d)*; de quibus multi siluere.

Liceat hic obvium plurimis errorem delere de Tritone lacu. Nempe reperitur in tabulis geographicis palus quædam mediterranea, ab imis Syrtis partibus recedens duabus saltem leucis. Ab isto lacu fluit aliquantisper Triton amnis, antequam in mare delabatur. Hunc lacum interiorem esse omnino Tritonem plurimi perperam voluere. At non ita: Triton lacus est ipse Syrtis ὁ μυχός. Sic concludere prorsus jubent veteres scriptores, et Herodotus inprimis; sic Plinius sequenti loco, quem doctiss. Tzschuckio non recte interpunctum censeo: *Ab his non procul, a continente palus vasta amnem Tritonem, nomenque ab eo accipit (e).* Quæ Plinii verba ita Tzschuckius *(f)* adimplet: *Ab his Philænorum aris non procul (imo satis procul), a continente palus vasta &c...* At τὸ *ab his* non proprie ad Philænorum aras referendum est, sed generatim ad summam præcedentium. Sic Plinius paullo supra ad seriem locorum exprimendam, scribit quasi adverbialiter: *ab his ora interni maris (g).* Et deinde a voce *procul* prorsus pendent τὰ *a continente.* Ceterum ne quis conturbetur, quod lacus Triton in ipsum mare quasi delapsum sit, Vossium huc auctorem adferam, qui similia de Bistonide lacu recte adnotavit *(h)*, et illum admonuit ab Aristotele *(i)* vocari λιμνοθάλατταν, sive stagnum marinum. Cf. etiam Salmasium in *Exercit. Plin. (k)* et Casaub. ad Strab. p. 84, ed. Amstel.

(a) Lib. IV, cap. 178, 179. Idem conjicientem Ukertum reperio, in *Geograph. der Griech. und Roem.* tom. I, part. 2.ª p. 290.

(b) Lib. XVII, pag. 835.

(c) Loc. cit. cap. 178.

(d) Ad *Pyth.* IX, v.

(e) Lib. V, cap. 4.

(f) Ad Mel. lib. I, cap. 7, §. 4, not. exeg. pag. 185.

(g) Lib. V, cap. 2. Conf. *ibid.* cap. 3, et cap. 5, med.

(h) Ad Mel. lib. II, cap. II, §. 8, not. crit. pag. 129, 130, ed. Tzschuck.

(i) *Hist. animal.* lib. VIII, cap. 13, t. I, pag. 909, C, Lutet. 1619.

(k) Pag. 697, A.

713. Καὶ ὁ τῆς ἀνάπωτις] Vix alium locum corruptum, ut hunc, toto Scylace reperias. Jam diu est, quod μέγιστον illud τοῦ αἰῶνος αὔχημα, Claudius Salmasius, ita conjecerit : καὶ ἐν τῷ στόματι νῆσος ἔπεστιν ὅταν ἄμπωτις ᾖ, ὅταν δὲ πλημμυρὶς, οὐκ ἔτι τὸν εἴσπλουν ναυσὶν ὑποφαίνουσα. *Vossius.*

Similem alibi sententiam diserte exprimit Strabo *(a)*. Ceterum eadem fere ait ille de iisdem locis *(b)* : Διατείνει δὲ μέχρι δεῦρο τὰ τῶν ἀμπώτεων πάθη καὶ τῶν πλημμυρίδων· καθ' ὃν καιρὸν ἐπὶ τὴν θήραν τῶν ἰχθύων ἐπιπηδῶσιν οἱ πρόσχωροι κατὰ σπουδὴν θέοντες. *Maris autem æstus hucusque pertendunt : quorum tempore accolæ maximo studio ad captandos pisces excurrunt.* His concinit Eustathius *(c)* : Πολλὴ δὲ ἡ τῶν Σύρτεων χαλεπότης, ὥς φασιν οἱ παλαιοὶ, διὰ τὸ τεναγῶδες τοῦ βυθοῦ. Καὶ ὅτι κατὰ τὰς ἐκεῖ ἀμπώτιάς τε καὶ πλημμυρίδας συμβαίνει, κατὰ τὸν γεώγραφον, ἐμπίπτειν τοὺς παρατυχόντας εἰς τὰ βραχέα, καὶ καθίζειν, καὶ εἶναι σπάνιον τὸ σωζόμενον σκάφος. Eadem reperias apud Apollonium et ejus scholiastam *(d)*; atque Plinius sic *(e)* : .... *Sinus dividitur in geminos duarum Syrtium vadoso ac reciproco mari diros.* Æstuarium simile laudat Plinius secundus *(f)*, juxta *Hipponensem* in Africa coloniam.

714. Περιέπουσι] Mirum in modum hallucinati sunt, qui τῷ περιέπουσι sensum voluerunt inesse *cingunt.* Saltem legendum illis περιέχουσι. Sed recurrendum erat ad Herodotum *(g)* et Pausaniam *(h)*, qui hunc locum religione et sacris fabulis consecratum celebraverunt. Quid Scylax totam Libyum gentem latissime patentem, in ora paludis unius recluderet ! Ceterum non semel sensum *colendi* et *honorandi* verbo περιέπειν tum plures *(i)* addixere, tum Xenophon *(k)* inprimis. Adde etiam Suidæ hæc verba : Περιεῖπον· περί τινα ἦσαν θεραπευτικῶς καὶ φυλακτικῶς. Ergo supervacua sequens Gronovii conjectura.

Τὸ αὐτὴν referendum esse ad insulam Tritonem supra conjeci in not. 712.

715. Vulgo Λίβυοι] Vossius Λίβυες πάντες. Sed hæc scriptura est ab editione Vossii, quum Hœschelius dederit Λίβυοι πάντες, quod dubito an non deducat ad Λιβοφοίνικες; vel ad

(a) Lib. x, pag. 766, fin. (p. 1111, B).
(b) Lib. xvii, pag. 835.
(c) Ad Dionys. v. 199.
(d) Lib. iv, v. 1235, sq.
(e) Lib. v, cap. 4.
(f) *Epistol.* lib. ix, 33, init.
(g) Lib. iv, cap. 179 – 188.
(h) Lib. ii, cap. 21, col. 158, Kühn.
(i) Conf. Stephan. *Thesaur.* — Alciph. l. 1, *Epist.* 32, init. — Dion. Cass. p. 419, l. 20. — Xiphil. 1081.
(k) Conf. *Apolog.* lib. ii, c. 9. — *Sympos.* lib. viii, cap. 38. — *Cyropæd.* lib. iv, cap. 4.

οἱ Βύζαντες, quippe quorum urbem Byzacium mox innuit, *Gronovius.*

716. Καὶ πόλις τὸ ὑπέκεινα] Rescribo καὶ πόλεις τὰ ἐπέκεινα. Probatur jam Vossio ἐπέκεινα. Infra enim Scylax ipse, vicinam Cernæ maris partem ait esse τὰ ἐπέκεινα Κέρνης *(a)*.

717. Πρὸς ἡλίου δυσμάς] Sic noster magnam gentem, et fere incognita suis spatia obiter tantum laudat, quod in his amplius morari incœptum non patitur. Sed diligentius exquirit Herodotus *(b)* gentes mediterraneam Libyæ partem, ultra Atlantem, incolentes. Conf. Strabonem *(c)*.

718. Ἄπαστοι] Quare hi ἄπαστοι, sive *jejuni* dicantur, nescio. Ego, si quid recte judicem, putem rescribendum, ἄπλαστοι, id est, vere pulchri, minimeque fucati, ut aliæ Libyæ gentes, quæ corporis et comarum fuco decorantur. *Vossius.*

At, meo judicio, non de aliqua Libyum gente separatim hic res agitur, sed generatim de tota. Ergo generalia hujus populi indicia deprehendamus in hoc loco necesse est. Legissem pro ἄπαστοι, facile ἀγαστοί, nisi paullulum frigeret hoc epitethum; libentius igitur rescriberem πλαστοί. Testatur Herodotus *(d)* Libyes ad occidentem Tritonis amnis, corpus sibi minio tingere, τὸ δὲ σῶμα μίλτῳ χρίονται. Idem supra nos docet *(e)* Libyssas mulieres, ad occidentem ejusdem fluminis incolentes, rubrica delibutas esse, κεχριμένας ἐρευθεδάνῳ. Satis hæc sunt, ut generatim Libyes πλαστούς Scylax adpellaverit. Ceterum corporis pulchritudinem et integram valetudinem Herodotus *(f)* quoque Libybus tribuit: Εἰσὶ γὰρ ὡς ἀληθέως οἱ Λίβυες ἀνθρώπων πάντων ὑγιηρότατοι, τῶν ἡμεῖς ἴδμεν.

719. Καὶ κάλλιστοι] Delendum est hic τὸ, καὶ κάλλιστοι. *Vossius.* (Recte, meo judicio.)

720. Vulgo Ἀδρίμητος] Scribe Ἀδρύμητος. Hadrymetum etenim Græcis est Ἀδρύμης. Stephanus, Ἀδρύμης, Ἀδρύμητος, Λιβύης πόλις. *Vossius.*

721. Ἡμερῶν τ'] Legendum est omnino ἡμερῶν τεσσάρων, vel ἡμερῶν γ'. Sæpe enim hæc littera in τ' corrumpitur. *Vossius.*

Proximis Scylacis verbis, Ἑρμαία ἄκρα καὶ πόλις, satis concinit Strabo *(g)*: . . . εἶθ' ἡ Ἑρμαία ἄκρα τραχεῖα, καὶ ἐπ' αὐτὴν πόλις ὁμώνυμος. Sic enim habet ms. quidam Paris. Prisca vero lectio erat : . . . καὶ λατομίαι τινὲς, καὶ ἐπ' αὐτὴν πόλις ὁμώνυμος·

(a) S. 3, pag. 322, lin. 3.
(b) Lib. IV, cap. 181 – 187.
(c) Lib. II, pag. 131.
(d) Lib. IV, cap. 191.
(e) Lib. IV, cap. 189.
(f) *Ibid.* cap. 187.
(g) Lib. XVII, pag. 1178, init., ed. Falconer.

εἶθ' ἡ Ἑρμαία ἄκρα τραχεῖα.... Emendabat Casaubonus ἐπ' αὐτήν in ἐπ' αὐτῶν, quod referebat ad Λαπμίας. Ego vero, quoad rem dignoscere mihi videor, ἐπ' αὐτήν non emendabo, sed ceu interpolatum tollam; nam scripsisset Scylax ἐπί cum dativo, quod rescrib. *Letronn.* Mox enim: Ἄκρα Ταφῖτις, καὶ ἐπ' αὐτῇ λόφος Ἀσπίς. Manuscripti Par. dispositionem, non ut genuinam lectionem admittam, sed ut loci emendationem quamlibet levius factam. Strabo forsan sic habebat:... καὶ Λαπμίαι τινές· εἶθ' ἡ Ἑρμαία ἄκρα, καὶ πόλις ὁμώνυμος. Imo, in libris geographicis veterum, quum inversio verborum est, illud sæpe marginalis notulæ insertæ indicium est; quod si hic vere foret, tollenda essent etiam τὰ πόλις ὁμώνυμος. Ceterum simili lectione ἐπ' αὐτήν in Scylace supra offendor. Cf. not. 176.

722. Ἀπὸ δὲ Νέας] Malim Νέας πόλεως, ut semper. *Vossius.*

723. Εἰς ἰσθμόν] Illud insertum arbitror esse scholion, imo cum mendoso græcismo. Nempe saltem scribendum erat κατ' ἰσθμόν, quum urbs ipsa Neapolis initium sit isthmi, nec iter fiat ab illa *versus*, sed *per* isthmum. Et illud insuper considero, quod infra Scylax scripserit de hoc terrestri intervallo: Ἔστι δὲ ἀκτὴ, δι' ἧς ἰσθμός ἐστι, et sic primum nuntiare voluerit esse ibi *isthmum.* Insertum quoque τὸ πεζῇ censeo, ut supra pag. 281, lin. 4.

724. Τὴν πρὸς Καρχηδόνα] Iterum hæc male inserta suspicor, ideo quod supra scripserit noster τὴν ἑτέραν θάλασσαν, distinctione ita satis facta; et soleant geographi dicere simpliciter ἀπὸ θαλάττης εἰς θάλατταν, ut Scylax ipse (§. 68, pag. 281, init., §. 102, pag. 301), et Strabo *(a)*.

Ceterum hic foret πρός adhibitum sensu paullo laxiori, pro κατά. Similem scribendi formam habemus in §. 52, pag. 268, ubi fit mentio τοῦ κόλπου τοῦ πρὸς ἰσθμόν *(b)*. Sæpissime quidem reperitur πρός cum accusat., significans *versus, ad*; sed rarius exprimens *juxta.* Cf. not. 687. Sæpius subauditur movendi sensus. En, exempli gratia, legitur in S. Chrysostomo *(c)*: Ἡ δὲ Χάρυβδις ἡ πρὸς Λιβύην (χαλεπή) διὰ τὰ πνεύματα. Nempe exprimit ille hunc vorticem Libyam versus spectare, et præcipitem ruere. Illud idem diserte ostendit Strabo *(d)*, quum refert disruptarum procella navium fragmenta, a Charibdi ad urbem Tauromenitarum devolvi. Atqui Tauromenium ad meridiem sita est a Charybdi, id est, Libyam versus.

(a) Lib. XVII, pag. 832 (pag. 1189, B).
(b) Cf. etiam §. 102, pag. 300.
(c) *In Matth.* tom. VII, pag. 780, D.
(d) Lib. VI, pag. 268 (pag. 411, B).

Scribit Lydus *(a)* : Ἐὰν πρηστὴρ πέσῃ, θόρυβος ἔσται ταῖς πόλεσι ταῖς πρὸς τὴν ἀνατολήν, quod significans, *urbes orientem versus spectantes*, id est, *soli orienti proximas*, non immerito hic vertitur cl. *Hasio : urbes per Orientem, les villes d'Orient.*

725. Ἔστι δὲ ἀκτή, κ. τ. λ.] Male vetus interpres vertit : *Est vero peninsula, quæ habet angustias.* Nempe non ausit ille iterum *isthmum* nuntiare, quod frigeret, postquam isthmus hic idem jam in medium prodierit. Sed priorem isthmum tollendum esse supra monstravimus.

725*. Ἀκτή] Hujus vocis cum sensu *peninsulæ*, creberrimus usus. Cf. supr. Vossii not. 30, pag. 336-338 (insert. et in Stephan. *Thesaur. ling. gr.* col. 1078, 1079, ed. Lond.). —Homerus (Odyss. XXIV, 377), his verbis ἀκτὴν Ἠπείροιο, innuit *peninsulam*, quod censuit Guilelm. Schlegel in *Geogr. Homeric. (b)*, imo quod fulcit sententia Strabonis *(c)* : Αὕτη (ἡ Λευκὰς) δ' ἦν τὸ παλαιὸν μὲν Χερρόνησος τῆς Ἀκαρνάνων γῆς *(d)*. Vox tamen ibi ἀκτή aliter aliis intelligitur, tum doctissimo *de la Porte du Theil (e)*, tum venerando patri meo *(f)*, nempe cum sensu *litoris.* Ceterum sat confuse quidem Strabo, qui citatis verbis adjiciat : . . . Αὕτη δ' ἐστὶν ἡ Ἀκαρνανία· ὥστε, ὅταν φῇ ἀκτὴν Ἠπείροιο, τῆς Ἀκαρνανίας ἀκτὴν δέχεσθαι δεῖ. Τῆς δὲ Λευκάδος ἡ τε Νήρικος . . . (Ita et cl. Corayus *(g)*; scilicet *Leucadis pars est Nericus*, quem sensum referunt et latina interpretatio, imo et gallica doctissimi *de la Porte du Theil (h)*. Sed habet editio Amstel. . . . δέχεσθαι δεῖ τῆς δὲ Λευκάδος· ἡ τε Νήρικος, quod servandum censeo, rescribendo τῆς τε. Sic totius loci sensus erit : *Quum dicit Homerus* ἀκτὴν Ἠπείροιο, *hoc nomine capiendum litus Acarnaniæ et Leucadiæ.* Respicit ἡ τε Νήρικος ad præcedentia Strabonis αὕτη δ' ἐστὶν ἡ Ἀκαρνανία. Nam haud absimiles sunt *Leucas* et *Nericus*, ut recte judicavit cl. d'Anvillius *(i)*; et sensus est : *Eadem est ac Leucadia, Neritus* . . . . . Sic apud geographum videtur respondere ἀκτὴ Ἠπείροιο, tum *peninsulæ* Leucadiorum, tum *litori* totius Acarnaniæ. Ceterum apud Herodotum IV, 38, 39, 41; VII, 33, ἀκτή usurpatur de vastis peninsulis. Nonnunquam ἀκτή erit promontorium. Cf. Strab. pag. 558, A, Amstel. et ibi Casaubon. Cf. et Siebelis *Symbol. crit.* p. 292.

(a) *De Ostent.* cap. XVIII, pag. 72, C.

(b) Pag. 54.

(c) Lib. X, pag. 451, fin. (pag. 693, B).

(d) De quo cf. not. 162, supr. pag. 381, 382.

(e) *Traduct. franç. de Strabon*, tom. IV, pag. 35.

(f) In *Thesaur.* Stephan. col. 1081, edit. Lond.

(g) Loc. cit. 5. 8, pag. 241.

(h) Loc. cit.

(i) *Géogr. anc.* tom. I, pag. 252, 253.

Apud Diodorum, ἀκτή de *litore* intelligi solet. Cf. XII, 42, et ibi cl. Wesselingium *(a)*; XVIII, 12 et ibi eumdem *(b)*. Consule præsertim Stephani *Thesaur. ling. gr.* col. 1072, ed. Lond.; ibid. col. 1073, 1076, &c..., ubi uberrime de hac voce disseritur.

726. Ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ] Quod flumen Ptolemæo *(c)* *Catada* dictum, prope Tuneta in mare delabitur.

727. Ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ ἐντεῦθεν] De hac repetita forma τοῦ ἐντεῦθεν, et τοῦ ἀπό... cf. not. 78, p. 351 et not. 587, p. 482.

728. Ἥμισυ ἡμέρας] Minime intellexi cur omnes hucusque vertant, *Est diei unius et dimidiæ*, nulla emendatione facta. Ex sequentibus verbis notandum, quod Carthaginiensium territorium intus Hermæi promontorii, et in *sinu* illo, includat noster, et minime Carthaginiensium χώραν, aut dominationem, protendat ultra Hermæum promontorium, orientem versus. Haud immerito igitur interpolationem supra notavi, in §. 109, pag. 312. Cf. not. 692.

729. Καρχηδών] De genuino sensu vocis Καρχηδών, hæc scripsit doctiss. *Saint-Martin : En hébreu* KARTA-HADAS, *et* KARTA-HADATH *en syriaque, signifient ville nouvelle. En carthaginois ce devait être* KARTA-HADITH *: au moins c'est ainsi que je lis dans la légende phénicienne de plusieurs belles médailles, qui nous présentent un palmier et une tête de cheval, emblèmes connus de Carthage. Tel était aussi le sens que donnait à ce nom Tite-Live, dans un endroit de son livre perdu maintenant, mais dont le contenu nous a été conservé par Servius :* CARTHAGO EST LINGUÆ PŒNORUM NOVA CIVITAS, UT DOCET LIVIUS.

De Carthagine condita consulendum commendat Beckmannus *(d)* *Jacksonum* in *Chronologische Alterthümer (e)*.

730. Πόλις Φιάλων] Suspicor legendum esse πόλις Φοινίκων. Nam Dionysius *(f)* ait : Καρχηδὼν, Λιβύων μὲν, ἀτὰρ πρόπερον Φοινίκων. Ejus scholiastes Eustathius *(g)*, Stephani verba referens, ab ejus epitomatore non reddita, sic scribit : Καρχηδὼν Λιβύων, ἀτὰρ πρόπερον Φοινίκων. Infra Eustathius, Didonis adventum postquam narravit, hæc adjicit : Καὶ οὕτως ἡ Καρχηδὼν, Φοινίκων ἀνέκαθεν οὖσα τῶν μετὰ τῆς Διδοῦς, νῦν Λιβύων ἐστί. Conf. auctorem παραφράσεως in Dionysium *(h)*. Hanc eamdem sen-

(a) Pag. 506.
(b) Pag. 266.
(c) Lib. IV, cap. 3.
(d) Ad Aristot. *de Mirab. ausc.* pag. 302.
(e) Nürnberg, 1756, pag. 346.
(f) Vs. 196, pag. 34, Huds.
(g) Ad loc. cit.
(h) Pag. 7, lin. 3, ad calcem tom. IV, *Geograph. minor.* Hudson.

tentiam exprimit Dio Chrysostomus in loco supra laudato *(a)*. Cf. mox *nov. Addend.* ad not. 730.

731. Ἥμισυ ἡμέρας] Aliquid ibi obscurum. Nam supra aiebat Scylax iter esse dimidiati diei a flumine quodam usque Carthaginem; atque adjicit nunc noster intervallum idem esse ab Hermæo usque Carthaginem. Atqui plus distabat a Carthagine Hermæum, quam amnis ille, εἰς κόλπον et ad occidentem Hermæi delapsus.

Infra videntur usurpari ἐν τῇ . . . ἄκρᾳ pro ἐντὸς τῆς ἄκρας, *au-delà du promontoire*, eodem sensu ac εἴσω τοῦ ἐμπορίου, *intus, ultra id emporium* (pag. 250, lin. 3). Quod ἅπαξ hic reperio apud nostrum, nec alibi reperire nunc memini. Laudat quidem Strabo urbes ἐν κόλπῳ pro ἐπὶ τοῦ κόλπου *(b)*, et similes scribendi formas notant *Hemsterhusius (c)* et diligentiss. vir *Letronnius (d)*: imo cf. supr. §. 69, pag. 284, lin. 1, et §. 91, pag. 291, lin. 4. Sed non idem est scribere πόλις ἐν τῷ Ἀδρίᾳ, pro ἐπὶ τοῦ Ἀδρίου, ac νῆσος ἐν ἄκρᾳ τινί, pro ἐπὶ τινος ἄκρας. Minime ergo hic τὸ ἐν τῇ intelligi potest, tamquam de insulis, quæ sunt *juxta* promontorium. Talis sensus tantum inest τῷ ἔπεισι.

732. Ποντία] *Pontiam* insulam describit Ptolemæus in Syrti majori. Sed ea nihil ad hanc. *Vossius*. (Cf. *nov. Addend.*)

733. Κόσυρος] Duæ reperiuntur apud Strabonem et apud Stephanum insulæ *Cosyrus*, nec multum inter se distantes. Stephanus: Κόσυρος, νῆσος κατὰ Σελινοῦντα. . . . καὶ Λιβύης νήσος Κόσυρα. Strabo *(e)*: . . . νῆσός ἐστι Κόσσουρα κατὰ Σελινοῦντα, et paullo supra *(f)*: Κατὰ μέσον δὲ τὸ στόμα τοῦ Καρχηδονίου κόλπου νῆσός ἐστι Κόρσουρα. . . Sic vere duæ sunt, una quæ Lilybæum promontorium spectat septentrionem versus, altera quæ promontorium idem occidentem versus spectat. Utrius autem meminerit Scylax, non multum liquet. Ego tamen illam esse crediderim, quæ Sardiniæ insulæ propior a Strabone collocatur. Scylacis enim verba, Ἔπεισι δὲ νῆσοι ἐν τῇ Ἑρμαίᾳ ἄκρᾳ, idem sonare arbitror ac ἐντὸς τῆς Ἑρμαίας ἄκρας πρὸς ἑσπέραν. Imo aliquid oppositi sequentia innuunt, quod hanc significationem firmat: Ἀπὸ Ἑρμαίας ἄκρας πρὸς ἥλιον ἀνίσχοντα. . . εἰσὶ νῆσοι τρεῖς. . . . Ego tamen mirarer nostrum silere de Cossyra illa, Selinunti Siciliæque proxima, quum vicinas omnes horum litorum insulas diligentius numeraverit.

(a) In *Dissert.* ad Hannon. §. IX, p. 83.
(b) Pag. 766 (pag. 1110, C).
(c) Ad Luc. *Dialog. mort.* I, 28, tom. II, pag. 395, ed. Bip.
(d) In not. ad Strabon. *traduct. franç.* tom. V, pag. 296 et 392.
(e) Lib. XVII, pag. 834 (pag. 1191, A).
(f) Pag. 1190, D, pag. 298, Coray.

Leguntur apud Stephanum hæc : Φοινικοῦσσαι, δύο νῆσοι ἐν τῷ Λιβυκῷ κόλπῳ πρὸς τῇ Καρχηδόνι. Forsan licuisset suspicari easdem illas fuisse ac Pontiam et Cosyrum Scylacis, nisi ipse Stephanus, ut vidimus, Cosyri duplicis ipse meminisset. Quas Phœnicussas eas esse patet, de quibus Plinius *(a)* scribit : *At contra Carthaginis sinum duo Ægimori, a re scopuli verius quam insulæ. Auctores sunt et has quondam habitatas subsedisse.* Meminit etiam Strabo *(b)* unius insulæ *Ægimori*, a Cossura parum recedentis. Cf. *nova Addend.* ad not 732.

734. Μικρὸν ἀπὸ Ἑρμαίας] Quæ verba respuit hic locus.

735. Μελίτη] Melita Plinio *(c) Galata* dicitur.

736. Γαῦλος] Quam insulam esse hodiernam *Gozzo* censet doctiss. *Heeren (d).*

737. Λαμπάς] Forte legendum Λαμπαδοῦσα πύργους ἔχει. Ambigo de nomine ejus insulæ, an, ut hoc loco scriptum fuit, Λαμπαδοῦσα vocari debeat, an Λεπαδοῦσα. Si Λαμπαδοῦσα, nomen habuit procul dubio ἀπὸ τῶν λαμπάδων, et tunc legerem πύρσους ἔχει, id est, ignes accensos ad nautas monendos, ne in cautes inciderent. Si Λεπαδοῦσα a rupibus acutis dicta fuit ἀπὸ τῶν λεπάδων, quod accedit ad nomen hodiernum : nam *Lipadosa* ab Italis vocatur, et est admodum aspera cautibus, vel forte a piscium abundantia, quæ λεπάδες vocantur. *Palmerius.*

738. Ἰτύκη] Sic fere omnibus adpellata, sed Dioni Cassio *(e)* Οὐτική; cives Polybio *(f)* Ἰτυκαῖοι. Quod nomen Ἰτύκη ait Bochartus *(g)* idem sonare ac *antiqua* urbs. De antiquitate hujus urbis confer Tzschuckium ad Melam *(h).* Expresse Aristoteles *(i)* depingit situm hujus urbis, ἡ κεῖται μὲν.... ἐν τῷ κόλπῳ τῷ μεταξὺ Ἑρμαίας καὶ τῆς Ἵππου ἄκρας, *quæ jacet in sinu inter Hermæum et Equi promontorium.*

739. Εἰς Ἵππου ἄκραν] Omissa hic stadia, aut tempus παράπλου. *Vossius.*

740. Ἵππου πόλις] Dicta Plinio *(k) Hippo-Regius.*

741. Ψέγας πόλις] Sine dubio hoc loco quædam desunt. Nullas enim hic civitates insulanas recenset. Nam pro Ψέγας

(a) Lib. v, cap. 7.
(b) Loc. supr. cit.
(c) Lib. v, cap. 7.
(d) In *Ideen über die Politik*, &c., part. 2.ª divis. 1, pag. 171.
(e) XLI, 41, et XLII, 57.
(f) Lib. 1, cap. 73.
(g) *Chanaan.* lib. 1, cap. 24.
(h) *Not. exeget.* ad lib. 1, cap. 7, §. 2, pag. 173.
(i) *De Mirab. ausc.* §. 146, pag. 1165, B. Lutet. 1619. Cf. ibi Beckmann. p. 302.
(k) Lib. v, cap. 3.

scribendum omnino, Κόλλοψ μέγας. Nec dubito quin etiam Κόλλοψ μικρός hic desideretur. *Vossius.*

Minime, meo judicio. Ingens lacus, λιμνοθάλαττα, hic esse quondam potuit, in quo insulæ plures. Ita conjicere suadet, quod nullius amnis in hoc litore meminerit Scylax, dum Plinius (a) flumen *Armuam* ibidem in mare delabi nos doceat. Scilicet alebat hunc lacum amnis, antequam in mare exiret, et Scylacem latuit. Sequentia igitur nomina habeamus pro locis et urbibus in hoc lacu inclusis. Mire huic nostræ conjecturæ congruit Stephanus, his verbis : Πιθήκων κόλπος, λιμὴν ἐν τῇ Λιβύῃ περὶ Καρχηδόνα. Τὸ ἐθνικὸν Πιθηκοκολπίτης. Ad idem redeunt hic Πιθήκων κόλπος Stephani, et Scylacis infra Πιθηκοῦσαι.

742. Πιθηκοῦσαι] Phœnices aliter, idem tamen significante vocabulo, hanc civitatem appellabant, ut constat ex Diodoro Siculo, lib. XX (b): dicitque, sic nominatam esse, quod simias pro diis colerent. Plura vide de his apud eum. Videntur autem Pithecusæ una fuisse civitas, quamvis plures urbes fuerint, ut Phœnicum Tripolis, et aliæ. *Vossius.*

Cf. tamen Wesseling. ad loc. Diodor. cit.

743. Θάψα] Vide num sit, quam Ptolemæus et alii, Tipasam appellant. *Vossius.*

Illud ægre crediderim, ob Plinium dicentem (c): *Oppidum novum (et Latio dato), Tipasa.*

744. Καύκακις] Restituo Καυουκκίς. *Vossius.*

745. Ἰουλίου ἄκρα] Latini *Juliam Cæsaream* vocant, Augusto Cæsare hoc nomen dante. Non potuit itaque sic scripsisse Scylax, ut qui jam multis ante seculis floruerit. Scripsit ille Ἰὼλ ἄκρα, quæ postea ita, ut diximus, vocitata est. *Voss.*

Ita rescribi vult quoque Tzschuckius ad Melam (d).

746. Ψαμαθός] Tot hæc nomina fere minime congruunt cum Ptolemæo Plinioque. Obscuritate plena hæc sunt, forsan ex eo quod inconsiderate punicas voces græce interpretari quispiam voluerit, aut prava ex auditione scripserit.

Supra pro ἔπεστι forsan rescribendum ἔνεστι, aut sic distinguendum : Ἀκίον νῆσος, πόλις καὶ λιμήν· ἔπεστι Ψαμαθός... *Proxima adjacet Psamathus insula.*

747. Χάλκα] Stephanus : Χάλκη, πόλις Λιβύης· μετὰ δ' αὐτὴν πόλις Φοινίκων Χάλκη. Phœnicum est hæc Scylacis. *Vossius.*

Hic oppida Scylacis *Chalca, Arylon, Mes,* quibus portus

(a) V, 5.
(b) Cap. 58.
(c) Lib. V, cap. 2.
(d) *Not. exeget.* ad lib. I, cap. 6, §. I, pag. 152, med.

sunt, forsan respondent fluminibus ibi *navigabilibus*, de quibus Plinius *(a)* : *Flumen Tamuda navigabile, quondam et oppidum. Flumen Laud, et ipsum navigiorum capax. Rusardi oppidum et portus.* Sic inverso ordine utriusque geographi servato, erit *Chalca*, Plinii *Rusardi*; *Arylon*, *Laud*; et *Mes*, *Tamuda*, nisi aptius respondeat Tamuda fluvio, cui insidet *Sigon* Scylacis. Hæc civitas Σίγον est *Siga* Plinii *(b)*, et flumen, in cujus ora Sigon collocatur, forsan respondet *Maluanæ fluvio navigabili* Plinii.

748. Σίγον] *Siga* plerisque, non *Sigum*. *Vossius*.

749. Πόλις Με....] Forte, πόλις Μεγάλη καὶ λιμήν. *Portum Magnum* Latini vocant a spatio. *Vossius*.

Mirum sane, cur Vossio non in mentem venerit πόλις Μεταγώνιον καὶ λιμήν, quam ita volebat ab omnibus prope fretum collocari, ut ne Pomponium Melam quidem exciperet. Sed potuerunt eo nomine fuisse plura vel oppida vel loca. *Gronovius*.

Hic locus corruptus, et obscurus. Potest enim vox Ἄκρα non pendere a præcedente νῆσος. Nescimus contra num sequatur aliquod nomen, quod in *insula* supradicta includendum sit. Cf. not. infra.

750. Ἄκρος] Est Ἀκραθ Ptolemæi. *Vossius*.

Hæc civitas Ἄκρος, quid sit? Stephanus tantum : Ἀκρόπολις, πόλις Λιβύης. Forsan ad idem urbs utraque respicit. Apud Plinium *(c)*, prima civitas ab ore interni maris, *Tamuda* dicitur : .... *Ab his ora interni maris. Flumen Tamuda navigabile, quondam et oppidum.* Oppidum illud, primum est Plinio hic laudatum, ultimum Scylaci ante Columnas; inde concludas quidvis.

Ceterum quid mox, Ἄκρος ἡ πόλις, καὶ ὁ κόλπος? Non idem ac : Ἄκρος πόλις καὶ κόλπος. Videntur hæc respicere ad aliquid supra declaratum. Nescio quid conjiciam ; forsan includit insula Ἄκρα, supradicta, quidquid sequitur, usque ad hæc : Ἔρημος νῆσος Δρίναυπα. Forsan contra marginalis est notula Ἄκρος ἡ πόλις, καὶ ὁ κόλπος ἐν αὐτῇ, ut fiat admonitio, fuisse simul et *urbem Acrum*, et *sinum* ejusdem nominis. Habent enim voculæ ἡ et ὁ aliquid deicticum. Si interpolata non fuerint τὰ κόλπος ἐν αὐτῇ, forsan legendum ἐπ' αὐτῇ; vix enim intelligimus sinum esse in urbe. Illud tantum de *portu* reperimus. Cf. §. 13, pag. 241, fin. §. 104, p. 303, med.

(a) V, 2. (b) Ibid. (c) Ibid.

751. Ἔρημος νῆσος Δελίναυπα ὄνομα] Hæc insula, ni fallor, una est e duobus a Strabone juxta Columnas Herculeas sitis, et apud nonnullos *Gadibus* quoque adpellatis. Cf. not. 10.

752. Ἡρακλεία στήλη ἐν Λιβύῃ. . .] Puto, sic rescribendum hunc locum, Ἡρακλείας στήλης ἐν Λιβύῃ ἄκρα, Ἀπανιλύη πόλις ἐν ποταμῷ, ἀντίον αὐτῆς. . . . *Vossius.*

Videtur ita distinguendum et scribendum : Ἡρακλεία στήλη ἐν Λιβύῃ, ἄκρα Ἀβιλύκη, πόλις. Dicebatur enim ut Abila et Abinna, sic et Abilyx et Abilyce, ut nos docuit Salmasius in Solinum. Ἀπιλύη editum ab Hœschelio. *Gronovius.*

Hic Gronov. probat *Groskurd* in *Obss. in Strab.* pag. 236.

753. Πόλις ἐν ποταμῷ] Hic forsan deest fluvii nomen.

754. Καὶ ἀντίον αὐτῆς τὰ Γάδειρα νῆσος] Hic suspicor designari a Scylace magnam insulam *Gades*, in Lusitaniæ externo litore sitam. Nempe interpolatum esse suspicor locum ad Peripli initium *(a)*, ubi hanc insulam designare noster videtur. Illud sequentia etiam mihi suadent, quum eadem iterum repetantur, et incommode nunc etiam in textu locum teneant.

755. Ταύτῃ ἐστιν ἐφ' Ἡρακλέους στήλας] Quamvis hæc repetita forma parum me offendit, quum pluribus in locis reperiatur *(b)*, hic tamen ego suspicor Scylacem scripsisse, Ἀπὸ Καρχηδόνος ταύτῃ, τοῦ καλλίστου πλοῦ παράπλους. . . ; et recentiori manu, explanandi gratia, addita fuisse hæc, ἐφ' Ἡρακλέους στήλας. Forsan quoque τὸ ταύτῃ librarius quidam posuerat ceu interpretationem præcedentium ἀντίον αὐτῆς.

756. Γάδειρά εἰσιν νῆσοι αὗται πρὸς τῇ Εὐρώπῃ] Multa in hac fine Peripli mihi videntur fuisse interpolata. Ego valde crediderim hæc omnia usque ad Παράπλους Λιβύης, aliena et recentiori manu adjecta. Nam primum, hæc Γάδειρά εἰσι νῆσοι αὗται πρὸς τῇ Εὐρώπῃ, omnino respicere videntur ad insulam *Gades*, ceu Tartessum, et ad *Erythiam*, quum sint ambæ πρὸς τῇ Εὐρώπῃ. Imo hæc iterum nunc repetuntur eodem calamo, qui ad initium Peripli *duas insulas Gades diei itinere a Columnis distantes* laudaverit; quæ ipsa interpolata fuisse ibi conjecimus *(c)*. Repetuntur quoque ab initio sequentia hæc τούτων ἡ ἑτέρα πόλιν ἔχει. Deinde quid cogitaveris de ulterioribus hisce : καὶ Ἡράκλειαι στῆλαι κατὰ ταύτας ! Nihil *topographice* et arcte expressum ibi videre mihi videor, sed sic intelligo, quasi scripsisset librarius, *contiguæ sunt duabus his insulis Herculeæ Columnæ*, aut gallice, *c'est-là, c'est à côté, que sont*

(a) Cf. supr. not. 10.

(b) Conf. supr. not. 78 et 589.

(c) Cf. not. 10.

situées les Colonnes d'Hercule. Quod ad sequentia adtinet, ἡ μὲν ἐν τῇ Λιβύῃ.... nullus fere dubito quin hæc Scylaci non tribuenda sint : nam talia noster si dicenda habuisset, paullo supra dixisset, post Ἡρακλεία στήλη, ἐν Λιβύῃ ἄκρα. Sed hæc omnia tum e Scylace, tum e marginalibus additamentis commixta, perturbationem in textum adferunt, ubi ter et quater, explanandi gratia, legenti interrupte redeunt, quæ semel peracta et relicta videbantur.

757. Κατὰ ταύτας] Prave interpres vetus : *In his quoque sunt Columnæ Herculeæ.*

758. Vulgo Ἀπ' Αἰγύπτου τοῦ Κανώβου στόματος] Pro Κανώβου rescribe Κανωπικοῦ, ut pag. 306. Forsan scriptum fuerat ἀπὸ τοῦ Κ. στόματος; aut simpliciter ἀπ' Αἰγύπτου, et adjecta sunt explanationis instar, τοῦ Κανωπικοῦ στόματος.

759. Vulgo Κατὰ ταῦτα, ἐν περασία] Facilis hujus loci emendatio. Lego : Τιθεμένου τοῦ λογισμοῦ κατὰ τὰ αὐτὰ, τὰ περὶ Ἀσίας καὶ Εὐρώπης γέγραπται, κατὰ τοὺς κόλπους κύκλῳ περιπλέοντι ἡμερῶν οε'. δ'. *Vossius.*

Certe ista Vossiana quam est facilis, tam est audax. Non debet addi, non debet demi, quod videbis spero in his, τιθεμένου τοῦ λογισμοῦ κατὰ ταὐτὰ, ὥσπερ Ἀσία καὶ Εὐρώπη γέγραπται. Sic enim sequens vestigia priscæ lectionis restituo. *Gronovius.*

Forsan melius : τιθεμένου τοῦ λογισμοῦ κατὰ ταὐτὰ, ὥσπερ ἐν Ἀσίᾳ καὶ Εὐρώπῃ γέγραπται.

760. Ἡμερῶν οε'. δ'.] Id est dierum LXXV $\frac{1}{4}$. Quod idem fere intervallum, nempe à freto *de Gibraltar* ad portum *Damiette*, diebus novem nunc peragi posse Anglus vir quidam conjecit, si adhiberetur usu perpetuo navis dicta gallice, *bateau à vapeur (a).*

761. Παρ' Ἑσπερίδας] Suspecta hæc lectio : fors. melius καθ' Ἑσπερίδας.

761*. Ἔστι γὰρ καὶ ἐνταῦθα Ἑρμαία ἄκρα] Meminit enim supra alterius promontorii *Hermæi*, §. 109, pag. 315, lin. 11.

762. Περὶ δὲ τὴν λίμνην] Τὸ περί propriam significationem *transeundi* habet a περάω, ut monuit doctiss. vir *Lennep (b)*; et quum circumeundi vim exprimere veteres voluere, sæpe τῇ περί adjunxerunt adverbialiter κύκλῳ, ut et ipse noster paullo infra : Παράπλους Λιβύης.... κατὰ τοὺς κόλπους κύκλῳ περιπλέοντι.... Hic igitur in ipso lacu, non *extra* aut *circa* lacum nascentes arundines intelligamus oportet. Imo Hanno

(a) Conf. *Revue encyclopéd.* januar. 1824, pag. 145.

(b) *Lexic. Etymolog.* conf. not. 3, ad Hannon.

de hoc ipso lacu scribit : Λίμνην .... καλάμου μεστὴν πολλοῦ καὶ μεγάλου *(a)*. Cf. mox *nova Addend.* ad not. 762.

763. Vulgo Κάλαμος καὶ κύπρος] Totum locum sic restituit magnus Salmasius *(b)* : Περὶ δὲ τὴν λίμνην πέφυκε κάλαμος καὶ κύπειρος, καὶ θρυόν. Αἱ δὲ ὄρνιθες Μελεαγρίδες ἐνταῦθά εἰσιν, ἄλλου δὲ οὐδαμοῦ, ἂν μὴ ἐντεῦθεν ἐξαχθῶσιν. Τῇ δὲ λίμνῃ ταύτῃ ὄνομα Κεφησιάς. Hunc lacum Plinius quoque, lib. XXXVII, cap. 2, *Cephesiada* appellat, et juxta mare Atlanticum locat. Scylax eum ponit inter Herculeas Columnas, et Hermæam promuntorium : quod idem est. Est namque et alterum promuntorium Hermæa, præter id, quod Sinus Carthaginiensis facit : estque illud extra Columnas, ut supra ex Scylace patuit. Herma enim vocatur hic locus a Græcis, propterea quod arbitrarentur Herculem viam hanc lapidibus constravisse. Herodotus *Polymnia* : Ὁ δὲ Ἡρακλῆς ἕρματα μεγάλα ἔβαλεν εἰς τὸ στόμα τοῦ ὠκεανοῦ. Quippe Herma, auctore Hesychio, notat ἔρεισμα, στήριγμα, ἢ τὸν πετρώδη καὶ ἐπικυμαλιζόμενον, ὥστε μὴ βλέπειν τόπον τῆς θαλάσσης. Item alibi : Ἕρματα, .. ὕφαλοι πέτραι. Testatur quoque id ipsum Rufus Festus in *Ora maritima* (vs. 326) :

> Aliique rursus Herculis dicunt viam :
> Stravisse quippe maria fertur Hercules,
> Iter ut pateret facile captivo gregi.

Alii alia de causa arbitrati sunt hunc locum ἕρμα appellari. Nimirum quod sepes esset interni et externi maris. Nam Ἕρμα est περίφραγμα Græcis, vel, ut Rufus vertit, *cespitum munitio* (*ib.* vs. 321) :

> ....Post in occiduum diem
> Sacrum hunc vocavit Herma quondam Græcia.
> Est Herma porro cespitum munitio,
> Interfluum quæ altrinsecus munit locum.

Quod hic Festus Herma collocat ad promuntorium Sacrum Hispaniæ maxime occidentale, in eo nihil abscedit ab Scylace. Extenditur enim Herma ab promuntorio Hermæa, usque prædictum Sacrum promuntorium, quod Scylax proxime testatur, cum inquit : Τέταται δὲ τὸ ἕρμα ἐπὶ ἑτέραν ἄκραν τῆς Εὐρώπης τὴν καταντικρύ. τῇ δὲ ἄκρᾳ ταύτῃ ὄνομα Ἱερὸν ἀκρωτήριον. Id promuntorium *Hermæam*, Romani videntur appellasse, *Ad Mercuri*. Antoninus in initio Itinerarii : *Ab Exploratione, quæ ad Mercuri dicitur, Tingim usque, M. P. CLXXIIII.*

(a) Hann. §. 2 ; supr. pag. 114. (b) *Exercit. Plin.* pag. 612.

Hic autem locus appellatur *Exploratio*, quod latentia sub aquis saxa bolide sua nautica præternavigantes explorare cogerentur, ne naufragii periculum subirent. Quamobrem Mercurio ejus rei indici et nuncio saxum id, sive promuntorium, dedicarant. Num idem sit, quod Ampelusia, dubito. Pomponius Mela, lib. I, cap. 5: *Primæ partes illæ Europæ, hæ Africæ. Ejus oræ finis Mulucha: caput atque exordium est promuntorium, quod Græci Ampelusiam, Afri aliter, sed idem significante vocabulo, appellant.* Ptolemæo hic est Κώτης ἄκρον: an recte, ambigo. Certe illum sinum, quem Abyle et Hermæa promuntoria conficiunt, Coten appellari diserte testatur Scylax; non ipsum promuntorium. Urbem tamen ejusdem cum hoc sinu nominis refert. Plinius lib. V, cap. 1: *Promuntorium Oceani extimum Ampelusia nominatur a Græcis. Oppida fuere Lixa, Cotes, ultra Columnas Herculis. Vossius.*

764. Vulgo Φλοιὸν] Φλέων, ut vult Salmasius *(a)*, vel potius Φλέως. De qua vid. Theophrastum *(b)*, et Salmasium *(c)*.

Arundo Ampelodesmon, nach Sprengel, ait Schneider *(d)*. Qua de planta cf. Salmasii librum *de Homonym. (e)*.

765. Vulgo Κηφησιάς] Rescribit Salmasius Κεφησιάς. Ceterum videntur hæc: τῇ δὲ λίμνῃ ταύτῃ ὄνομα Κεφησιὰς, τῷ δὲ κόλπῳ Κώτης, recentioris manus opus esse. Scilicet non ita sero noster nomina adpingit, postquam rem descripserit; et hæc sunt nescio cujus, qui aliquid in promtu habuit, quod adderet scylaceæ doctrinæ. Sed hæc forsan genuina; nam non semper sibi constant auctores.

766. Κώτης] *Cotes* Straboni et Ptolemæo est Africæ promontorium in extremo freto situm. Puto Pœnos adpellasse קוטף *Cotef*, id est, τοῦ τρυγῶντος *vindemiantis*, quia Mela *Ampelusiam* exponit. Verba sunt: *Caput atque exordium* (Africæ) *est promontorium, quod Græci Ampelusiam, Afri aliter, sed idem significante vocabulo, appellant.* Plinio quoque id promontorium Ampelusia dicitur: sed Cotes est vicinum oppidum. *Promontorium*, ait, *Oceani extimum Ampelusia nominatur a Græcis. Oppida fuere Lixa, Cotes, ultra Columnas Herculis*, &c. At in Scylace Κώτης est sinus in ipso freto inter Columnas et Ἑρμαίαν ἄκραν. Sic ille vocat Ampelusiam propter ἕρματα μεγάλα, *vasta hermata*, quæ inde extendi tradit usque ad Europæ Sacrum promontorium. *Bochart.*

(a) In *Plinian. Exercit.* p. 612 et 705.
(b) *Hist. plant.* IV, 9.
(c) Loc. cit. pag. 705, sq.
(d) *Griechisch-Deutsches Wærterb.*
(e) *De Homonym. Hyl. iatr.* cap. 61; pag. 79.

767. Ἕρματα] *Hermata* plerique ex Suida exponunt, *magnos lapides*, aut ex Hesychio ὑφάλους πέτρας, *saxa sub mari latentia*, et τὸν πετρώδη καὶ ἐπικυματιζόμενον, ὥστε μὴ βλέπειν, τόπον τῆς θαλάσσης, *locum ad mare saxosum et fluctibus obrutum, ita ut non appareat.* Quomodo sumpsit Lucianus libro *De scrib. histor.* (§. 62, Reitz.), cum Ægypti Parætoniam tradit esse παγχάλεπον καὶ ἄφυκτον, εἴ τις ἐμπέσοι εἰς τὰ ἕρματα, *perdifficilem et inextricabilem, si quis in hermata incidat*, id est, *in scopulos latentes.* Strabo χοιράδας adpellat. Sic a Scylace sumi ἕρματα satis constat, cum addit: Οὐχ' ὑπερέχοντα τῆς θαλάσσης· ἐπικλύζει δὲ ἐπ' αὐτὰ ἐνιαχῆ, *supra mare exstantia non sunt, sed a fluctibus undique obruta.* Herculem his saxis in mare injectis freti fauces ex parte obstruxisse nonnulli volunt, ut Oceani cete arceret ab aditu maris interni. Vetus auctor apud Suidam: Ὁ δὲ Ἡρακλῆς ἕρματα μεγάλα ἔβαλεν εἰς τὸ στόμα τοῦ Ὠκεανοῦ, ὡς ἂν ἐμπόδια εἴη τοῖς ἐπιφοιτῶσι θηρίοις, *Hercules magna hermata in Oceani ostium conjecit, ut belluis accedentibus essent impedimento.* Eundem alii fabulantur his saxis in mari viam stravisse, per quam Geryonis armenta ex Erythia abduceret. Avienus (*Or. marit.* 326):

> Aliique rursus Herculis dicunt viam:
> Stravisse quippe maria fertur Hercules,
> Iter ut pateret facile captivo gregi.

At Arabes (qui Alexandro tribuunt hoc operis) aiunt ערים aggerem e lapidibus ex utraque parte freti exstructum, ut irruentis Oceani impetus sisteretur. Phœnices verisimile est idem de Hercule suo jactasse, et locum ideo ערמא *Herma* vocasse, unde vox manarit ad Græcos. Ut enim Hebræis ערם *aram* vel *haram* coacervare, de aquis usurpatur, *Exod.* 15, 8, sic Arabibus ערם *arem* vel *harem* est agger quo cohibentur aquæ, ut docuimus in *Phaleg.* lib. II, cap. 26. Ita proxime accesserit Hesychius ad genuinam vocis significationem, cum ἕρματα exponit περιφράγματα, id est, septa et obices. Quo faciunt hæc Avieni (*Or. marit.* vs. 324):

> Est Herma porro cespitum munitio,
> Interfluum quæ altrinsecus munit locum. *Bochart.*

767*. Ἐπ' αὐτὰ ἐνιαχῆ] Quod vertit Vossius sic: *Sed undique ab iis obruta.* At non significat ἐνιαχῆ *undique*, sed *nonnullis in locis.* Cf. supr. p. 302, lin. 13. Alium sensum mecum communicavit vir amicissimus et doctissimus *Longuevillius*, nempe pro ἐνιαχῆ legendo ἐν ἰαχῇ. Sic sententia Scylacis erit:

Latent scopuli, sed illiduntur tamen fluctus in illos scopulos magno cum tumultu. Forsan quoque pro ἐπ' αὐτὰ legendum ἐνταῦθα, cum hoc sensu : *Extenduntur hermata ab illo promontorio Libyæ Europam versus ; sed non extra fluctus surgunt, dum a Libya recedunt. At* IBI, *id est, quum etiamnum Libyæ sunt vicina, fluctus in illa irrumpunt.*

768. Ἄνιδος] Incomparabilis vir cl. Salmasius sic hunc locum restituit : ποταμός ἐστιν Ἀδώνιδος· ἐξίησι δὲ οὗτος εἰς λίμνην μεγάλην· μετὰ δὲ Ἀδώνιδά ἐστιν ἄλλος ποταμὸς μέγας Λίξος. *Vossius.*

Nescio cur doctiss. viri legi voluerint Ἄδωνις, dum nusquam nomen istud, quod sciam, reperiatur. Amnis ille Plinio *(a) Anatis* vocatur; nec tantum ab hac forma recedit τὸ Ἀνιδεύς, Ἀνιδέυτος, quam salmasiana lectio.

769. Λίξος] Eratostheni *Lixus*, Ptolemæo Λίξα, Plinio *Lissa,* et Λίγξ Stephano ex Artemidoro, ni fallor, qui Eratosthenem reprehendit, quod *Lixum* pro *Linge* dixerit, apud Strabonem lib. XVII *(b).* Fluvius item a Stephano *Linx*, et Ptolemæo *Lix* appellatur. Nomen phœnicium erat ליש *Laix* vel *Lix.* ש per X effero, ut Hispani solent : ליש Hebræis est *leo ;* quod genus in Mauritania frequens. Vide Philostratum initio lib. V, et Strabonem lib. XVII, ubi *Linga* perperam cum *Tinge* vel *Tingi* confundit, unde Mauritania Tingitana. *Bochart.*

770. Vulgo Θυμιατηρίας] Delenda est postrema litera. Θυμιατηρία enim vocatur hæc urbs, ut ex sequentibus patet. Stephanus: Θυμιατηρία, πόλις Λιβύης· τὸ ἐθνικὸν Θυμιατήριος : Hanno Θυμιατήριον appellat : Ὡς δ' ἀναχθέντες τὰς στήλας παρημείψαμεν, καὶ ἔξω πλοῦν δυοῖν ἡμερῶν ἐπλεύσαμεν, ἐκτίσαμεν πρώτην πόλιν, ἥντινα ὠνομάσαμεν Θυμιατήριον (§. 2, pag. 114). *Vossius.*

Liquet infra post εἰς τὸν πόντον subesse lacunam cujusdam stadiorum summæ.

771. Εἰς Σολόεσαν ἄκραν] Inquit a Thymiateria Soloëntem perveniri. Legendum enim hic arbitror Σολόεντα, ut statim post. Sic quoque Hanno id promuntorium appellat, et Herodotus *Melpomene* (IV, 43), ubi de Sataspe agit. Ptolemæo est Σολοεντία ἄκρα, Hesychio Σολουντίς. *Vossius.*

An non literæ flagitant Ἀπὸ Θυμιατηρίας ἐστὶ Σολόεις ἄκρα ! Mox non intelligo cur Vossius ita mutaverit ἐπὶ δὲ τοῦ ἀκρωτηρίου, quum ab Hœschelio sit editum τῷ ἀκρωτηρίῳ. *Gronovius.*

(a) Lib. I, cap. I. *(b)* Pag. 829 (pag. 1185, C).

Quod ad structuram verborum adtinet, Vossio adsentior; sed de forma vocis Σολόεσσα, non ita liquet emendatione opus esse. De quo vid. not. 12, ad Hannon. *(a)*.

772. Καὶ ἱερωτάτη] Hic Neptuni fanum condiderat Hanno. Conf. Hannonis Peripl. *(b)*. Hanc regionem, ut legitur infra, tenebant Æthiopes 'Ιεροί. Ceterum Europæ promontorium huic litori obpositum adpellabatur quoque *Sacrum;* nempe ultimæ et remotissimæ regionum partes aliquid terroris et pietatis movebant.

773. Ποινῆς] Locus mutilus. Jam diu est, quod illustris vir cl. Salmasius legerit, φρηνῆς pro ποινῆς. Arbitror ab Hannone hanc aram esse exstructam. Ipse certe hoc loco fani Neptuno a se consecrati meminit. Κἄπειτα πρὸς ἑσπέραν ἀναχθέντες ἐπὶ Σολόεντα, Λιβυκὸν ἀκρωτήριον, λάσιον δένδρεσι, συνήλθομεν· ἔνθα Ποσειδῶνος ἱερὸν ἱδρυσάμενοι, πάλιν ἐπέβημεν πρὸς ἥλιον ἀνίσχοντα ἡμέρας ἥμισυ (§. 2, pag. 114). *Vossius.*

774. Δαίδαλον δέ φασι ποιῆσαι] *Artificiose eam confectam esse aiunt.* Sic Vossius. Quis, oro, id ex illis exsculperet? an vero idem est ac legeretur ποιηθῆναι vel πεποιῆσθαι? Imo ait Scylax, *Dædalum fecisse dicunt. Gronovius.*

775. Ξιῶν] Nullus, quod sciam, meminit hujus fluvii. Lixum hoc loco describit Hanno, alium ab eo quem jam supra retulit Scylax. *Vossius.*

Lixum aut legere, aut saltem intelligere res geographica postulat.

776. Κέρνη] A Columnis Herculis Cernen perveniri, inquit Scylax, diebus duodecim. Supra vero jam dixit, ab Carthagine ad Columnas navigari diebus septem, et totidem noctibus. Hanno tamen navigationem ab Carthagine ad Columnas, et ab his ad Cernen, æqualem taxat *(c)*. Sed de diurna tantum navigatione loquitur hoc loco Scylax. Quod si ea æstate fiat, satis bene conveniunt inter se. De hac Plinius, lib. VI, cap. 31 : *Polybius in extrema Mauritania, contra montem Atlantem, a terra stadia octo abesse prodidit Cernen. Nepos Cornelius, ex adverso maxime Carthaginis, a continente passus mille; non ampliore circuitu duobus millibus.* Ultima hæc verba Cornelium ex Hannone depromsisse, quivis facile viderit; quamvis in ambitu insulæ non conveniant. Sed miror Polybium Cernen ex adverso Atlantis collocasse, cum tamen

(a) Supr. pag. 125.
(b) §. 2, supr. pag. 114.
(c) Conf. supr. pag. 116, §. 4, fin.

Hanno et Scylax tam longe ultra Soluntem describant. Nec aliter videtur sensisse Cornelius Nepos. Frustra enim illi sunt, qui inepte adeo hæc verba ejus intellexerunt, ut Cernen prope Carthaginem in ipso sinu descripserint. Somnium, credo, suum stabilient hisce Palæphati verbis *(a)* : Οἱ δὲ Κερναῖοι κατὰ γένος μέν εἰσιν Αἰθίοπες· οἰκοῦσι δὲ νῆσον τὴν Κορνήνη (lego Κέρνην) ἔξω οὖσαν τῶν Ἡρακλείων στηλῶν. ἄρχουσι δὲ Λιβύην περὶ τὸν Ἄννονα (Ἄννωνα Fischer.) ποταμὸν κατὰ Καρχηδόνα· εἰσὶ δὲ σφόδρα χρυσοῖ. Κατὰ Καρχηδόνα, interpretantur *prope Carthaginem.* Sed si extra Columnas, quomodo prope Carthaginem! κατὰ hic est κατ' εὐθύ *(b)*, ut inquit Hanno. Nihil certius. Nec minus delirant qui dicunt esse Hiberniam. Iis, qui S. Laurentii insulam esse contendunt, condonandum, quod non sine auctore errent. Et ita quidem multo plurimi transtulerunt hanc insulam. Translata quibusdam est in novum orbem. Et quo tandem non retulissent, nisi vir incomparabilis cl. Salmasius eam suo reddidisset loco! *Vossius.*

Vide Reinesii Ἱστορούμενα linguæ punicæ *(c)*. *Hudson.*

Cf. not. 31 in Hannon., et mox *nov. Addend.* ad not. 776.

777. Ἡμερῶν ἑπτά] Quatuor tantum dies numerat Hannonis Periplus; unum a Soloënte promontorio ad Lixum *(d)*, tres a Lixitis usque sinum, ubi insula Cerne sita erat *(e)*.

778. Ἡμερῶν δώδεκα] Cf. not. 32, ad Hannon, p. 135-137.

779. Οὐκ ἔτι ἐστὶ πλωτά] Hic jam communem geographorum morem imitatur Scylax : qui cum ad ea devenissent, quarum nullam haberent cognitionem, ut ignorationem suam hac in parte excusarent, nescio quæ non absurda fingebant, loca æstu et frigore exusta, feris plena, vastis obsita montibus; insuper maria alga, cœno, variisque monstrorum generibus, referta. Sic in Herodoti *Melpomene (f)*, Sataspes apud regem Xerxem excusat se, quod ulterius non processerit navigando, quoniam navigium retineretur, nimirum alga, aut cœno. Egregie de hac re Plutarchus *Thes. (g)* : Ἐν ταῖς γεωγραφίαις... οἱ ἱστορικοὶ τὰ διαφεύγοντα τὴν γνῶσιν αὐτῶν τοῖς ἐσχάτοις μέρεσι τῶν πινάκων πιέζοντες, ἐνίοις παραγράφουσιν, ὅτι τὰ δ' ἐπέκεινα, θῖνες ἄνυδροι καὶ θηριώδεις, ἢ πηλὸς ἀϊδνής,... ἢ πέλαγος πεπηγός. Tatianus contra Græcos *(h)* : Οἱ μὲν οὖν τὰς γεωγραφίας ἐκπονήσαντες, μέχρις οὗ ἦν δυνατὸν ἀνθρώπῳ, τῶν χωρίων τὴν ἀναγραφὴν ἐποιή-

(a) περὶ ἀπίστ. cap. 32, §. 5, pag. 24, Fischer. 1777.
(b) Conf. Letronn., not. ad Strab. t. V, pag. 267, n. 6, et pag. 311, n. 1.
(c) Cap. 2.
(d) Cf. §§. 2 et 3, pag. 114, 115.
(e) Cf. §. 4, init., pag. 115.
(f) Lib. IV, 43.
(g) Init.
(h) Pag. 159, B, Paris. 1615.

σαυτο· τὰ δὲ ἐπέκεινα λέγειν οὐκ ἔχοντες, διὰ τὸ ἀδύνατον τῆς θεωρείας, ἀμπώτεις ἠπλάσαντο, καὶ θαλασσῶν τὴν μὲν τεναγώδη, τὴν δὲ πηλώδη· τόπων δὲ, τῶν μὲν τὸ ἔκπυρον, τῶν δὲ τὸ ψυχρὸν καὶ διαπεπηγός. *Vossius.*

780. Διὰ βραχύτητα] De crebro usu et sensu hujus vocis apud veteres geographos, consule Tzschuckium *(a)*.

781. Καὶ φῦκος] *Iene schwimmenden Kræuter*, fucus natans, *oder* Sargossa, *finden sich, so wie sie die Aelten beschreiben, in der Gegend der Canarischen Inseln; und unter ihnen Hält sich gewöhnlich eine grosse Menge Fische auf. Man sehe Beckmann (b)*. Sic *Heeren (c)*. Cum Scylace congruit Theophrastus, his verbis *(d)* : Γίνεται δὲ (φῦκος) ἐν μὲν τῇ ἔξω τῇ περὶ Ἡρακλείας στήλας θαυμαστόν τι τὸ μέγεθος, ὥς φασι, καὶ τὸ πλάτος μεῖζον, ὡς παλαιστιαῖον. *Nascitur quidem alga in mari externo circa Herculis Columnas, mira magnitudine, latitudineque, ut ferunt, majori, quam ut manu adprehendi possit.* De hac planta cf. Salmasii libr. *de Homonym. (e)*.

782. Φοίνικες] Pœnos potius Africanos, quam Phœnices Asiaticos (ut existimat Cluverius *(f)*), hanc navigationem instituisse et commercia cum Cernæis habuisse verisimile est. *Reinesius.*

783. Εἰς τὴν νῆσον τὴν Κέρνην] Hic non erat locus repetendæ vocis τὴν, quum supra habeamus tantum εἰς Κέρνην νῆσον; et suspicor inserta fuisse τὴν Κέρνην, ceu explanationem præcedentium εἰς τὴν νῆσον. Imo, si genuina hæc lectio foret, non infra iterum scriberetur ἐν τῇ Κέρνῃ . . .

784. Vulgo Ταύδους] Rescribe γαύλους cum Salmasio. De hoc navium genere consule *Alberti* ad Hesychium *(g)*, Wesselingium ad Herodotum *(h)*, et inprimis doctiss. *Mignot*, in *Mém. de l'Acad. des inscript. (i)*.

785. Vulgo Ἐσθ' ὁρμίζουσιν] Vir in omni doctrina summus, cl. Salmasius, sic emendavit hunc locum : Ἐπὰν δὲ ἀφίκωνται εἰς τὴν νῆσον τὴν Κέρνην, τοὺς μὲν γαύλους καθορμίζουσιν, ἐν τῇ Κέρνῃ σκηνὰς ποιησάμενοι· τὸν δὲ φόρτον ἐξελόμενοι αὐτοὶ διακομίζουσιν ἐν μικροῖς πλοίοις, εἰς τὴν ἤπειρον. Γαῦλοι enim sunt τὰ Φοινικικὰ πλοῖα Hesychio, et aliis. Narrat hanc eandem rem etiam Herodotus (IV, 196) multo plenius. Consule præterea Aloysium

(a) Ad Mel. lib. I, cap. 14, §. 6, not. critic. pag. 581.
(b) *Geschichte der Erfindung.*
(c) *Ideen über die Politik*, &c. part. II, divis. I, pag. 183, Goetting. 1815.
(d) *Hist. plant.* lib. IV, cap. 7, pag. 81, fin. Lugd. Bat. 1613.
(e) *De Homonymis Hyl. iatr.* cap. 80.
(f) In *Sicil. antiq.* lib. I, cap. 2.
(g) Voc. γαυλός.
(h) Ad lib. III, cap. 136, init.
(i) Tom. XLII, pag. 21, 22.

Cadamustum, cap. XI: ex quo cognosces id ipsum etiam nunc ibi fieri apud Nigritas nonnullos. Sciendum autem hic est, Scylacem nunc non loqui de Cernes inhabitatoribus, sed de Æthiopibus, qui in continente erant ex adverso hujus insulæ. Fieri enim non potest, ut in insula, cujus circuitus quinque tantum sit stadiorum, ista fiant. Quod si ambitus, juxta Cornelium Nepotem, fuerit duorum passuum millium, ne isto pacto quidem suffecerit. Rufus Festus Æthiopas in Cerne incolas recenset: sed an fides ei habenda sit, dubito. Versus ejus hoc modo legendi sunt (*Descript. Orbis*, vs. 325, sqq.):

> ......At quantum terrarum interna recedunt,
> Ut procul Oceano tellus vicina madescat:
> Æthiopum populos alit ampli cespitis ora:
> Terminus Æthiopum populos alit ultima Cerne.

Sic vero Dionysius (vs. 217)..... Ἐν δὲ μυχοῖσι

> Βόσκοντ' ἠπείροιο πανύστατοι Αἰθιοπῆες,
> Αὐτῷ ἐπ' ὠκεανῷ ψυμάτης παρὰ τέρματα Κέρνης.

Nulli hic Æthiopes in insula ponuntur. Unde apparet Rufum hoc de suo addidisse. Unus Palæphatus Cernen ab Æthiopibus inhabitari, inquit. Sed mihi hac in re Hannonis αὐτόπτου fides potior. Non me movet, quod Plinius orientalem Cernen ab Æthiopibus teneri ait. Illa enim nihil ad hanc. Et sane fabulosa est, ut jam animadvertit cl. Salmasius, in divino Plinianarum exercitationum opere. *Vossius*.

Restitutio hæc Salmasii admodum probabilis videtur, præterquam in verbo καθορμίζουσιν, quod reponit pro literis ἐσθ' ὁρμίζουσιν; palam patet inde fieri debere ἐφορμίζουσιν: et quod vocem αὐτοῖς omittat post ποιησάμενοι, quod plane non est necessarium, et optime illa vox ferri potest. Cæterum ex hoc loco videtur emendari debere scholiastes Juvenalis, a quo *Canna Micipsarum* in Satyr. 5 *(a)* exponitur *gandeia*, et edidit Pithœus, quum dici debeat *gauleia*. *Gronovius*.

786. Πωλοῦσι δὲ πρὸς δέρματα] Præpositionem inclusit uncis, Hœschelius hoc modo (πρὸς), quos rejicit quidem Vossius; nullam tamen ejus voculæ rationem in interpretando ponit, quum tamen bene se exprimat Scylax notans Æthiopas hos mutasse merces Phœnicias pellibus hujusmodi, non pecunia, et ad pelles contraxisse. *Gronovius*.

(a) Ad vs. 89.

Eo rectius Gronovius hæc intelligit de mercaturis ab Æthiopibus ipsis venditis, quod infra adjiciat noster : Οἱ δὲ Φοίνικες ἔμποροι εἰσάγουσιν αὐτοῖς μύρον... Scilicet præcedentibus noster obponit ea quæ Phœnices Æthiopibus venditabant.

Ceterum iisdem fere in locis collocat Hanno silvestres homines, *pelles ferinas indutos (a)*.

787. Καὶ ὀδόντων] Lege καὶ δέρματα ἐλεφάντων μετ' ὀδόντων. *Vossius.*

Nota asterisci ab Hœschelio voci ὀδόντων adposita de mendo monet. Id ego eluo, legoque ὀδόντας. *Reinesius.*

788. Καὶ τῶν ἡμέρων βοσκημάτων] Conjicio veram lectionem esse ἑτέρων; nam quid auctor Peripli generaliter scripsisset τὰ ἥμερα βοσκήματα (mansuefacta animantia) hujus fere ignotæ partis Libyæ, nec aliquod saltem genus nuntiasset? Ceterum confundunt attici (cf. pag. 205) ἄλλος et ἕτερος. Cf. Casaub. ad Strab., pag. 33, ed. Amstel., et Hermann. ad Eurip. *Suppl.* pag. 38.

789. Χρῶνται κοσμοστίκτοις...] Scribe cum magno Salmasio, οἱ Αἰθίοπες χρῶνται κόσμῳ στικτοῖς ἐσθήμασι. Etiam Indis ab Arriano tribuitur ἐσθὴς καταστικτος. *Vossius.*

790. Vulgo Μεστοί] Lege μέγιστοι, vel μείστοι. *Vossius.*

Sic rescripsimus μέγιστοι pro μεστοί in Hannonis *Periplo (b)*.

791. Εἰσὶ καὶ ἱππηλάται] Conf. not. 26 ad Hannon., supr. pag. 130, 131.

792. Μύρον λίθον αἰγυπτίαν] Caute et curiose Vossius : *unguenti Ægyptii lapidem*. Quod unde exsculpsit? Legerem potius, μύρον, λίνον, Αἰγύπτια, vel simpliciter μύρον, λίθον Αἰγυπτίαν, *unguentum et marmor Ægyptium. Gronovius.*

Forsan rescripsissem μύρον, λίνον Αἰγύπτιον, quod jam conjecerat *Falconer (c)* ex verbis Herodoti hisce *(d)* : Λίνον δὲ τὸ μὲν Κολχικὸν, ὑπὸ Ἑλλήνων Σαρδονικὸν κέκληται· τὸ μέντοι ἀπ' Αἰγύπτου ἀπικνεύμενον, καλέεται Αἰγύπτιον, *Linum autem Colchicum a Græcis Sardonicum adpellatur, quum autem ab Ægypto venit, Ægyptiacum.* Sed locus exstat apud Theophrastum, qui me suadet ut legam μύρον καὶ λίθον Αἰγυπτίαν. Cujus hæc verba sunt *(e)* : Τὸ δὲ (τῆς) βαλάνου τῆς Αἰγυπτίας μύρον, αὐτὸ μὲν οὐκ ἄγαν ἀναπνεῖ· μιγνύμενον δὲ ποιεῖ τἄλλα βελτίω, μάλιστα δὲ τὴν Ἶριν. Ἐν τῇ ἐρύθρᾳ θαλάσσῃ διακοπτομένων τῶν λίθων, ἐμπεφυκότα φαίνεται ἰχθύδια καὶ μαινίδες καὶ ἄλλ' ἄττα ζῶα. *Glandis autem*

(a) Cf. Hann. Peripl. S. 5, pag. 116.
(b) S. VIII, not. 55 *, pag. 145.
(c) *Dissert.* II, in Hannon., pag. 80.
(d) Lib. II, cap. 105.
(e) Theophrast. lib. περὶ ὀσμῶν, fin p. 75, SS. 69, 70, ed. Schneider, 1818.

Ægyptiæ unguentum ex se tantum ipso parum odoris efflat; sed admixtum, aliis bonitatem addit, potissimum iridi. Sunt in mari Rubro lapides, quæ, si scinduntur, inclusos præbent pisciculos et squillas, aliasque bestiolas (quasi) *innatas.* Sic distinguit Theophrastus *unguentum ægyptiacum*, et *lapides quosdam*, inter unguenta numerata, et videtur noster utrumque pariter exprimere et distinguere. Hic conferendus Taciti locus in *Germania*, qui naturam horum lapidum in Scylace et in Theophrasto explanabit. Tacitus sic *(a)*: *Sed et mare scrutantur* (Æstii); *ac soli omnium succinum, quod ipsi* GLESUM *vocant, inter vada atque in ipso litore legunt..... Succum tamen arborum esse intelligas, quia terrena quædam atque etiam volucria animalia plerumque interlucent, quæ implicata humore, mox durescente materia, cluduntur..... Quæ* (unguenta) *vicini solis radiis expressa atque liquentia in proximum mare labuntur.* Scribit Tacitus septentrionales Æstios hosce *solos omnium* succinum legere; sed fallitur ille, quod jamdudum adnotatores deprehenderunt: nempe multis in locis succinum colligitur (incertum hucusque quomodo nascatur). Cf. Plinium *(b)*. Hujus modi succinum forsan innuit Strabo *(c)*, Æthiopum quorumdam sepulturæ adhibitum. De succino cf. Salmasii librum *de Homonymis (d)*.

Non multum igitur a vero sensu Vossius, quamvis incogitans, recedit, vertendo *unguenti ægyptii lapidem;* et ridendus potius alios irridens Gronovius, qui veram lectionem excogitaverit, sed ut eam minime intelligeret.

793. Ἄπρους ἐξαράκτους] Locus suspectus. *Vossius.*

Vox ἄπρος minime, vel apud recentiores, græca; quam nullo in glossario reperias. Rescribendum procul dubio κάπρους. Unde vero τὸ ἐξαράκτους? Laudant lexicographi plures, ut Phavorinus, Gaza, Constantinus Schneiderusque, hunc versum Apollonii classicum *(e)*: Ἥρως δ' Αἰσονίδης ἐξάργματα τάμνε θανόντος. Ibi scholiastes: ἐξάργματα, ἀκρωτηριάσματα, *mutilatæ partes extremæ cadaveris.* Cujus vocis analogiam sequenti, componendus est adjectivus ἔξαρκτος. Sed quid? Unde proficiscuntur ἐξάργματα et ἔξαρκτος? Illud ab ἄρχομαι ducendum, cum sensu *primitias sumendi.* Cf. in *Lexicc.* voc. ἀπάρχομαι. Sed ex ἀράσσω tantum, habebimus ἐξαράγματα et ἐξάρακτος. Ergo aut rescribendum ἐξάρκτους, aut ducendum est ἐξαράκτους ab

(a) In *German.* cap. 45.
(b) *Hist. nat.* lib. XXXVII, cap. 3.
(c) Lib. XVII, p. 822, fin. (p. 1178, B).
(d) *De Homonymis Hyl. iatr.* cap. 101, pag. 160, sqq.
(e) Lib. IV, v. 477.

ἐξαρξάσσω. Laudat H. Stephanus ex Galeno vocem ἐξάραγμα, *fracturam*, quæ ex eodem fonte prorsus manat. Conclude, lector, quid volueris. Ceterum nescio unde *apros castratos* Phœnices Æthiopibus portaverint, et caret apud veteres hujus rei explanatio, quod sciam.

793*. Ἐν τοῖς Χουσὶ τῇ ἑορτῇ] Interpolata fuerunt hæc τῇ ἑορτῇ, quæ *adpositionis* instar et explanationis, sequuntur τὸ Χουσί. Simpliciter vocabatur hoc festum οἱ Χόες *(a)*; at saltem scripsisset Scylax ἐν τῇ τῶν Χοῶν ἑορτῇ. Quod autem adtinet ad vasa in Congiorum festo venalia, hæc aliquid novi in *Congiis* usitatum nos docent. Nempe, quum in primo *Anthesteriorum* die, dicto Πιθοίγια, dolia aperirentur, et vel servis vini copia daretur *(b)*, quumque in secundo die, id est, in *Congiis*, suum cuique poculum esse convivia juberent *(c)*, inde conjiciendum, quod Scylax innuit, magnam mercaturam vasorum Athenis factam fuisse. Amicus procul dubio amicum congio donabat; et hoc tempore præsertim vigebat figulorum industria, ex remotissimis annis in Græcia celebrata *(d)*. Forsan agebatur hæc mercatura in macello dicto Οἶνος, juxta *Ceramicum (e)*; ibi doliorum publicam aperturam fieri solitam ego jam ante conjeci *(f)*.

794. Vulgo Γαλακτοπώτας] Nemo non videt legendum γαλακτοπότας. *Vossius*.

795. Οἶνον... ἀπὸ ἀμπέλων] Cf. not. 23, ad Hannon. supr. pag. 129.

796. Ἄγουσιν] Sic priscus interpres : *Hoc præterea ab ipsis Phœnicibus eo defertur*. Sed non talia dicit noster; imo contrarium satis aperte contextus declarat.

797. Πρὸς ἣν οἱ Φοίνικες εἰσπλέουσιν οἱ ἔμποροι] Censeo utrumvis hic redundare, aut οἱ Φοίνικες, aut οἱ ἔμποροι. Secundum autem deleo, quum supra habeamus simili forma dicendi : Τὸν δὲ καὶ αὐτοὶ οἱ Φοίνικες ἄγουσιν.

798. Εἰς Αἴγυπτον] Similia uberius refert Herodotus *(g)*.

799. Ταύτην θάλατταν συνεχῆ] Hanc opinionem de circumnavigata Libya, et de Atlantico mari cum Erythræo sese jungenti, disquisitam habes apud Salmasium *(h)* et in nostra dissert. ad Hann. §. XVI, XVII, supr. p. 97-101.

(a) Conf. Aristophan. schol. ad *Acharn.* v. 960. — Suidam voc. Χόες. — Harpocrat. ad voc.

(b) Proclus ad Hesiod. *Op. et Di.* v. 368.

(c) Cf. fabulam narrant. in schol. Aristophan. ad *Acharn.* 960, et ad *Equit.* 95.

(d) Cf. Meurs. *Ceramic.*, cap. 2.

(e) Cf. Meurs. *Lect. attic.* pag. 239.

(f) In *Recherches sur la nature du culte de Bacchus*, pag. 68.

(g) Lib. IV, cap. 181.

(h) In *Exercit. Plin.*, pag. 877, sqq.

800. Ἀκτὴν δὲ εἶναι Λιβύην] Ἀκτὴ hic *peninsula* est, ut supra §. 12, p. 240, ubi vide not. Vossii. Cf. et not. 725*. Ceterum concinit noster his Herodoti verbis *(a)* : Λιβύη μὲν γὰρ δηλοῖ ἑωυτὴν, ἐοῦσα περίῤῥυτος, πλὴν ὅσον αὐτῆς πρὸς τὴν Ἀσίην οὐρίζει. Et supra *(b)* : Κατὰ μὲν νῦν Αἴγυπτον ἡ ἀκτὴ αὕτη (Libya) στεινή ἐστι· ἀπὸ γὰρ τῆσδε τῆς θαλάσσης ἐς τὴν Ἐρυθρὴν θάλασσαν.... Mox etiam : .... ἀκτὴ, ἥτις Λιβύη κέκληται.

801. Διάφραγμα διὰ τῆς θαλάττης τῆς Εὐρώπης] Vossius sic vertit : *Diaphragma per mare Europæum in Asiam.* Sed non est mare internum Europæ potius, quam Asiæ. Ego censeo ante τῆς Εὐρώπης supplendum esse ἐκ vel ἀπό; sequitur enim diaphragma profectum ex Eubœa, Græciæ insula, usque Rhodum et Asiæ litus.

802. ΕΥΘΥ ΚΑΤ' ΟΡΘΟΝ] Imo, ΟΡΘΟΝ ΚΑΤ' ΕΥΘΥ, ut infra. *Vossius.*

803. Ἀπὸ τῆς Ἄνδρου] Lege ἀπ' αὐτῆς Ἄνδρου &c. Sic enim semper loquitur infra : αὐτῆς δὲ τῆς νήσου ἐπὶ τὸ ἀκρωτήριον, et rursus : αὐτῆς δὲ τῆς Ἰκάρου, et sic in cæteris. *Palmerius.*

De voce supra κοινῇ, cum subaud. γνώμῃ (semel in Periplo adhibita), cf. cl. Schæfer. ad Stephani *Thesaur. ling. gr. (c).*

804. Τοῦ Αὐλῶνος] Supplendum ante est vocula ἀπό; imo et proxime ante αὐτῆς δὲ Ῥηναίας.

805. Vulgo Εἰς Τεῖνον] Lege, ut Salmasius, εἰς Τῆνον. Statim vero, εἰς Μύκονον, et Μυκόνου. *Vossius.*

806. Αὐτῆς δὲ τῆς νήσου ἐπὶ τὸ ἀκρωτ.] Sic vertit Vossius : *Ipsius vero insulæ ad promontorium Rhenææ longitudo stadiorum 40.* Sed non potest dari longitudo unius insulæ, usque ad promontorium alterius insulæ. Hic foret trajectus, διάπλους. Ἀκρωτήριον τὸ κατὰ Ῥηναίαν significat promontorium *Teni* ipsius, insulæ Rhenææ oppositum. Sin aliter legendum esset ἀπὸ αὐτῆς δὲ τῆς.... Ceterum melius forsan rescriberetur : αὐτῆς δὲ τῆς νήσου μῆκος ἐπί.... Nempe spatium aliquid tenet insulæ ipsius longitudo in toto diaphragmate; et illud notandum, quod proxime infra, intervallum exprimatur, quo distabat a Teno ulterior Rhenæa. Illud idem mox legitur : Αὐτῆς δὲ τῆς Ἰκάρου στάδια τ' ἐστὶ μῆκος, et iterum : Αὐτῆς Καρπάθου μῆκος στάδια ρ', et αὐτῆς Ῥόδου μῆκος στάδια χ'.

807. Ἐπὶ τοὺς Μελαντίους] Melantios scopulos prope Theram collocat Apollonii scholiastes *(d).* Μελάντιοι σκόπελοι δύο πρὸς τῇ Θήρᾳ, οὕτως ὀνομαζόμενοι ἀπὸ Μέλαντος, τοῦ κατασχόντος τὴν χώραν,

(a) Lib. IV, cap. 42.
(b) *Ib.* cap. 41.
(c) Col. 5134, ed. Lond.
(d) Ad lib. IV, v. 1707.

τὴν προσηγορίαν ἔχοντες. Sed satis ingens intercedit spatium inter Theram et Melantios scopulos, ut ex Scylace et Strabone *(a)* patet; apud quem vocantur σκόπελοι Μελάνθιοι, male. Non enim a Melantho, sed a Melante, sic dicuntur. Statim post scripsimus : Αὐτῆς δὲ τῆς Ἰκάρου στάδια τ' ἐστὶ μῆκος. Non ἐπὶ μῆκος. *Vossius.*

808. Αὐτῆς δὲ Σάμου] Rescribe supplendo post Σάμου vocem μῆκος, ut supra.

809. Vulgo Πειραιείου] Salmasius πρὸ ἀέρίου. *Vossius.*

810. Προσλογιζομένῳ] Omnino puto deesse multa. Certe novum hic incipit diaphragma; ΕΤΕΡΟΝ ΔΙΑΦΡΑΓΜΑ ΟΡΘΟΝ ΚΑΤ' ΕΥΘΥ. Unde patet, et finem præcedentis, et initium hujus diaphragmatis, desiderari. *Vossius.*

811. Vulgo Ἕως Καθήρων] Hic, et proxime, Κυθήρων rescribendum. *Vossius.*

812. Vulgo Αἴγιναν] Dodwellus *(b)*, recte Αἰγιλίαν.

813. Στάδια βφ'] Cf. supr., pag. 264, lin. 10.

814. Ἀπὸ Ῥόδου εἰς τὴν Ἀσίαν] Cf. supr. not. 40.

815. Στάδια δύο] Hic prave scribitur stadiorum numerus. Totius *diaphragmatis* secundi summa en datur, ni fallor; et stadia 3630 ex subputationibus factis habemus : imo alia desunt stadia numeranda a Cytheris ad Ægiliam, quod est πλοῦς πραρασιστάδιος; et circiter 70 ab Ægilia ad Cretam. Hæc fere sunt 3800 stadia ΓΥ, quod forsan legit nescio quis ceu ΥΟ, et implendum credidit τῷ ΔΥΟ.

816. Μεγέθη νήσων] Hic non septem, ut in titulo operis nuntiatum fuit, sed viginti insulas refert noster. Cf. *Dodwelli* dissert. in Scyl. §. XVI, p. 194.

817. Μεγίστη Σαρδώ] Sardiniam antiquitus Græcis parum fuisse notam vel ex eo constat, quod Scylax Sicilia majorem faciat, contra quam Strabo, Diodorus Siculus, et Marcianus Heracleota *(c)*. *Hudson.*

818. Δευτέρα Σικελία] Non sic Strabo, apud quem Sicilia primum locum obtinet *(d)* : Μέγισται δὲ Σαρδὼ καὶ Κύρνος μετά γε τὴν Σικελίαν. αὕτη δὲ καὶ τῶν ἄλλων ἐστὶ μεγίστη τῶν καθ' ἡμᾶς καὶ ἀρίστη.

(a) XIV, pag. 636 (pag. 943, fin.).
(b) In Dissert in Scyl. §. XVI, pag. 195.
(c) Pag. 9, Hudson.
(d) Lib. II, pag. 123.

ADDENDA.

Ad pag. 75, fin.: post *Hesiodi scholiastes*, adde: Lycophronis schol. v. 17. Scio equidem alias prorsus etymologias, et allegoricas rationes nominum illorum reddi. Ducit cl. *Creuzerus (a)* Persei nomen a φθείρειν (b), quia sit Perseus solis imago, qui omnia tum illustrat, tum consumit *(c)*. Testem adfert ille Clem. Alexandr. *(d)*, lunæ antiquum nomen fuisse γοργόνιον; sic foret Γοργοφόνος, *lunæ occisor*. Sed hæc vix interpretationi nostræ contrariam vim habent. Nam hæ tot allegoriæ, recentioris philosophiæ sunt, et forsan quidem ex antiquissimis religionum fontibus fluunt; sed ingeniosas posteriorum commentationes prorsus redolent. Ego igitur de platonica scientia recentiori et orphica valde suspicor (quod non immerito de multis similibus pariter dicas), scilicet mediam esse ætatem quamdam, nec brevem, quæ doctrinarum fontes latissime dividit a rivulis quibusdam uberrimis, sed sero scatentibus; ita ut magnum intervallum sit, quo prisca et germana doctrina sileat. Quod itane sæpissime subobscure sensisti, lector, de antiquis opinionibus quibusdam! Illud ansam præbuit interpretationibus diversis, quas veteres interdum ex lusu et ingenio creaverunt, et quæ a germana fabulæ origine discrepabant. Sic potuerunt allegoriam de Perseo novam sibi effingere poetæ non ita recentiores.

Ad p. 143. — De voce κέρας, *flumen* significante, conf. et doctiss. Letronnium ad Strabon. *(e)*.

Ad p. 207. — Parum nunc mihi arridet sensus, quem supra pag. 207, erui e scylaceo loco, τὴν ἐπὶ ἡμῶν θάλασσαν. Nempe respicit hæc scribendi forma ad distinguendum mare duplex, quod dividebat Corinthiacus isthmus, *Ionium* scilicet, et *Ægæum*. Sic Florus *(f)*: *Corinthus inter duo maria, Ionium et Ægæum, spectaculo exposita est.* Cf. Melam *(g)* et ibi Tzschuckium *(h)*.

(a) In *Symbolik.* tom. IV, pag. 342.

(b) Eo potius quod nonnunquam Perseus designetur per τὸ φέρσι. Conf. Millin. *Gall. myth.* nr. 386, sqq.

(c) *Ibid.* pag. 270.

(d) *Stromat.* v, 676.

(e) *Traduct. franç.* tom. V, pag. 366.

(f) II, 16, init.

(g) Lib. II, cap. 3, §. 7, fin.

(h) *Not. exeget.* pag. 292.

Ad p. 208. — Est locus Thucydidis (I, 5) καὶ προσπίπτοντες πόλεσιν ἀτειχίστοις, καὶ κατὰ κώμας οἰκουμέναις, ex quo concludendum est exstitisse jam *civitates,* antequam κῶμαι muris cingerentur et in unum coalescerent. Et quidem, ut plures jam notaverunt, est πόλις proprie *civium societas, urbs* vero dicitur ἄστυ. Sed liquet jam ex Herodoti et Thucydidis ævo, usurpatum fuisse τὸ πόλις de *civitate* et de *urbe* simul, atque ideo obposita sunt, incolere πόλιν et habitare κατὰ κώμας, quamvis reperiatur in Thucydide hæc scribendi forma πόλις κατὰ κώμας οἰκουμένη. Idem de regionibus κατὰ κώμας habitatis dicere possis, quæ Tacitus de Germanis *(a)* : *Vicos locant, non in nostrum morem, connexis et cohærentibus ædificiis : suam quisque domum spatio circumdat (b).* Quum igitur Herodotus πόλεις ibi viderit, ubi Scylax gentem κατὰ κώμας incolentem, conjicere licet non idem utrumque exprimere, et nos supra in *Dissert. in Scylac.* pag. 208, non vana statuisse. Sic distinguit Alciphron, auctor atticista, homines κατὰ πόλεις ἢ κώμας οἰκοῦντας (lib. I, ep. IV, init.). Cf. præsertim gallicam dissert. nost. in Scylac. *(c).*

Ad p. 209. — Sunt verba Strabonis quæ non obstant, quin Geographus Homero interdum latiorem rei geographicæ peritiam tribuisse videatur : Τὰ δ' Ὁμήρου σκέψεως δεῖται κριτικῆς, ποιητικῶς λέγοντος, καὶ οὐ τὰ νῦν, ἀλλὰ τ' ἀρχαῖα, ὧν ὁ χρόνος ἠμαύρωκε τὰ πολλά : *Homerica censoriam desiderant judicationem, quum poetice auctor loquutus sit, et non nostræ ætatis, sed vetusta denotaverit, quorum pleraque tempus obscuravit.* Hæc verba pulcherrima acutum judicium pollicentur; sed non idem est, regulas optimas scriptores sibimet ipsos præscribere, ac illas constanter servare.

Ad p. 215. — Ibi de loco Apollonii citato erravi, quum inconsideratius et per transennam, fateor, legissem; sed summam argumenti illud nihil minuit. Minime mens fuit Apollonii, ut Chalybas ad Mysiam usque produceret, quum infra, pluribus litoribus præteritis (lib. II, v. 374, 375), Argonautæ *Chalybum terram* deveniant. Nihil ergo ex Apollonio in nostram rem sumendum. Sed obiter conjiciam emendandum esse forsan in hoc loco (I, 1323), ἀπείρονι γαίῃ, in ἀπειρέϊ γαίῃ. Nam infra (II, 375) habet auctor idem : Τρηχεῖην Χάλυβες καὶ ἀτειρέα γαῖαν ἔχουσιν. Displicet ἀπείρονι, tum quod *terminos*

(a) Tacit. *Germ.* 16.

(b) De quo vid. Poppo in *Commentar. polit.* &c... *in Thucyd.* t. II, pag. 11.

(c) *Dissertation sur le Périple de Scylax,* pag. 16, 17, Paris, 1825.

Chalybum, illosque satis arctos dederit vates, e Dæantis campo (II, 373) ad Genetæum promontorium (II, 378); tum, quia minime, quod sciam, hoc epitheton de regione ulla hoc sensu et usu adhibeatur. (Cf. *Thesaur.* Stephan. col. 7483, ed. Lond.) Habet Homerus (*Iliad.* VII, 446 et XXIV, 342), ἀπείρονα γαῖαν de immensitate orbis habitabilis, sed nusquam de regione certis limitibus inclusa. Ceterum Apollonii carmen valde fœdatum prædicaverunt varii editores, tum Brunckius in præfat. pag. 3 et 4, tum gallicus interpres doctiss. *Caussin de Perceval* (*préf.* pag. 24), quod medelis sparsim locum etiamnunc præbet.

Ad p. 223. — Pariter, de muris, qui urbem Corinthum cum portu Lechæo jungebant, reperitur antiquior adpellatio τὰ τείχη et τὰ μακρὰ τείχη apud Xenophontem *(a)*, recentior, σκέλη, apud Strabon. *(b)*. De quo cf. mox *Addend.* ad not. 188.

Ad p. 237. — Vossium secutus sum vertentem Λίγυες, *Ligures*, et ulterius Ἐνετοί, *Veneti*: melius forsan vertendum erat *Ligyes*, *Heneti*, quod judicavit pater meus in *Geographia Herodotea (c)*.

Ad p. 265. — Φαλάσαρνα καὶ λιμὴν κλειστός] Dicæarchus (*Stat. Græc.* pag. 24, Huds.) cum Scylace convenit de urbis situ, et de portu ejus clauso.

Ad p. 266. — Ἀνάφη] De vocis etymologia ἀναφαίνεσθαι, cf. comitem *de Choiseul-Gouffier* in *Mém. de l'Institut (d)*, conjicientem respicere hoc nomen ad resurgentes insulas quasdam maris Ægæi, post magnum cataclysmum. Idem vir nobiliss. sentit de insula *Delo*, a voce δηλόω dicta.

Ad p. 271. — Πλείστους τῆς Ἀθηναίων χώρας] Quamvis aptius loco convenire videatur vox πλεῖστος quam παράπλους, pronus tamen sum ad rescribendum παράπλους. Ubique enim noster scribit παράπλους... στάδια, et πλεῖστος... σταδίων. Habet tantum pone genitivum παράπλους, quum sequitur ἡμερῶν subputatio. Cf. Scyl., §. 51, et *Addenda* ad not. 267. Cf. Scylac. §. 52, init., et *Indicem* voc. παράπλους.

Δῆλος] De hujus vocis etymologia cf. *Addenda* ad p. 266.

Ad p. 277. — Ἡράκλειον] Hæc in Scylace prima urbs Macedoniæ, postquam Peneum transiimus, septentrionem versus. Meminit Stephanus *Heracleæ, urbis Macedoniæ*, et ibi notat Berkelius duas fuisse hujus nominis urbes in Macedonia,

(a) *Hellen.* IV, 14, §. 7.—Iterum *ib.* §. 17.
(b) Pag. 583, A, ed. Amstel.
(c) In *Philologue*, tom. XI, pag. 25.
(d) Tom. II, pag. 490.

unam in *Pelagonia*; alteram in *Sintica*. Atqui pars Macedoniæ, Pelagonia, erat procul septentrionem versus, ut ex Strabone VII, pag. 326, 327 (pag. 503, 504) et Plinio II, 10, aperte colligitur. Juxta Strymonem erat Sintica (Plin. *ibid.*), ut vidit ipse Berkelius. Nihil ergo commune habent duæ *Heracleæ*, quas numerat Berkelius, cum *Heracleo* Scylacis. Nec forsan tamen distinguenda est duplex forma Ἡράκλεια et Ἡράκλειον, et adfert ipse Stephanus sub fin. tituli, secundam formam, quæ minime pro adjectivo et ethnico haberi potest. Ergo triplex in Macedonia Heraclea, aut Heracleum, pro variis scriptoribus, et varia ætate. Hic desideratur Strabonis descriptio Macedoniæ; et graviter hallucinatur epitomator de locorum serie; nec satis apta hic Plinii verba. Deest et in Ptolemæo hoc nostrum Ἡράκλειον. Nec illius meminere Herodotus, Thucydidesve: reperitur tamen in Plinio IV, 10; et Livio lib. XLIV, cap. 2, 8 et 9.

Mox videtur noster urbem Methonen et fluvium Aliacmonem conjungere per præpositionem καί, et pariter urbem Alorum cum amne Lydia.

Ad not. 1. — De triplici Scylace, cf. et Gerard. Vossium, *de Hist. Græc.* lib. I, pag. 124 - 126; et de Scylace Constantinopolitano, *ib.* lib. IV, pag. 525.

Ad not. 4. — De Strabonis loco ibi citato, cf. Groskurdi, *Observ. crit. in Strab. Iber.* pag. 235.

Ad not. 5. — Mendose scholiastes ad Lycophr. *(a)*: Εὐρώπης δὲ καὶ Λιβύης ἄκραι, πορθμὸς σταδίων ἑπτά. Nusquam talis numerus de hoc intervallo reperitur. Forsan scribenti in mentem venerat Hellesponti *Heptastadium*, quod illuc transtulit. Mendose etiam ille adjicit: ἔνθα περὶ τὴν Λιβύην καὶ Ἡράκλειαι δύο ἵστανται στῆλαι, Ἀβύλη καὶ Κάλπη λεγόμεναι. Quo abreptus, columnas *binas* in Libya posuerit! Ceterum hic scholiorum locus deest in mss. Viteb. I et Cizensi I, omnium optimis, ut censet doctiss. Müllerus *(b)*.

Ad not. 6. — Sic Pausan. IX, 10, init. Ἀπὸ τῶν πυλῶν.

Ad not. 23. — Ceterum de lin. sardonico, cf. patris mei *Geograph. Herodot.* in *Philologue*, t. XI, p. 28, sqq.

Ad not. 27. — Idem procul dubio Ἐλπήνωρ Scylacis, ac Ἐλεφήνωρ Homero (*Il.* II, 540), Aristoteli (*Epigramm. in Analect.* t. I, pag. 178, Brunck., pag. 112 Jacobs.), Plutarcho (*Vit. Thes.* cap. 35, Hutten.), Apollodoro (*Bibl.* lib. III, cap. 10,

(a) Ad *Cassandr.* v. 649, pag. 715, edit. Müll.

(b) Præfat. ad Tzetz. schol., pag. xxiv-xxvj.

§. 8, ed. Heyn.), et Tzetzæ (ad Lycophr. *Alex.* v. 1034) dictus. Habet tamen noster formam Ἐλπήνωρ, quæ reperitur quoque apud Pausaniam, lib. X, cap. 29, pag. 870. Voluit doctiss. *Raoul-Rochette* rescribi apud Pausaniam (Plutarchum tamen ibi scribit, sed Pausaniam ante oculos tenebat, quum sit Ἐλεφήνωρ in omnibus Plutarchi codd.) Ἐλεφήνορα pro Ἐλπήνορα. Sed dubius saltem hæsisset vir erudit., si hanc Scylacis lectionem non omisisset. Scilicet homericam formam mutuati sunt plures : sed antiquissimo scriptori nostro, et antiquitatum diligentissimo exploratori Pausaniæ, forma Ἐλπήνωρ adhibita, depelli non potest. Ut ut est, mirandum quod Elpenor, quem alii ad Trojam occisum ab Agenore tradunt, aut superstitem alii, ad Abantiam in Illyria civitatem condendam transiisse *(a)*, eri sepultus apud Latinos reperiatur. Nempe multum erravit ille. Scribit insuper Tzetzes loc. cit. de Elephenore : . . . . *μετὰ τὴν τῆς Τροίας ἅλωσιν ἦλθεν εἰς* Ὄθρωνον, *καὶ κατοικήσας ἐκεῖσε, πάλιν μετενάσ]ευσεν εἰς* Ἀβαντίαν. Stephanus autem : Ὄθρωνος, *πόλις, οἱ δὲ νῆσος, πρὸς νότον* Σικελίας. Atqui huc illuc errabundus Elpenor migravit, antequam in Molossiam rediret; imo forsan coloniam postea deduxit in Latium, et ibi mortuus est, de quo silent omnes; aliquam tamen lucem nostro adferente.

Ad not. 30. — Alciphron *ἀκτήν* de *litore*, lib. I, ep. IV, med.

Ad not. 36. — Sic Mazochi (*Tabb. Heracll.* p. 101 et 102, not. 58) : « Fieri potest, ut sicuti in vicino Pandosiæ *Thebas Lucanas* (a Bœotis utique conditas) aliquando exstitisse, Cato apud Plinium (III, 11) memorat, sic Platæenses Bœoti aliquando Pandosiam (quæ olim regum Œnotriæ regia fuerat) immigrarint. Id quidem fieri potuit. Tamen nihil necesse est in textu mutari quidquam. Haud raro vox eadem urbis simul ac populi nomen fuit. . . . . Itaque nihil prohibet, quominus aliquando Bœoti in vicinio Pandosiæ, tum *Thæbas*, tum etiam Πλαταιεῖς, *Platæas*, condiderint. Ac verisimile est neutram diu perdurasse. » Nec respuit Otfr. Müller. *(b)* conjecturam conditæ Pandosiæ a Platæensibus.

Ad not. 51. — Hic rescribit Gronovius *πόλις μεγάλη ἐστὶ Συράκουσαι*, pro vulg. *πόλις* Μεγαεὶς ἐστι Συράκ. Et habet Dicæarchus (*Stat. Græc.* v. 94, pag. 6, Huds.) . . . *κεῖται δ' ἐν μεσογείᾳ πάνυ καλὴ* Πόλις, *μεγάλαι* Θῆβαι. . . . . Sed poetica epitheta fere respuit auctoris consuetudo. Cf. *Addenda* ad not. 188.

(a) Cf. Tzetz. ad *Lycophr.* v. 1034.

(b) *Orchom.* pag. 401.

Ad not. 54. — De mutatis inter se καλόν et κῶλον, cf. Boissonadum ad Tiberium Rhet. p. 50. n. 3. De ϐ et μ mutat. cf. *Indic.* Friedemann. *Comment.* ad Strab. tom. I, pag. 751.

Ad not. 57. — Cf. *Nossidis epigr.* II, in *Antholog.* t. I, pag. 194, Br., pag. 127, Jacobs. Meminisse videtur et *Laciniæ* Junonis Pausanias in loco sexti libri *(a)*, ubi pro Ἥρᾳ τῇ Λακεδαιμονίᾳ, rescribit Nic. Ignarra Ἥρᾳ τῇ Λακινίᾳ, probante cl. Wyttenbachio *(b)*. Cf. etiam Potter. ad Lycophr. *Cassandr.* v. 854, pag. 1514, ed. Müller.

Ad not. 74. — Argumentum contra Peripli antiquitatem nonnulli sumserunt ex eo quod Celtæ collocarentur in litore Adriatici maris; nempe expeditionem Celtarum ibi laudatam pertinere voluerunt ad tempora Herodoto prorsus inferiora *(c)*. Ibi conjeceram cum cl. *de Sainte-Croix (d)*, respicere hanc migrationem ad tempora remotiora. Ecce haud contemnendam habeo auctoritatem Apollodori, Celtas, imo Ligyas ipsos quondam in Adriatico sinu, pro argonautica ætate, collocantis. Aufugientes Argonautæ a Colchica terra, Pontum Euxinum trajiciunt, et per Istrum *(e)*, ad imam partem sinus Adriatici deveniunt, et ibi παραπλεύσαντες τὰ Λιγύων καὶ Κελτῶν ἔθνη *(f)*, ad Siculum mare feruntur. Hæc cum Scylace mire congruunt. Ceterum vulgatam lectionem Λιϐύων, a Th. Gale et Heynio emendatam in Λιγύων *(g)*, tueri perperam voluit gallicus interpres Claverius *(h)*. At ille, qui rei geographicæ tantam ibi curam præ se fert, Argonautas ab *Istria* in Libyam subito transvehit, antequam Celtas Istriæ (in Adriatico ipso mari) oppositos prætenerint. Quam inversionem itineris inauditam vitare secum putavit, seriem vocum in sua versione mutando : *Côtoyant donc le pays des Celtes et celui des Libyens;* sed illi, cum sua lectione, vertendum erat, *côtoyant le pays des Libyens et celui des Celtes*, quod graviter geographiam lædit. Ceterum notatu dignum, quod Apollonius suos Ligyas ibidem collocare videatur, ubi *Heneti* fuerunt. Scilicet, si vulgatas Henetorum *(i)* origines præcipuas adeamus, quas uberius collegit

(a) Cap. 13.

(b) In *Bibl. crit.*, t. II, part. 1, pag. 80.

(c) Cf. supr. pag. 221, 222.

(d) Cf. *Mém. de l'Ac.* t. XLII, pag. 370.

(e) De duplici, ut nonnulli inter veteres crediderunt, Istri ostio, cf. Gesneri *de Phœnic. Columm.* &c ... ad calc. Orphic. p. 621, ed. Hermann.; Tzschuck. ad Mel. II, 4, not. exeg., pag. 385; et supr. not. 79, ad Scylac., pag. 351, 352.

(f) Apollod. *Bibl.* 1, 9, §. 24.

(g) Sic Λίγυες corruptum in Λίϐυες, legerat Valla in Herodot. v, 9, quum vertat *Pœni*.

(h) Not. 106, pag. 186, 187.

(i) De Henetorum, Ligyum et priscorum Italiæ incolarum ortu, cf. Ursini dissertat., nisi certissimam, at saltem ingeniosissimam, in *Lycée Armoricain*, mars 1825, *Nantes*, t. V, pag. 203 - 231.

Tzschuckius ad Melam *(a)*, illos e Gallia oriundos, aut ex Illyria, aut ex Paphlagonia reperiemus. Si ex Gallia aut Illyria devenerint, nihil historici obstat quin illos huc post Argonautarum ætatem adducamus, et teneant Ligyes hoc litus ex Istria fere ad Ravennam, quod in posterum Heneti tenuerunt. Fuit forsan tempus, summa Tyrrhenorum potentia antiquius, quo Ligyes latissime ab Ibero amne *(b)* ad Istriam imperitarent. Si contra, quod pluribus arridet ob quemdam Homeri locum *(c)*, Henetos e Paphlagonia oriundos admiseris, hoc facilius etiam cum Apollodori verbis congruens erit : nam respicit ille ad tempora bello trojano superiora; et post trojanum excidium Strabo *(d)*, nec unus *(e)*, Venetos in Adriaticum mare transvehit. Cui migrationi firmandæ auxilium adfert Herodotus *(f)*, Ligyas quosdam in Asia, Paphlagonibus et Maryandinis vicinos collocando, qui Adriaticorum Lygium conditores forsan putandi sunt. Sic Ligyes et Heneti occidentales, ex Paphlagonia aut locis proximis oriundi crederentur; nec mirum esset, quod Heneti illuc in posterum migraverint, ubi Ligyas alios ex eadem ac se regione oriundos reperirent. Si Ligyum origo hæc est, haud recte doctiss. *Malte-Brun (g)* Ligyas eosdem esse credidit ac Celtas, quos jam ex Herodoto distinxit pater meus *(h)*, et ego ex Apollodoro supra laudato, et ex Ligyum origine, quam Herodotus innuit, asiatica.

Sed quamvis ego Apollodorum hic habeam Scylaci consentientem, non me latet vim geographicam hujus loci adlati imminui posse. Nempe quum hic agatur de celeberrima Argonautarum expeditione, quam alii aliter interpretari gaudent, scio nomina locorum quædam fama consecrata, in omnibus narrationibus quibuscumque adhiberi, violata ratione geographica. Exempli enim gratia, auctor Orphicorum Argonaut. *(i)* suos heroas deducit per septentrionem et hodiernam Germaniam ad Atlanticum mare, ubi Lynceus sensit navem incidisse in νῆσον πευκήεσσαν. Hæc procul dubio adludunt insulæ *Peucæ*, quam omnes collocant ad ostia Danubii in Ponto-

(a) Ad lib. II, not. exeg., pag. 361 - 363.
(b) Inde enim apud Scylacem illorum regio incipit; cf. §§. 2 et 3, p. 236, 237.
(c) *Iliad.* V, 276.
(d) XII, 543.
(e) Cf. citt. auctt. ap. Tzschuck., loc. cit. pag. 362, med.
(f) VII, 72.
(g) In *Précis de la Géogr. univ.*, tom. I, pag. 51. Cujus sententiæ satis concinit dissertatio supr. laud. in *Lycée Armoricain*, 27.e *livraison*, *mars* 1825.
(h) *Géograph. d'Hérod.*, tom. I, pag. 25, in *Philologue*, tom. XI.
(i) Vs. 1195.

Euxino. Nempe insulæ fama consecratæ rationem qualemcunque reddit vates, et illam ad arbitrium collocat, aut potius suo proposito accommodat. Sic, quum antiquissimæ historiæ Argonautas deducerent (incertum quo eundi ordine) ad Celtas, ad Ligyas, et ad Libyæ oras qualescumque, alii aliam itineris seriem secuti fuerunt. Apollodorus Argonautas aperte in intimam Adriatici maris partem adducit, et inde proxime in Siculum mare; ergo non potuit ex Istria in Libyam, et ex Libya ad Celtas (maris Adriatici accolas), et inde ad Tyrrhenum mare, illos quasi prosilientes depingere. Parvi igitur facienda hic Claverii conjectura. Sed aliter potuisset ille suam lectionem vulgatam Λιβύων tueri, dicendo apud omnes constare de Argonautarum in Libyam adventu : quod, violata rei geographicæ ratione, repetendo recoxit Apollodorus. Atqui si vere per Atlanticum mare Argonautæ ad Celtas et in Libyam adpellerent, tum vanus foret Apollodori cum Scylace consensus de Celtis in Adriatico mari antiquitus habitantibus.

Ad not. 80. — Antiquiores Danubii quinque tantum ostia numerant; Plinius et Ptolemæus sex; Strabo demum septem. Cf. Lindenbr. et Wagnerum ad Ammian. Marcell. XXII, 8, 44, pag. 470, ed. Erfurdt.

Ad not. 91. — Hic anceps fui, utrum Hierastamnas, Bulinos et Hyllos haberem pro partibus gentis Lotophagorum; quod innuere videtur βάρβαροι οἵδε, usitatum epidicticum, an Lotophagos separarem a sequentibus, quasi βάρβαροι οἵδε esset pro οὗτοι δὲ βάρβαροι. Quod ultimum egi cum Vossio. Nempe iterum Hylli dicuntur infra βάρβαροι. Mihi etiam in mentem venit rem ita conciliari posse hac interpunctione :..... Λωτοφάγοι καλούμενοι, βάρβαροι οἵδε· Ἱεράσταμναι, Βουλινοί. Ὕλλοι.... Sic esset epidicticum οἵδε, et ad gentem Hyllorum tantum respiceret sequens vox repetita βάρβαροι.

Ad not. 94. — Hæc admodum corrupta sunt. In codice Hervurtii aliquanto melius erat scriptum, sic nimirum : Κατοικοῦσι δὲ χερρόνησον ὀλίγῳ ἐλάσσω τῆς Πελοποννήσου. Ἀπὸ δὲ χερρονήσου παρασλόνιον ὀρθόν [ἴσ. παρὰ τὸν vel παραιτόνιον] ταύτην παροικοῦσι, Βουλινοί δέ. Sed quid illud παρασλόνιον ὀρθόν? forte ita legendus est totus hic locus : κατοικοῦσι δὲ χερρόνησον ὀλίγῳ ἐλάσσω τῆς Πελοποννήσου. Ἀπὸ δὲ χερρονήσου παρὰ τὴν πόλιν Ὀρτόπλαν ταύτην παροικοῦσι Βουλινοί. Βουλινοὶ δ᾽ εἰσίν, &c. minime tamen hic mihi sufficio. Sane, quæ hic Scylax narrat, eadem quoque

Scymnus Chius tradit; cujus versus emendatos hic apponam *(a)*:

> Ἑξῆς δὲ μεγάλη Χερσόνησος Ὑλλικὴ,
> Πρός τὴν τε Πελοπόννησον ἐξισουμένη.
> Πόλεις δὲ αὐτῇ φασι πέντε καὶ δέκα
> Ὕλλους κατοικεῖν ὄντας Ἕλληνας γένει·
> Τὸν Ἡρακλέους γὰρ Ὕλλον οἰκιστὴν λαβεῖν,
> Ἐκβαρβαρωθῆναι δὲ τούτους τῷ χρόνῳ.

Vide quoque Stephanum de Chersoneso Hyllica, et Eustath. in Dionysium *(b)*; quorum verba tam inepte quidam intellexerunt, ut Chersonesum Hyllicam, et Histricam, eandem putarint. *Vossius.*

Ut collatio ista verborum Scymni commoda, sic emendatio et advocatio urbis Ortoplæ insana, quum ab Plinio et Ptolemæo jungatur Lopsicæ Liburnicæ. Habes omnia emendata ex codice illo Herwarti, Κατοικοῦσι δὲ χερρόνησον ὀλίγῳ ἐλάσσω τῆς Πελοποννήσου. Ἀπὸ δὲ χερρονήσου παρὰ τὸν ὄχθον ταύτῃ παροικοῦσι Βουλινοί. *Post Chersonesum præter oram illic inhabitant Bulini*, ut repetitur ista posterior vox in ms. codice. *Gronovius.*

Forsan genuina lectio, deletis ἀπὸ δὲ χερρονήσου, hæc est: Παρὰ τὸν ὄχθον, ταύτῃ (scilicet τῇ χερρονήσῳ) παροικοῦσιν. Et voluit nescio quis explanare ταύτῃ παροικοῦσιν, adjiciendo: ἀπὸ δὲ χερρονήσου, id est, *habitant proxime juxta hanc peninsulam, sed extra peninsulam.*

Ad not. 105. — Aut graviter fallitur, aut multum mutatos horum gentium limites vidit Nicandri schol., cujus de Narone verba sunt *(c)*: Δρίλων γὰρ ποταμὸς Ἰλλυρίδος, καὶ Νάρων, ὃς διαχωρίζει τοὺς Ἰλλυριοὺς καὶ Λιβύρνους. Quomodo Liburniam, tam procul ad septentrionem remotam *(d)*, separare potest hic fluvius ab Illyriæ parte tantum ad meridiem remota, quantum ex situ ipso fluvii Naronis patet!

Forsan totum litus ab Istria ad Naronem, Liburniam summatim tunc temporis vocabat hic scholiastes, et ad meridiem Naronis incipientes Illyrios collocabat. Ceterum hic Plinius posuit *Illyrios proprie dictos (e)*, et noster *(f)* ad meridiem Naronis collocat Manios, gentem Illyricam.

Ad not. 108. — Τὸ εἴσω positum est pro εἴσω, ut τὸ μέσον pro

(a) V. 404, sqq.
(b) Ad v. 386.
(c) Ad *Theriac.* vs. 607, pag. 93, Schneid.
(d) Cf. not. 81.
(e) Cf. fin. not. 118.
(f) S. 24, pag. 250, init.

μέσον in Antonio Liberali, cap. 12.... *ᾤκει δ' ἐπὶ τῶν ἀγκῶν, τὸ μέσον πλευρῶνος καὶ* Καλυδῶνος. Conf. Bast, *Epist. crit. ad Boissonad.* pag. 133.

Ceterum sic *ἔσω* pro *ἔνδον* reperitur in Euripid. *Hippolyt.* vs. 2. Conf. ibi Valken. Habet et Alciphron, lib. I, ep. IV, init. *εἴσω πυλῶν*. Cf. ibi ex. a Berglero adlata. Himerius *(a)*: *εἴσω ἀνακτόρων*. Adi et Fischerum ad Weller. *Spec.* III, part. post., pag. 74, med.

Ad not. 110. — Quamvis Mannertus (l. c. part. VII, p. 351 et 357) Vossio adsentitur, scatent in Scylace argumenta, quæ vetant ne Drilonem in *Arione* agnoscamus. Et primum ait noster diei navigationem esse a Narone ad *Arionem;* at si usque ad Drilonem, hod. *Drin*, convolandum est, 50 ad minimum leucæ una die peragantur necesse est, quod veteri geographiæ repugnat. Verum enimvero, sita est urbs *Buthoe* ad septentrionem Drilonis; ait autem Scylax *ab Arione* iter etiam fieri (a septentrione ad meridiem) *antequam ad Buthoen perveniatur*, Ἀπὸ δὲ τοῦ Ἀρίωνος ποταμοῦ εἰς Βουθόην, πλοῦς.... Imo scribit noster, *diei et noctis* iter esse a Butua ad Epidamnum: atqui vicina est *Driloni* Epidamnus. Ergo minime potest unius tantum diei iter esse a Narone ad Drilonem, dum *dies et nox* consumuntur a Buthoe multo propius meridiem versus sita, ad Epidamnum Driloni proximam.

Illud tamen, fateor, me offendit, quod Scylax *Drilonem*, magnum fluvium, prætermiserit, dum ceteros ibi, vel minores, laudaverit. Imo nullum fluvium Ptolemæus collocat Naronem inter et Drilonem. Sed aliquid deesse potest in Ptolemæo, quod sit apud Scylacem; et, quod ad Drilonem Scylaci prætermissum adtinet, conjicere licet, quum id præcipuum sibi proposuisset noster, ut præternavigationis stationes usitatas designaret, satis illum habuisse, si rectum intervallum exprimeret, quo naves ab urbe Buthoe ad Epidamnum pergebant. In intimo sinu hic latebat *Drilo*, et Drilone illo relicto, naves Epidamnum per altum mare petebant. Inde forsan causa cur desit hic fluvius, nisi lacunam subesse suspicemur.

Ad not. 112. — Cadmi originem phœniciam omnes pernoverunt; imo omnes veterrimas colonias a Phœnicibus, nec vero Ægyptiis ducibus adductas ostendit doctiss. *Raoul-Rochette (b)*. Sed neque doctiss. Claverius *(c)*, neque *Raoul-*

(a) *Eclog.* XVI, §. 3, pag. 252, init. ed. Wernsd. et pass. Cf. ibi Indic. verbor.

(b) In *Hist. des Col.* lib. I, cap. 4.

(c) In *Histoire des premiers temps de la Grèce*, tom. I, pag. 138.

Rochette, nec ullus, quod sciam, originem Cadmi notavit, quam peculiariter ex urbe *Sidone* refert Nicander *(a)*:

Σιδονίου Κάδμοιο θεμείλιου Ἁρμονίης π.

De historico Cadmi et Harmoniæ mytho cf. Otfr. Mülleri sententiam in *Orchom.* pag. 231, 232.

Ad not. 126. — De emendatione Scylacis in Aristotelis loco *de Mirab. Ausc.* §. 139, conf. ib. adnott., et inprimis Beckmannum, pag. 282.

Ad not. 127. — Rescripsit Gronov. Παρωνίας pro Καρίας, ad marg. sui exempl., quod in manibus habuit Frid. Creuzerus. Quem vide in *Historicorum Græc. ant. Fragment.* pag. 50, Heidelb. 1806. Quam lectionem parum laudabat.

De inscriptione, ex Aristotelis *Mirab. Auscult.* eruta, quam tractat ibi Vossius, cf. Vossium ipsum ad Mel.; et cl. *Bouherii* Dissert. in Maffei *Galliæ Antiquit.*, Paris., p. 161, insertam, et a Beckmanno ad calc. Aristot. *de Mirab. Auscult.* p. 403, sq. Cf. et Beckmannum ipsum, p. 297 et ibid., Heynium, p. 419.

Ad not. 128. — Rescribit *Bouherius (b)* λέγεται οἰκεῖν, καὶ τὰς βοῦς βουκολεῖν.

Ad not. 130. — Uberius in gallica quadam dissertatione in Scylacem *(c)*, disserui de voce ἤπειρος, quid apud auctores diversæ ætatis valeret. Tractavi et locum Pindari *(d)*, qui sententiæ meæ repugnare videbatur.

Ad not. 139. — (Pag. 373 de Hellanici loco ap. Dionys. Halic.). Refert Lycophronis scholiastes (ad v. 987-990), *Ionas* quosdam, id est *Athenienses*, ante trojana tempora *juxta Sirin*, amnem Iapygiæ incolentes. Hæc pertinent ad meridionalem Italiæ partem, et videntur in contrarium procedere Hellanico supra pag. 373 laudato. Imo habet locus ille Κρότωνα, meridionalis urbis nomen, quod emendandum habuit Casaubonus in Κόρτωνα. Sed omnino diversa hæc sunt, et recte hic Casaubonus rescribit: nihil commune habent Iones illi juxta Sirin habitantes, cum Pelasgis septentrionales Italiæ partes petentibus. Pelasgis illis tribuitur condita urbs Spina, *septentrionalis* prorsus. Cf. Berkel. ad Steph. voc. Σπῖνα. Laudat insuper Dionysius amnem Σπινῆτα; amnis quoque ibi meminit

(a) In *Theriac.* vs. 608, Cf. ibi Eutecnii *Metaphr.*, pag. 350, ed. Schneid.

(b) In Dissertat. de inscript. in Aristot. *de Mirab. Ausc.* §. 145, inserta in Maffei *Galliæ antiq.*, pag. 161, sqq. et in Aristot. libro *de Mirab. Ausc.*, pag. 405, ed. Beckm.

(c) Dissertation sur le Périple de Scylax; Paris, 1825, chez Treuttel et Würtz. p. 18 – 29.

(d) Nem. IV, 83.

Stephanus, cui nomen Σπῖνος, alia forma. Satis tandem ex Dionysii contextu liquet de septentrionali Italiæ parte rem agi. Antiquissima est igitur migratio illa Pelasgorum *in imam Ionici sinus partem;* et potuit veterrimo nomine dici totum hoc mare Ionium.

Ad not. 140. — Hic obiter exscribam locum Thucydidis, quem parum intellexerunt tum interpr. omnes, quod sciam *(a)*, tum Vigerus in *Idiot. (b)* et nuperus Poppo. Res agitur de Corcyra (1, 36), quæ τῆς τε... Ἰταλίας καὶ Σικελίας καλῶς παράπλου κεῖται, id est, quod omnes voluerunt, *quæ sita est in loco opportuno ad trajiciendum in Italiam et Siciliam.* Illud iterum reperitur alibi (1, 44), quod non aliter interpretantur. Sed non idem est παράπλους ac διάπλους. Scribit Thucydides iter e Græcia in Siciliam esse παράπλουν, ideo quod fere omnino litora legerent naves e Peloponneso profectæ, donec ad Corcyram et montes Ceraunios devenirent, unde διάπλους vere fiebat Hydruntum versus, sed ut inde παράπλους iterum inciperet in Tarentum et ad alios portus. Sic fere totum iter erat *prœternavigatio*, et præternavigatio illa τὸν διάπλουν sinus Adriatici in se amplectebatur: sed vocis illius, quæ propriam veterum navigationem depingit, vim delere non debent interpretes, nec Thucydidem intelligere, quasi Corcyræi in Græciam aut in Siciliam se invasuros esse nuntiarent, dum tantum dicant se esse in optimo loco itineris, qua ex Græcia in Siciliam *trajecturis*, fit *prœternavigatio.* Imo sunt illi in *loco itineris aptissimo*, ut mutua intercipiant auxilia Lacædemonios inter et Syracusanos, ὥστε μήτε ἐκεῖθεν ναυτικὸν ἐᾶσαι Πελοποννησίοις ἐπελθεῖν, τό τε ἐνθένδε πρὸς τἀκεῖ παραπέμψαι (1, 36).

Cf. quæ subjeci pag. 583.

Ad not. 145.—Recte ex Strabone *(c)* jam viderat Poppo *(d)*, cujus librum sero tantum habui, priorem sese offerre intrantibus urbem Actium, posteriorem Anactorium. Illud insuper addendum, discrepare inter se Scylacem Strabonemque de ore hujus sinus. Ægre enim mendum latere apud nostrum crediderim; atqui diserte Anactorium ille et Actium extra sinum collocat, Strabo vero intra.

Ad not. 175. — Pro ϗ ἐπ' αὐτοῦ ἱερόν, rescribit Slothouwerus *(e)*: καὶ ἐπ' αὐτῷ Ἀντίῤῥιον. At forsan nondum invaluerat nomen Ἀντίῤῥιον.

(a) In *Thucyd.*, tom. II, pag. 136 et 547.
(b) Pag. 413, ed. Herm. not. 81.
(c) Lib. x, pag. 451, fin. (pag. 693, B).
(d) Loc. cit. pag. 150.
(e) Loc. cit. pag. 44.

Ad not. 149. — Testatur et Dicæarchus (a) distare Ambraciam a mari stadiis 80. Illud insuper emendationem doctiss. Corayi infirmat.

Ad not. 151. — Forsan pro λιμὴν κάλλιστος rescribendum κλειστός ex Dicæarcho (b). Et hæc melius consentiunt cum Lucani verbis adlatis.

Ad not. 153. — Dum scriberem de Stephani loco, Ὁμόλιον, πόλις Μακεδονίας καὶ Μαγνησίας, *de diversis omnino locis hic agi*, fallebar; nam potuit locus conterminus utriusque regionis, modo huic, modo illi adscribi, quod de ipsissimis locis notavit Otfr. Müllerus in *Orchom.* p. 250.

Ceterum originem thebanam hujus loci fulcit vir doct. *ibidem*, pag. 234, quum in *Homolo* nomen numinis cujusdam dignoscat, apud Bœotos permultos antiquissimi. Stephanus: Ὁμόλη. Ζεὺς Ὁμολώϊος τιμᾶται ἐν Βοιωτίᾳ.

Ad not. 162. — Idem sentit Poppo (loc. cit. p. 151), cujus librum non habebam, quum hæc scriberem. Tunc primum illius geographiam thucydideam tenui, dum folium meum *A a* typis mandaretur. Ceterum libentius ego viri doctrinam, quam humanitatem prædicabo.

Ad not. 163. — Infra laudatus Scylaci Ithacæ *portus*, Ῥεῖθρον (*Rhithrum*) vocabatur, a vicino torrente quodam. Cf. Homer. *Odyss.* I, 180, et ibi Eustath.; Lycophr. *Cassandr.* v. 768 et ibi Potter.

Ad not. 173. — De sinu Corinthiaco sive Crissæo, plura notanda. Estne unus idemque omnino Corinthiacus sinus et Crissæus? Si Plinium audiamus (c): *In ora promontorium Antirrhium, ubi ostium Corinthiaci sinus,....* deerit *Crissæi* sinus adpellatio, et totum amplectetur *Corinthiacus.* Idem colligendum ex Polybio (d), qui ait Œniadorum urbem κεῖσθαι περὶ τὴν ἀρχὴν τοῦ Κορινθιακοῦ κόλπου. Apud Scylacem contra, abest adpellatio *Corinthiaci* sinus, pariter et *Crissæi*; et totum complectitur *Delphicus sinus* (e). Deest in Herodoto adpellatio quælibet hujus sinus (f). Thucydides habet Κρισσαῖον κόλπον (g). Xenophon illum dicit τὸν περὶ Ἀχαΐαν καὶ Λέχαιον κόλπον (h); et semel (i) Κορινθιακὸν κόλπον, in loco quem a

(a) *Stat. Græc.* v. 28, pag. 3, Huds.
(b) Vs. 30, pag. 3, Huds.
(c) IV, 2.
(d) IV, cap. 65.
(e) Scyl. §. 35, pag. 258.
(f) Quamvis contrarium innuit Vossius ad Thucyd. II, 83; nempe respicit in Herodoto τὸ Κρισαῖον, ad πεδίον ita adpellatum (Herodot. VIII, 32).
(g) I, 107 — II, 69, 83.
(h) *Hellenic.*, lib. IV, cap. 8, §. 10. — *Ibid.* §. 23.
(i) *Hellenic.* lib. VI, cap. 2, §. 6 (§. 9, ed. Schneid.).

Thucydide mutuatus est. Conf. *Addenda* ad not. 140. Apud Strabonem minime usurpatur *Delphicus sinus*, sed κόλπος Κρισσαῖος et κόλπος Κορινθιακός. Hæc duplex adpellatio ad idem redit apud Geographum, ut recte judicaverunt Casaubonus *(a)* et Cellarius *(b)*, ex verbis hisce *(c)* : εἶτα ἐντεῦθεν (scilicet ab ore ipso sinus, a Rhio et Antirrhio) διΐσταται πάλιν ἡ παραλία μετρίως ἑκατέρωθεν· προϊοῦσα δ' εἰς τὸν Κρισσαῖον κόλπον, ἐνταῦθα τελευτᾷ, κλειομένη τοῖς προσεσπερίοις τῆς Βοιωτίας καὶ τῆς Μεγαρίδος τέρμασιν. Quod ego sic : *Inde rursus litus utrimque satis dividitur. Et intrans Crissæum sinum, ibi desinit, clausum occiduis Bæotiæ et Megaridis finibus (d)*; id est, *desinit* IBI, *scilicet* UBI *sese jungunt ambo litora, ad fines Bœotiæ et Megaridis (et juxta Corinthiaci sinus partem intimam).* Vox ἐνταῦθα non respicit ad præcedentia, sed prænuntiat sequentia, κλειομένη τοῖς...., id est, junctionis punctum monet esse in litoribus proxime dictis, Bœotiæ et Megaridis. Sic apud optimos scriptores, οὕτως in phrasis medio, nonnunquam referendum est ad sequentia, nec vero ad præcedentia *(e)*.

Hanc *identitatem* fulcit alius locus Strabonis *(f)* : Τρίτη (χερρόνησος)...., ἧς ἰσθμὸς ἀπὸ μυχοῦ τοῦ Κρισσαίου κόλπου μέχρι Θερμοπυλῶν. Hæc *linea* Strabonis, ut ait ille ipse mox, τὴν μὲν Βοιωτίαν ἅπασαν ἐντὸς ἀπολαμβάνουσα, τὴν δὲ Φωκίδα τέμνουσα λοξὴν καὶ τοὺς Ἐπικνημιδίους, id est, *quæ Bœotiam totam includit* (id est, meridionalem et orientalem reddit), *et Phocidem Epicnemidiosque per obliquum secat*, hæc linea quidem non potest pro isthmo haberi, nisi a Thermopylis recta eat ad sinum illum parvum, qui Delphicam oram adluit, id est, ad hodiernam *baie de Salone*. Si contra linea ducatur a Thermopylis ad orientalem Corinthiaci sinus partem, juxta urbem *Pegas*, minime isthmi et peninsulæ vel species in optimis tabulis geograph. reperitur. Sed parum certa est astronomica et physica Strabonis scientia, nec immerito cl. Gossellinus *(g)* judicavit ibi Κρισσαῖος κόλπος esse *totum sinum*. Imo nisi hucusque (ad Pegas Megaridis) produceretur linea, minime in Strabonis divisione generatim ibi facta, ratio redderetur litoris ab Anticyro ad Pegas.

(a) Ad Strab., pag. 517, ed. Amstel.

(b) *Geogr. ant.* tom. II, pag. 720.

(c) VIII, pag. 336 (pag. 517, C), p. 70, ed. Coray.

(d) Pessime interprett. vulg.; nec recte omnino gallicus interpres Corayus : *De là, les deux côtes s'éloignent de nouveau l'une de l'autre*, À UNE ASSEZ GRANDE DISTANCE, *et* VONT SE TERMINER AU GOLFE DE CRISSA, *aux extrémités occidentales de la Béotie et de la Mégaride.* Atqui litus in Crissæo sinu est, antequam desinat.

(e) Cf. not. 642, ad Scylac. et ibi citat.

(f) VIII, pag. 334 (p. 515, fin.), p. 68, ed. Coray.

(g) Ad loc. cit. *Trad. franç*, t. III, pag. 137.

Videtur forsan alibi Strabo, Crissæum sinum a Corinthiaco distinguere, quum scribit Bœotiam porrectam esse ἀπὸ τῆς κατ' Εὔβοιαν θαλάσσης, ἐπὶ θάλατταν τὴν κατὰ τὸν Κρισσαῖον κόλπον (a), quod vulgo vertunt : *a mari Euboico, ad sinum Crissæum*, et gallicus interpres *du Theil*, sic : *depuis la mer d'Eubée, jusqu'au golfe crisséen*. Idemne esse potest θάλασσα Κρισσαία vel Κρισσαῖος κόλπος, ac θάλασσα ἡ κατὰ Κρισσαῖον κόλπον? Sic videtur Strabo Crissæum sinum juxta Delphicam oram intercludere, nec illum usque ad Bœotiæ litus ipsum deducere. Verum enimvero in hoc etiam Strabonis loco Crissæus sinus vere contingens est Bœotiæ. Scilicet ibi usurpatur præpositio κατά, eodem usu ac in scylaceo loco hocce : Καθήκει δὲ ἡ Ἀρκαδία ἐπὶ θάλατταν, κατὰ Λεπρέων (leg. Λέπρεον) (b), *descendit autem Arcadia ad mare, per Lepreum urbem*. Nempe in utroque loco, exprimit κατά *partem ipsam loci contigui*, nec vero *locum oppositum et distantem*, ut sæpe. Est θάλασσα ἡ κατὰ Κρισσαῖον κόλπον, ea maris pars, quæ adluit Bœotiam, per Crissæum sinum. In Scylace pendet κατὰ Λέπρεον, non a præcedenti voce θάλατταν, sed ab altera καθήκει, et κατὰ Λέπρεον est omnino *per Lepreum*. Cf. not. 204, pag. 392, ubi perperam conjeci : *aut* κατὰ Λέπρεον, *aut* κατὰ Λεπρεατῶν, dum prima conjectura sola tenenda esset. Simili etiam usu Scylax (§. 32); καθήκουσι δὲ κατὰ μικρὸν ἐνταῦθα ἐπὶ τὴν θάλατταν. Et §. 37 : Μετὰ δὲ Φωκεῖς κατὰ τὸ Κιῤῥαῖον πεδίον, id est, *Phocenses huc contigui per Cirrhæum campum*, nec vero *juxta*, quod a Vossio male mutuatus sum. Sic Eustathius ad Dionys. v. 403 : Κατὰ τὸν ἰσθμὸν ἡ Πελοπόννησος συνεχὴς τῆς Ἑλλάδος πεζῇ, *per isthmum*, nec vero *juxta* isthmum. Sic etiam in Strabone (pag. 583, A) : τὴν ἑτέραν ἠϊόνα τὴν κατὰ Σχοινοῦντα, alterum litus per Schœnuntem desinens in mare, nec vero, ut obscurius vertunt : *litus quod est ad Schœnuntem*; melius gallice Corayus : *l'autre rivage de Schœnus*.

Ultimum hunc de re ista Strabonis locum adferam, dubitationes quaslibet tollentem. Ait geographus Bœotiam esse τριθάλαττον, et descendere occidentem versus ἐπὶ τῷ Κρισσαίῳ κόλπῳ, καὶ τῷ Κορινθιακῷ (c). Procul dubio confunduntur hic et alibi (d), *Crissæus* sinus, et *Corinthiacus*, crebro usu vocum τε et καί, cum sensu *identitatis*. Cf. auctoritates et exempla in gallica dissertatione nostra in

(a) IX, pag. 400 (pag. 614, B).
(b) §. 45, pag. 262, init.
(c) Loc. cit. (pag. 614, C).
(d) Lib. VII, pag. 323, fin. (p. 498, B), quod obscure vertunt omnes interpretes.

Scylacem *(a)*. Conf. et supra not. 422; et Scylacem (§. 97, fin. pag. 296, fin.), ubi Μυσίας καὶ Λυδίας de eodem litore scribuntur.

Sic unus et idem *Crissæus* sinus et *Corinthiacus* apud Strabonem; et similia innuunt Geographi hæc supra, θάλασσα ἡ πρὸς Κρισσαῖον κόλπον, et alibi *(b)*, τὴν ἐν τῷ Κορινθιακῷ κόλπῳ θάλατταν. Imo disertius hæc: Ἡ δὲ ἀπὸ τοῦ Ἀντιρρίου μέχρι ἰσθμοῦ θάλαττα, Ἀλκυονὶς καλεῖται, μέρος οὖσα τοῦ Κρισσαίου κόλπου (pag. 518, A); et locus alter (pag. 582, C), ubi *Crissæus sinus* inclusus reperitur Phocide, Bœotia, Megaride, *et Corinthia* Sicyoniaque, Phocidi obpositis. Ut ut est, aperte totum sinum continet adpellatio Κορινθιακὸς κόλπος *(c)*. Est tamen locus, ubi arctius intelligendus esse videtur Κορινθιακὸς κόλπος, pro sinus ima parte, Corintho vicina. Ἐντεῦθεν δὲ (scilicet a portu Lechæo) παρεκτείνουσα ἡ ἠϊὼν μέχρι Παγῶν τῆς Μεγαρίδος, κλύζεται μὲν ὑπὸ τοῦ Κορινθιακοῦ κόλπου, *inde porrectum litus usque ad Pagas Megaridis, adluitur sinu Corinthiaco.* Atqui, ni cetera obstarent, videretur litus ultra Pagas, Crissæo sinu, nec amplius sinu Corinthiaco, adlui.

Ad not. 180. — Cf. Alciphron. lib. III, ep. 2, init., et ibi Bergl.

Ad not. 188. — Infra noster (§. 56), procedendo a meridie ad septentrionem, Cenchreas aperte collocat *intus isthmum.* Nempe præcipue habendus est pro isthmo angustissimus locus, quem Strabo (pag. 516, B), sic describit: Ὁ δ' ἰσθμὸς κατὰ τὸν δίολκον *(d)*,... εἴρηται, ὅτι τετταράκοντα σταδίων ἐστίν. Forsan inde subintelligi potest isthmum paullo latius patere; sed ipsissimus ibi isthmus est. Illud innuit alibi Strabo (p. 515, B): Ἔστι δὲ πρόπτη μὲν τῶν χερρονήσων ἡ Πελοπόννησος, ἰσθμῷ κλειομένη τετταράκοντα σταδίων. Scio equidem vocem ἰσθμῷ hic proprie non haberi pro Corinthiaco isthmo; sed arctissimas hujus loci angustias geographus notare voluit. Laudandus præsertim mox Strabo (pag. 583, B), quum scribit: Ἐπὶ δὲ τῷ ἰσθμῷ, καὶ τὸ τοῦ ἰσθμίου Ποσειδῶνος ἱερόν. Non idem omnino est ἐπὶ τῷ ἰσθμῷ, ac ἐπὶ τοῦ ἰσθμοῦ; quarum locutionum posterior la-

(a) Dissertation sur le Périple de Scylax, pag. 21; Paris, 1825, *in*-8.°

(b) Lib. I, pag. 54 (pag. 94, B).

(c) Pag. 335 (pag. 516, C), pag. 70, ed. Coray. — Pag. 336 (pag. 517, C). — Sic p. 123 (p. 185, B). — Pag. 450 (p. 690, fin.)

(d) Vulgo: Ὁ δ' ἰσθμὸς κατὰ τὸν δίολκον, δι' οὗ τὰ πορθμεῖα ὑπερνεωλκοῦσιν ἀπὸ τῆς ἑτέρας εἰς τὴν ἑτέραν θάλατταν, εἴρηται ὅτι... Hic cl. Corayus (pag. 69) interpolationem notat, et a voce ἰσθμὸς, ad εἴρηται, omnia tollit. Si proba hæc sua lectio esset, disertius etiam collocaretur isthmus ad arctissimum locum, ubi 40 stadiorum latitudo est.

tiorem sensum haberet, et exprimeret fuisse hoc fanum *in loco quovis* litoris cujusdam. Sed ἐπὶ τῷ ἰσθμῷ proprius significare videtur ibidem esse isthmum, ubi fanum; insidet in isthmo fanum, et isthmi punctum exprimit. Hanc significationem τῦ ἐπί cum dativo, multa quidem in dubium vocare poterunt. Contrarius esse videtur inprimis meæ sententiæ locus hicce Strabonis (p. 580, A): Ὁ δὲ Κόρινθος ἀφνειὸς μὲν λέγεται διὰ τὸ ἐμπόριον ΕΠΙ ΤΩ ΙΣΘΜΩ κείμενον. Minime enim est hoc emporium; Corinthus scilicet urbs, in isthmi angustiis 40 stadiorum, juxta Schœnuntem. Sed hic latiori sensu habenda sunt Strabonis verba, et iterum significant, *à l'entrée de l'isthme;* nempe situm hujus civitatis, Græciæ commercio imperantis, commendat. Sed aliquid laxioris habet linguarum usus, quod a regulis sæpe recedit, sed regulas non delet. Libenter igitur crediderim τὸ ἐπί cum dativo aliquid arctioris in proximitate exprimere, quam ἐπί cum genitivo, et sæpe respondere gallico, *à l'entrée de,* ut in ἐπὶ τῷ σϛόματι supra §. 51, pag. 267. Cf. patris mei *Traité des préposit.* p. 98, 99. Innuit noster, §. 41, isthmum proprie esse, ubi est latitudo isthmi, quadraginta stadiorum. Atqui nusquam alibi est hæc tantilla latitudo, nisi juxta Schœnuntem. Cf. Strab. p. 583, B, et Siebelis *Symbol. crit.*, pag. 223, 224. Fallitur, meo judicio, Diodorus, XI, 16, quum hanc mensuram ait sumendam esse a Lechæo ad Cenchreas. Ibi cl. Wesselingius errorem Diodori non deprehendit; imo Strabonem vocat in comprobandam auctoris sui auctoritatem. Sed loco citato (pag. 583), aut in convenientiori loco (pag. 516, C), minime ait Strabo 48 stadiorum esse intervallum intra Cenchreas et Lechæum; imo ait ille (pag. 516, C), isthmi partem κατὰ διολκόν, esse 40 stadiorum, et (p. 567, B, et p. 583, B), esse Schœnuntem in ipsa parte, ubi est τὸ στενὸν τῦ διολκοῦ. Vana est quoque Wesselingii citatio Luciani (πῶς δεῖ ἱσῖ. συγγρ. cap. 29), ubi nihil ad rem. Suspicor ego Diodorum confudisse munimentum a Græcis ædificatum, juxta Schœnuntem, ante pugnam Salaminis, et alterum a Cenchreis ad Lechæum, in bello lacedæmoniaco, florente Epaminonda. Cf. Diodor. XV, 68. Simili errore ac Wesselingius, laboravit Tzchuckius ad Mel. II, 3, not. exeg. pag. 286. Imo scribit Hesychius: Διολκός· ὁ ἀπὸ Λεχαίυ ἕως Κεγχρεῶν τόπος. Illud a Diodoro sumsisse Hesychium fere apertum est. Ceterum falluntur Hesychii, sicut ac Diodori, adnotatores. Laudat *Sopingius* Xenophontis (*Hellenic.* IV, 4. §. 7) hæc :... Ἐς

τὰ κατατείνοντα ἐπὶ Λέχαιον τείχη; et mox (*ib.* cap. 5, §. 1): Ἀπεχώρουν ἐς τὸ ἄστυ κατὰ τὴν ἐπὶ Κεγχρείας ὁδόν. Et credidit vir doctiss. hæc respicere ad τὸ διολκὸν Strabonis. Sed primum, τὰ κατατείναντα ἐπὶ Λέχαιον τείχη, quorum iterum meminit Xenoph. *ib.* cap. 4, §. 17, et fors. etiam §. 18 (τὰ μακρὰ τείχη), nihil aliud sunt, quam muri qui Lechæum portum Corintho jungebant, quorum Strabo diserte meminit (p. 583, A, ed. Amstel.); neque habent hæc σκέλη aliquid commune cum τῷ διολκῷ. Quod adtinet ad secundum Xenophontis locum, *via quæ ducit ad Cenchreas*, non est διολκός; sed perpetuum iter hac peragebatur a Corintho ad suum meridionalem portum, Cenchreas. Expresse, ni fallor, ait Xenophon, esse ibi isthmum, ubi *isthmia* celebrari solebant. Sic ille (*Hellenic.* IV, 5, §. 1): Καὶ πρῶτον μὲν ἦλθεν ἐς ἰσθμόν (καὶ γὰρ ἦν ὁ μὴν, ἐν ᾧ Ἴσθμια γίγνεται). Porro ludi celebrabantur juxta Schœnuntem, ubi fanum erat Neptuni (conferenda ibi Strab. pag. 583, C, Amstel. cum pag. 567, B, C). Ad hæc quid dubitationis superest, cum his Pausaniæ verbis (II, cap. 2, pag. 114, fin.): Τὴν δὲ ἐς Κεγχρείας ἰόντων ΕΞ ΙΣΘΜΟΥ, ναὸς Ἀρτέμιδος, *in via quæ* AB ISTHMO *Cenchreas ducit, Dianæ templum est!* Ergo distinguitur isthmus a loco ubi Cenchreæ sunt. Hic obiter locum Pausaniæ adferam, male, ni fallor ipse, interpretibus intellectum. Καθήκει δὲ ὁ τῶν Κορινθίων ἰσθμὸς, τῇ μὲν ἐς τὴν ἐπὶ Κεγχρείας (fors. Κεγχρέαις, ut infra ἐπὶ Λεχαίῳ), τῇ δὲ ἐς τὴν ἐπὶ Λεχαίῳ θάλασσαν· τοῦτο γὰρ ἤπειρον ποιεῖ τὴν ἐντὸς χώραν. Sic vulgata versio: *Isthmus autem ipse Corinthiacus mari utrinque alluitur. Duobus ejus latera promontoriis terminantur, Cenchreis et Lechæo. Ea res interiorem regionem continentem facit.* Gallicus interpres cl. *Claverius* latinam interpretationem vertit, nec vero græcam orationem. Imo sic ultima vertit: *Ainsi cette langue de terre tient au continent.* Sic ego: *Descendit Corinthiorum isthmus, hac ad mare quod Cenchreas adluit, isthac ad mare quod Lechæum adluit. Illud enim interiorem partem* (Peloponnesum scilicet), *continentem reddit.* Alioquin Cenchreas et Lechæum Pausanias in isthmo collocaret, quod non est auctoris mens.

Ut ut est, quum *Cenchreas* noster intra isthmum posuerit, debuit ille nunc Lechæum (si Lechæi meminerit) etiam intra isthmum collocare. Ita autem se habet vulgata lectio, ἱερὸν αἶγνον, ἴσθμος, quam alii aliter emendarunt. Conjicit Vossius ἱερὸν ἅγιον, et habet quidem Dicæarchus (*Stat. Græc.* v. 89, pag. 6, Huds., et iterum pag. 24), κ' Ἀρτέμιδος ἱερὸν ἅγιον; sed

poeticum potius epitheton esse ἅγιον crediderim, quamvis habet Diodorus XV, 18, init. : ἅγιον ἱερὸν Ἀπόλλωνος. Cum Gronovio rescripsi Ἱερὸν, Λέχαιον, ἰσθμός. At si Lechæum vere hic excipiendum est, non potest *isthmus* ad occidentem Lechæi collocari, et suspicandum foret ἰσθμός marginalem interpolationem esse, eo magis, quod proxime infra satis diserte noster isthmi meminerit. Si contra ἰσθμός genuina est lectio, *Acrææ Junonis hieron* in ἅγιον cum Palmerio dignoscamus necesse est; sic silentio prætermissa fuerit in Scylace Lechæum. Hanc ultimam sententiam nunc forsan pronior sequar. Nam liquet male distingui duobus hic titulis, ΚΟΡΙΝΘΟΣ et ΠΕΛΟΠΟΝΝΗΣΟΣ, et uno tenore eundum erat ab his; Μετὰ δὲ Μεγαρεῖς,... usque ad hæc, Μετὰ δὲ Κόρινθον. Mox enim (§. 56), desinit Peloponnesus in ipso titulo medio ΚΟΡΙΝΘΟΣ, nec duo capita distincta fuerunt. Nulla igitur urbs Peloponnesi laudanda est, antequam transierimus hæc Scylacis, ἐντεῦθεν ἤδη ἄρχεται ἡ Πελοπόννησος. Ergo, ni fallor, nulla mentio fieri potuit *Lechæi*. Quid rescribendum sit nescio : sed series locorum innuit *Acrææ Junonis hieron*. Ergo redeundum ad Palmerii conjecturam, aut ad doctiss. K. Otfr. Müllerum *(a)*, rescribentem ἱερὸν ἀκραῖον.

Ad not. 192. — De usu vocis κοίλη; cum sensu *loci humilis* et *depressi*, cf. Siebelis *Symbol. crit.* pag. 271, Lips. 1803.

Ad not. 197. — Sic rescribit K. Otfr. Müllerus in *Doriensibus (b)*, quem librum nuperrime tantum in manibus habui : Πελλήνη, Αἴγειρα, Αἰγαὶ, Αἴγιον, Ῥύπες, ἔξω δὲ Ῥίου, Πάτραι, Δύμη. Hæc eadem conjeci. Cf. supr. not. 197, p. 391, quæ adnotavi de collocandis *Ægis* et *Ægio*. Equidem mox tamen legeram ἔξω καὶ Ῥίου; Müllerus ἔξω δὲ Ῥίου.

Ad not. 198. — De ε et αι inter se permutatis, conf. etiam Boissonadum in *not. ad Marin.* pag. 69, fin. Imo pag. 98, citat ille καὶ χαλᾶσθαι scriptum pro κεχαλᾶσθαι in Proclo ad *Cratyl.* cap. 91, quod scylaceo loco convenientissimum est. Sic ε et αι permutantur in Constant. Porphyr. *Them.* II, 5, ubi legitur Πλαταὶ pro Πλάταιαι. Sic cf. καί et κέ mutat. in Friedem. *Comment. ad Strab.* pag. 255.

Ad not. 201. — Antiquissimus prorsus fuit procul dubio portus, de quo noster infra. Illum jamdudum ab Æginetis frequentatum scribit Pausanias, VIII, c. 5, p. 608. Sylb. Ceterum constat hanc totam regionem pinis etiamnum luxuriare ad

(a) In *Dorier*, lib. IV, pag. 432.
(b) In *Geschicht. Hellen. Stämm.* &c. *Die Dorier*, lib. IV, pag. 126.

rem navalem aptissimis. Conf. Spenc. Stanhop's *Olympiam*, pag. 8 *(a)*, et ibi cit. auct.

Ad not. 203. — Perperam cum Palmerio conjeci ἄχει ἐπὶ τῆς Λεπρεατῶν. Legi posset ἄχρι τῆς vel τῶν Λεπρεατῶν; vel ἄχρι ἐπὶ τοὺς Λεπρεάτας, eadem ratione ac infra μέχρι εἰς Ἑσπερίδας *(b)*.

Ad not. 204. — De scribendi forma καθήκει ἐπὶ θάλατταν, κατὰ Λέπρεον, *per Lepreon*, cf. *Addenda* ad not. 173, p. 563.

Not. 221. — Hic Cytherorum urbis portus, Thucydidi *(c)* Ὁλκάδων προσβολή tantum dicta, Σκάνδεια vocabatur. Σκανδείας meminit Homerus ipse *(d)*. Cf. Lycophronis *Cassandram*, v. 108, et ibi Potter. Pausanias: Ἐν Κυθήροις δὲ ἀπὸ θαλάσσης, Σκάνδειά ἐστιν ἐπίνειον. Κύθηρα δὲ, ἡ πόλις ἀναβάντι ἀπὸ Σκανδείας, στάδια ὡς δέκα *(e)*. Unde liquet mediterraneam fuisse urbem Cytheram, et unum tantummodo habuisse portum, *meridiem versus et altum mare*, ἀπὸ θαλάσσης (ut ait Pausan.), τῶν ἀπ' Αἰγύπτου καὶ Λιβύης ὁλκάδων προσβολή (ex Thucydid.).

Ad not. 231. — De nave ἁλιάς dicta, cf. Bergler. ad Alciphron. lib. I, ep. 12, t. I, pag. 72, ed. Wagner.

Ad not. 234. — In loco Suidæ laudato (de Scylace), pro Περίπλουν τῶν ἐκτὸς Ἡρακλέος στηλῶν, rescribit Gerard. Vossius *(f)*: Περίπλουν τῶν ἐντὸς καὶ ἐκτὸς τῶν Ἡρακλέους στηλῶν.

De priscis Cretæ incolis, tum Græcis, tum Barbaris, verba fere Scylacis mutuatus est Dicæarchus *(g)*.

Ad not. 252. — Emendationem τοῦ Βαῦνος in Καῦνος, Meursio probatam, etiam tuetur doctiss. *Raoul-Rochette (h)*, et *Caunum*, Asiæ urbem, esse creticæ *Cauni* illius coloniam, optimis non sine indiciis, judicat.

Ad not. 256. — Etymologiam vocis Κίμωλος Bochartus *(i)* sumit ab hebraico vel arabico *gumohal*, id est, *fossa smegmatis*, propter terram saponariam, quæ ex ea eruebatur. Et plures ibi vir doct. auctores laudat, quibus adjicienda Nasonis hæc :... *cretosaque rura Cimoli (k)*.

Ad not. 262. — Forma tamen Τίρυνθος reperitur in Hesiod. *Scut. Hercul.* v. 81. De qua cf. Osannum, *Analect. crit. poes.*

(a) London, 1824.
(b) §. 107, init., pag. 307.
(c) IV, 53.
(d) *Il.* X, 268.
(e) Lib. III, cap. 23.
(f) *De Histor. græc.* cap. 9, fin., p. 126.
(g) *Stat. græc.* pag. 24, Hudson.
(h) *Hist. des Colon.* tom. II, pag. 139.
(i) *Geogr. sacr.* I, 15, col. 420.
(k) *Metam.* VII, 463.

rom. Berolin, 1816. Sed de forma in Scylace vulgata Τίρυνθα etiamnunc mihi concipitur dubitatio.

Mox scribendi forma, ἔστι γὰρ κόλπος ὁ Ἀργολικὸς καλούμενος, paullulum abrupta videtur, quum nondum de ullo sinu ibi mentio facta fuerit. Sed simile quoddam habet Strabo *(a)* : .... καὶ ποταμὸς Πίναρος.... καὶ ὁ κόλπος εἴρηται Ἰσσικός. Geographus autem nondum illius meminerat, quasi scirent omnes ibi sinum esse.

Ad not. 267. — Forsan suspicatus fuerim mendose ibi esse πλέον pro παράπλους, nisi ubique post παράπλους noster haberet σλάδια, et post πλέον, genitivum σλαδίων *(b)*.

Hoc caput melius fuisset in duo dividere. Nam *Epidaurus* regio omnino diversa est ab *Halia* regione. Hic nomen Halia urbs est et urbis territorium, ut sæpe.

Civitatis nomine territorium quoque interdum amplectitur Eustathius *(c)* : Ἔσλι Κιρκαῖόν τι ὄρος, καὶ περὶ αὐτὸ τὰ τῆς Ῥώμης ὅρια. Sic τὸ Ῥώμη *urbs* et *territorium* est. Cf. Raoul-Rochette, *Hist. des Col.* t. II, pag. 8.

Ad not. 270. — Saronicus sinus dicitur Scymno (vs. 508); Κεγχρεάτης κόλπος.

Ad not. 273. — Mox pro σλάδιά ἐστι ψμ′, recte rescribit K. Otfr. Müllerus ἐστὶ υμ′. Facile enim Ψμ′ et Υμ′ permutantur; imo rei geographicæ repugnat hæc mensura 740 stadiorum; et bene est si 440 tantum habueris. Insuper notandum, quod a Scyllæo ad isthmum Scylax non expresserit præternavigationem litoris, sed *rectam* navigationem ab ore sinus ad partem intimam. Nempe adjicit ille : Ἔστι δὲ ὁ κόλπος... κατὰ σλόμα εὐθύπλους.

Ad not. 276. — Deest initio §. 66, pag. 276, fin., usitata scribendi forma, quæ hic foret : Μετὰ δὲ Θεσλαλίαν ἔθνος Μαγν... Idem deficit init. §. 64, pag. 275. Sed lacunam ibi notandam adfirmare non ausus sum, ut feci initio §. 47; eam subesse tantum suspicor.

Ad not. 283. — De situ *Siduntis* et *Cremmyonis*, seriem locorum describit Xenoph. *Hellenic.* IV, 4, §. 13.

Ad not. 293. — Κέως αὕτη τετράπολις καὶ λιμήν...] Ego nunc suspicor manasse ex Scylacis manu hæc tantum : Κέως καὶ λιμήν, Κύθνος νῆσος, aut forsan Κέως τετράπολις, καὶ λιμήν, Κύθνος νῆσος. Quatuor nomina urbium, quibus constabat hæc insula τετρά-

(a) Pag. 994, B, Amstel., cap. 4, §. 19, Coray.

(b) Cf. not. 334; et *Addenda*, pag. 551.

(c) Ad Dionys., 692.

πολις, nescio quis adjecerit, quod paullulum discrepans est; quum nihil tale de aliis dicatur, præter de magna Eubœa. Imo etiam habemus Ἑλένη ante Κύθνος, et ibi collocari hanc *Helenam* insulam, jam monstravimus rationi repugnare *(a)*. En videsis quibus verbis hic locus constet apud Dicæarchum *(b)*: Ἐγγὺς Κέως πρώτη τετράπολις, Σουνίῳ νῆσος ὑπόκειται καὶ λιμὴν, ἔχεται Κύθνος. Nescio an uterque ex eodem fonte hauserit, Dicæarchusne priscum Scylacis textum referat. Si hoc ultimum esset, emendandum foret scylaceum αὐτὴ in πρώτη; subesset mox lacuna, quam jam subodoratus eram, et quæ responderet Dicæarchi verbis hisce: Σουνίου νῆσος ὑπόκειται; et delenda forent Κορ. Ἰυλ., Αἰγ., Ἑλένη.

De Ovidii loco, quem ibi tractat Vossius, cf. *Dav. van Lenneps* Animadv. ad *Heroid.* loc. cit. pag. 300-302.

Ad not. 303.— Hæc obiter: de altero Jovis templo in Caria, cujus meminit Aristoteles *(c)*, verba male vertunt interprett., ni fallor. Θαυμαστὸν δ' ἐστὶ καὶ τὸ δύο κόρακας εἶναι διὰ παντὸς περὶ τὸ τοῦ Διὸς ἱερὸν, ἄλλον δὲ μηδένα πέτεσθαι τόπον, καὶ τὸν ἕτερον αὐτῶν ἔχειν τὸ πρόσθεν τοῦ τραχήλου λευκόν. Interpres anonymus: *Sic et duos corvos* AD JOVIS TEMPLUM *assiduos exstitisse*, NEQUE ALIO USPIAM EVOLASSE *tradunt*.... Natalis de Comitibus: ....: *Duos corvos* APUD JOVIS TEMPLUM *degere dicunt*, QUORUM ALTER IN NULLUM ALIUM ADVOLAT LOCUM, *alter priorem colli partem habet candidam.* Niclas (pag. 309, ed. Beckmann.), Montesauri interpretatio (p. 398), non aliter de sensu. Sed primum, εἶναι... περὶ τὸ τοῦ Διὸς ἱερὸν, significat *morari in loco Jovi sacrato*; valet hic περὶ, *in*, sicut in Herodot. 1, 144, Pausan. 1, 16, &c... Cf. Gailii, venerandi patris, *Traité des prépositions*, pag. 175, sqq. Adde Plutarch. (in *Demosth.* cap. 24, fin., p. 292, Hutten): Ἐκεῖνος μὲν (Αἰσχίνης) οὐκ εὐθὺς ἐκ τῆς πόλεως ᾤχετ' ἀπιὼν, καὶ ΠΕΡΙ Ῥόδον καὶ Ἰωνίαν σοφιστεύων κατεβίωσε. De sensu vocis ἱερὸν consule patris mei *Philologue*, t. I. Imo in Aristotelis loco, ἄλλον δὲ μηδένα πέτεσθαι τόπον, non ita construendum, ἄλλον (κόρακα) πέτεσθαι (πρὸς) μηδένα τόπον, sed referendum ἄλλον μηδένα ad *externos corvos*, quorum nullus huc veniebat, et sic vertendum: *Et nullum alium* (corvum) *huc devenire.* Hujus loci explanationem adfert ejusdem libri §. 138. Cur de simili interpretatione silet Beckmannus?

(a) In not. 295 ad Scylac.
(b) Pag. 25, Hudson.
(c) *De Mirab. Ausc.* §. 149, pag. 308, ed. Beckmann.

Ad not. 314. — Hudsoni emend. Μαλιεῖς in Λαμιεῖς tuetur Car. Otfr. Müllerus *(a)*; sed meam sententiam mutare non suadet.

Ad not. 327. — De *Achæis Phthiotis* cf. *Raoul-Rochette, Hist. des Col. (b).*

Ad not. 348. — Paullulum offendor hac scribendi forma ἢ ἐπὶ θάλατταν, de locis *mari vicinis*. Scribit Vigerus *(c)*: *Rarius... cum verbo quietem significante,* ἐπὶ usurpari sequente accusativo. Nec virum doctum hic objurgat cl. Hermannus, qui supra similia de præpositione εἰς iterum scribi patitur *(d)*. Nec ego aliquid veri iis inesse nego; sed obscuriorem regulam explanari velim, et analogiam servari. Minime haberi potest præpositio cum accus., pro præposit. cum dativ., nisi subaudiatur movendi verbum, quod præpositionem et sequentem accusativum regat. Sic dignoscantur in sententia, *motus ad locum*, et *quies in loco, in quem devenerunt*. Ita ratio reddenda est loci, quem Vigerus laudat, οἱ καταλειφθέντες... εἰς τὸ στρατόπεδον, *ii qui missi fuerant ad exercitum, et ibi erant.* Hanc solutionem locutionis adferre debuissent etiam viri cll. Hemsterhusius ad Aristoph. *Plut.* pag. 456; Wyttenbachius *Bibl. crit.*, part. 1, pag. 49, et Schneiderus *Lex. græc.* voc. εἰς, quum hunc usum τοῦ εἰς cum acc. notant. Idem de sequentibus: Ἐπὶ χεῖρας δέ τιν' ἄμφω Ἑσσόμενοι, Theocr. VI, 3. Τὰ δὲ ἘΣ αὐτὴν (λίμνην) Διονύσῳ δρώμενα ἐν νυκτὶ κατὰ ἔτος ἕκαστον, οὐχ ὅσιον ἘΣ ἅπαντας ἦν μοι γράψαι, Pausan. II, cap. 37, fin. *Illud vivendi genus invaluit* ἐς πάντας Ἕλληνας, Thucyd. I, 6. Ἐψήφισεν, ἔφορος ὤν, ἐς τὴν ἐκκλησίαν, Thucyd. I, 87, &c... Acutius judicantem cl. Heindorfium reperio ad Platonis *Phæd.* pag. 4, ubi de παρεῖναι εἴς τινα χώραν, et similibus, scribit: *Hæc... accessisse magis significant, quam commorari.* Cf. præsertim Matthiæ *Gr. gr.* §. 578, ubi hanc ellipsim notare debuisset etiam in laudato Homeri exemplo, *Il.* XXIV, 752. Eadem ratio est hujus τοῦ ἐπὶ cum acc. Latet ellipsis verbi *movendi.* Sic in nostro Scylacis loco, ἐπὶ θάλατταν, si proba est lectio, pendet ab intellecto καθήκον.

Ad not. 349. — De Peneo amne, quem ait Herodotus *(e)* fluere πρὸς μεσαμβρίης, de hac servanda lectione, et geographica loci ratione, cf. patris mei *Géographie d'Hérodote*, part. 1, pag. 314-318, et *Atlas*, pl. 39.

(a) Geschicht. Hellen. Stämmer..., t. II, pag. 43.
(b) Tom. II, pag. 110.
(c) Pag. 626, ed. 1822.
(d) Pag. 592.
(e) VII, 20.

Ad not. 351. — Ἄλωρος] Situm hujus urbis diserte habemus ex Scylace, qui illam collocat inter Aliacmonis et Lydiæ ostia. Addit Stephanus: Ἔστι δὲ τὸ μυχαίτατον τοῦ Ἑρμαίου κόλπου. Ergo litoralis urbs est intra Aliacmonem et Lydiam.

Ad not. 353. Πολάγιλις] Dubium, utrum rescrib. Πέλλα πόλις, an Αἶγαι πόλις. Ait Berkelius ad Steph. *(a)* unam et eamdem esse Pellam et Ægas. Habet tamen Livius (lib. 44, cap. 46), et oppidum *Æginium*, quod videtur idem esse ac Ægas, et simul *Pellam*, regum sedem, regnante Perseo. Imo triplicem habet urbem Livius Melibœam, Æginium et Pellam, quas unam esse, male contendunt Stephanus et illius adnotator. Atqui longe aptior tali in re Livii auctoritas. Ut ut est, reperitur in Herodoto VII, 123, et in Thucydide II, 99, urbs quædam Pella *ad mare*; hic contra meminit noster coævus, urbis mediterraneæ, quum ad illam ἀνάπλους sit per flumen; ergo ægre *Pellam* in Scylace legerem. Imo veterem adpellationem *Ægas, in quo mos sepelire reges*, prædicat Plinius, quod loco concinit aptius nostro.

Ad not. 375. — Polyæno mire concinit Thucyd. I, 100. — Inde novum argumentum sumi potest, ad probandam hujus Peripli antiquitatem majorem Philippo, et debilitandam cl. Niebuhr sententiam *(b)*. Nusquam scilicet reperitur geographica adpellatio τὰ ἐπὶ τῆς Θρᾴκης, quæ litora quædam Thraciæ complectitur, Atheniensium imperio dedita, ex bellis fere medicis usque ad Philippum, Alex. M. patrem. De quo cf. venerandi patris *Traité des Préposit.* pag. 94, sqq.; *Géographie d'Hérodote*, tom. II, pag. 1-72 sqq. Cf. etiam Vigeri *Idiot.* pag. 859, et *Rapport des trav. de l'Instit.*, 1812, pag. 19 sqq. Atqui mirum esset, si frequentissima apud Thucydidem et coævos auctores adpellatio, ne semel quidem in hoc Periplo foret, quem hac ætate scriptum volueris. Cf. pag. 583.

Ad not. 390. — Emendationem τοῦ Αἴνων in Αἰνίων probat doctiss. Osannus in *Auctar. lexic. Græc.* Darmst. 1824, p. 90.

Ad not. 405. — Stadia 36 numerat Herodot. VI, 36.

Ad not. 428. — De εἰς θάλατταν pendente ab ἐστὶ, cum subaudito verbo *movendi*, cf. *Add.* ad not. 348, p. 571.

Ad not. 446. — Scylaceum περιπλεῖν τοὺς κόλπους reddit Polybius *(c)* voce κατακολπίζειν. Sed diverso sensu Thucydides *(d)* adhibet τὸ κατακολπίζειν, de nave scilicet in aperturam cujusdam

(a) Voc. Αἰγειρα. — In *Reliq.* lib. 34, cap. 12, pag. 653; ed. Schweigh.

(b) Cf. supra, pag. 212; 226.

(c) Ap. Strabon. pag. 516, B; ed. Amstel.

(d) VIII, 92.

sinus penetrantis *(e)* : ἐς Αἴγιναν κατακολπίσαι, quod obscurius vertunt : *in Æginæ sinum deflecti;* at sic ego : *In sinum deflecti, ita ut Æginam versus eant.* Nusquam dicitur *Æginæ sinus.*

Ad not. 472. — Emendationem Gronovii repellit Car. Otfr. Müller. *(a)*, utpote qui ex Argonaut. expeditione, et Jasonis victoriis sensum tantummodo allegoricum expromat *(b)*.

Ad not. 557. — Hunc locum sic emendat *de Sainte-Croix* in not. ad Vib. Sequestr. *(c)*, aut potius invertit : Κολοφῶν, ἐν μεσογαίᾳ Ἀπόλλωνος Κλαρίου ἱερὸν, Νότιον καὶ λιμήν. Sin aliter, ut judicabat vir doctiss., portus in mediterranea regione collocaretur. Sed meliori sua interpunctione Palmerius rem explanaverat; quem vide not. 557, supr. pag. 473.

Ad not. 565. — Cf. inprimis *Plan de la ville d'Halicarn., par Barbié du Bocage,* 1822, insert. in *Quint. Curt.* ed. *Lemaire;* Paris. 1822, tom. I, pag. 86.

Ad not. 572. — Archilochi vocem, quam citat Vossius ex *Eustachio* (ut apud Gronov. et Hudson. mendose legitur), in Eustathio reperire quum non possem, amice admonuit doctiss. Boissonadus locum exstare in Eustath. ad *Odyss.* t. III, pag. 1542, et ad *Iliad.* Θ, t. I, pag. 725; etiam in Archilochi *Fragment.* ed. Liebel. pag. 204.

Hiç obiter : fallitur Strabo, X, pag. 454 (pag. 696, C), quum de homerico versu scribit : Ἰθάκην δ' εἴτε τὴν πόλιν, εἴτε τὴν νῆσον λέγει, οὐ δῆλόν γε ἐν τούτῳ τῷ ἔπει·

Οἵ ῥ' Ἰθάκην εἶχον καὶ Νήριτον. (*Iliad.* II, 632.)

Scilicet *insulam* prorsus innuit vates, tum urbem præcipuam, tum totius insulæ territorium, pariter ac in alio exemplo mox adlato (*Odyss.* X, 21).

Ad not. 589. — Erunt, qui suspicentur alia manu insuper addita hæc, εἰσὶ δὲ καὶ ἄλλαι π. . . . . Κρομμυόνιον, quum non soleat noster civitates numerare, postquam usitatam præternavigationis mensuram dederit : παράπλους δέ. . . . .

Ad not. 597. — Vossii emend. tuetur Slothouwer. in *Tiroc. crit.* pag. 51.

Ad not. 614. — Pro capitis titulo vulgato ΣΥΡΙΑΣ ΚΑΙ ΦΟΙΝΙΚΗΣ, legendum potius, eodem casu ac semper, Συρία καὶ Φοινίκη. Ceterum hic locus erit in eo immorandi, quod in not. 614 tractavi, nimirum sese extendere Scylacis Ciliciam

(a) De quo sensu cf. Schneid. *Lexic.*
(b) *Orchomen.* pag. 283.
(c) Loc. cit. pag. 284, supr. et infr.
(d) Pag. 266, ed. Oberlin, 1778.

usque ad Phœniciam propriam, et Syriæ recentioris partem septentrionalem continere. Ego iterum jam dictis addam, esse Ciliciæ scylaceæ præternavigationem *dierum trium et noctium totidem;* quod, si præcedentibus regionum præternavigationibus comparaveris, videbitur tibi respicere ad longe majorem litoris longitudinem, quam pro Cilicia recentiori. Imo Apollodorus *(a)* de Agenoris filiis hæc scribit: ... Ἄλλος ἀλλαχοῦ κατῴκισαν, Φοίνιξ μὲν Φοινίκην· Κίλιξ δὲ, Φοινίκης πλησίον, καὶ πᾶσαν τὴν ὑφ' ἑαυτῷ κειμένην χώραν, ποταμῷ σύνεγγυς Πυράμῳ, Κιλικίαν ἐκάλεσε. Censuit Heynius verba Φοινίκης πλησίον expellenda esse, et suam dedit loci emendationem. Sed ego interpunctionem, quam ipse dedit, secutus, sic struo: ... Ἄλλος ἀλλαχοῦ κατῴκισαν, Φοίνιξ μὲν Φοινίκην (κατῴκισεν)· Κίλιξ δὲ Φοινίκης πλησίον (κατῴκισεν, eadem ratione ac supra ἄλλος ἀλλαχοῦ κατῴκισαν), καὶ πᾶσαν κ. τ. λ. Habet quidem τὸ πλησίον aliquid forsan laxioris, in quo nonnulli contiguitatem ipsissimam Ciliciæ et Phœniciæ videre non velint. At non ita omnino deletur vis loci, qui cum Scylace concinit. Minime a Scylace recedit Anonymus Ravennas (II, 16), qui *Phænicïam* proxime et *Ciliciam* collocat :... (Post Hebræorum regionem) *Phœnitia, item Cilicia, necnon Belfagonia* (Paphlagonia). Imo testatur Strabo (pag. 930, B, Amstel.) Ciliciam partem quondam fuisse Syriæ.

Hic obiter ex *capitis* titulo Συρία καὶ Φοινίκη, qui Phœniciam ibi non ceu regionem a Syria diversam exprimit, sed ceu partem Syriæ celeberrimam, ego occasionem sumam Cellarium vituperandi, hæc scribentem *(b)*: *Nobilis hæc pars Syriæ* (Phœnice) *adeo est, ut aliquando ipsi Syriæ reliquæ, tanquam separata provincia opponatur. Strabo* (lib. II, p. 86 *(c)*), Ἐντεῦθεν Συρία τε καὶ Φοινίκη, καὶ Αἴγυπτος. Sed hic τε καὶ *identitatem* exprimit, ut mox in Strabone ipso : Ἐν δὲ τῷ Ἰσσικῷ κόλπῳ καὶ τῷ Παμφυλίῳ. Diodorus *(d)* quidem Syrios et Phœnicas distinguit, quem melius laudasset Cellarius.

Ad not. 649. — Respicere videtur hæc geographica doctrina, quæ Libyam in Europa includebat, ad auctores Homeri imitatores. Scilicet quum Herculei freti situs Homerum lateret, aut credidit ille, aut crediderunt vatis imitatores, Homero inesse illam opinionem, uno tenore et continente jungi Europam et Libyam. Quam opinionem Alexandrini inprimis

(a) *Biblioth.* III, 1, §. 1.
(b) *Geogr. antiq.* lib. III, cap. 12, §. 77, ed. Schwartz.
(c) Pag. 125 (187, C).
(d) XV, 90, fin.

poetæ secuti sunt, ut callide notavit doct. *Letronnius (a)*, qui tum alia hujus doctrinæ indicia laudat *(b)*, tum Sallustii hæc verba : *Pauci tantummodo Asiam et Europam esse voluerunt ; sed Africam in Europa (c).* Imo poeticam hanc geographiam etiam in Procopio superesse censet Letronnius, quum duas tantum terræ partes Procopius numeraverit, et Libyam in Asia. Sed, ni fallor, res est satis diversa : nam illud proprium habet et singulare geographica opinio, de qua supra, quod *Europam* et *Libyam* uno tenore quasi confundere videatur ; at nihil aliud est Libyam in Asia includere, quam varias veterum variorum opiniones referre de divisione mundi. De quo cf. Tzchuck. in Mel. *(d)*. Sed verius ad rem redit locus Lydi supra laudatus, not. 649, pag. 502.

De orbe in duas partes diviso cf. laudd. ap. Friedemann. in *Comment. ad Strab.* pag. 311, fin.

Ad not. 651. — Aliter locum refinxit Letronnius, sic : Ἐκ Θωνίδος δ' ὁ πλοῦς ὡς εἰς Φάρον νῆσον ἔρημον (εὐλίμενος δὲ καὶ ἄνυδρος), στάδια ρν'. Scilicet εὐλίμενος δέ ἐστι Φάρος. Sed in sententia mea persto. Primum enim non addidisset noster εὐλίμενος, quum infra scripserit de Pharo ipsa : Ἐν δὲ Φάρῳ λιμένες πολλοί. Sic meram repetitionem haberemus. Imo ipsissimam interpolationem nominativi hujusmodi, et illam apertissimam habes in §. 47 ; cf. not. 223. Procul dubio voluit nescio quis, marginali additamento εὐλίμενος δὲ καὶ ἄνυδρος, de iis admonere, quæ textus ibi continebat.

Ad not. 666. — Mox potius habendum τὸ ὕφορμος pro adpositione τοῦ νήσος, quam post interpunctionem jungendum ceu *locus* alter. Sic enim Strabo *(e)* : Ἴσσος, πολίχνιον ὕφορμον ἔχων.

Ad not. 761*. — Mox τὸ τόπος adhibetur fere pro χωρίον, aut *castellum*, ut sæpe latinis τό *locus*. Cf. Strab. p. 1195, C, Amstel. De quo adi Tzschuck. ad Melam II, *not. exeg.* pag. 106, 107.

(a) In *Bulletin des Sciences*, part. *Philologie*, ann. 1825, pag. 401, 402.

(b) Agathem. II, 2, fin. — Isocr. *Paneg.* §. 48. — Varr. *Ling. lat.* IV, 6, pag. 13, ed. Bipont. et *de Re rust.* I, 2, 3, ibique Gesner. — Callimach. *in Delph.* 168. — Lucan. IX, 411. — Cf. Wessel. ad Herodot. II, 16, et Tzschuck. *ad Melam*, lib. I, not. exeget. pag. 49 - 51.

(c) *Vit. Jugurth.* §. 17 ; cf. August. *de Civit. Dei*, XVI, 17.

(d) In lib. I, not. exeg. pag. 50.

(e) Pag. 994, B, Amstel.

NOVA ADDENDA.

Ad not. 12. — Conjicit Bocchus Slothouwerus *(a)* : Εἶτα Ἰβήρων πόλις καὶ Ἑλλήνων, ᾗ ὄνομα Ἐμπόριον· εἰσὶ δὲ οὗτοι Μασσ. ἄπ. Scilicet scribit Livius *(b)* : *Jam tunc Emporiæ duo oppida erant muro divisa; unum Græci habebant a Phocæa, unde et Massilienses oriundi; alterum Hispani....* Imo Strabo *(c)*, Ἐμπορεῖον δίπολιν vocat, et Μασσαλιωτῶν κτίσμα. Sed nihil innuit, Scylacis fuisse in mente, hanc *duplicem* urbem exprimere; imo forsan non illa duplex erat Scylacis ævo, qualem statuunt recentiores tantum auctores.

Ad pag. 240, init. — Ait Slothouwerus *(d)*, quum laudaverit Scylax præcipuas urbes Campaniæ, *Cymen* et *Neapolim*, non potuisse Capuam antiquissimam et celeberrimam silentio prætermittere; et restituit ille Καπύη ante voces ἐν τῇ Καμπανίᾳ. Sed non vidit vir doct. Scylacem laudare urbes in Campania ἑλληνίδας, at non esse græcæ originis Capuam, quam scriptorum romanorum alii a *capite (e)*, alii a duce Samnitium *Capye (f)*, alii a *campestri agro (g)* ducunt; quam vero nullus Græcorum vindicat ceu græcanicæ stirpis.

Ad not. 53. — Ego in Scylace p. 242, lin. 4, sqq., interpolationem videre mihi visus sum; ibi transpositionem Slothouwerus *(h)*. Sic ille locum ordinat : Ἀπὸ δὲ Λιλυβαίου πόλις ἐστὶν ἑλληνὶς Ἱμέρα. κατὰ δὲ Ἱμέραν (sive καθ' Ἱμέραν) πόλιν Λιπάρα νῆσός ἐστι, καὶ πόλις ἑλληνὶς Μύλαι, καὶ λιμήν. ἔστι δὲ ἀπὸ Μυλῶν ἐπὶ Λιπάραν νῆσον πλοῦς ἡμέρας ἥμισυ. Ἔστι δὲ ἡ Σικελία τρίγωνος, κ. τ. λ. Sed τῆς γνώμης ἀεὶ αὐτῆς ἔχομαι.

Ad not. 57. — Sic in Plutarch. *Sera num. vind.* pag 557, C, recte cl. Heynius (*Opusc. acad.* vol. II, pag. 174), emendat Λευκαδίας Ἥρας in Λακινίας.

Ad not. 82. — Pro barbara voce Λίας (pag. 246, lin. 10) reponit Slothouwerus *(i)* ἑλληνίδες. Sed infelix emendator, qui civitatibus prorsus *barbaris*, præponit τὸ ἑλληνίδες. Melius,

(a) *Tirocin. crit. in veter. auct. Græc.*, Leovard. 1792, pag. 41, 42.
(b) XXXIV, 9, init.
(c) III, pag. 159, fin. (pag. 241, init.).
(d) Loc. cit. pag. 42.
(e) Florus, I, 16, 6. De quo cf. Tzsch. ad *Mel.* lib. 2, not. exeg., pag. 372, 373.
(f) Livius, IV, 37, init.
(g) Plin., III, 9.
(h) Loc. cit. pag. 43.
(i) Loc. cit. pag. 43, 44.

spero, simile ἐλληνίδες reponitur in §. 95; cf. not. 535. Ut ut est, in emendatione mea τοῦ Λίας in αἴδε, adhuc persto.

Ad not. 145, p. 375. — Scribit Polybius *(a)* longitudinem sinus Ambracici esse stadiorum ferme 300; ait Scylax hanc longitudinem esse minorem stadiis 120. Procul dubio diversis mensuris utuntur Scylax et Polybius, quum posterior 300 numeraverit, ubi prior vix 120. Sed hujus discrepantiæ causa quoque fuit, quod Polybius initium sinus sumserit ab apertura priori, ubi Actium insidet, Scylax vero ab interiore. Ceterum os sinus ap. Scyl. est 4 stadiorum, ap. Polyb. fere *quinque;* imo adjicit Polybius hunc locum esse arctissimum, ubi est fanum Actium, quod prorsus respondet priori aperturæ. Ergo, quum arctior sit prior apertura, et interiori stadia plura dederit Scylax, en iterum liquet diversa stadia ab unoquoque adhiberi.

Ad. not. 152, et ad *Dissert. in Scylac.* §. VII, pag. 377. — Videtur Thesprotia post Scylacis ævum latius patuisse, et circumvicinas regiunculas absorbuisse. Jam supra vidimus *(b)* Thesprotiam Scylacis ad septentrionem invadente Chaonia coarctari; quam ille ad meridiem etiam arctiorem habet, quam ceteri. Herodotus enim ad meridiem Thesprotiæ *Cassopos* et *Molottos* minime collocat, ut noster; sed describit Thesprotos *Ambraciotis* et *Leucadiis* finitimos : Θεσπρωτοὶ γάρ εἰσι οἱ ὁμουρέοντες Ἀμπρακιώτῃσι καὶ Λευκαδίοισι *(c)*; et illud antiquitatis scylaceæ aliud est insuper argumentum. Ceterum sic concipit Herodotus cum Scylace de *Græciæ propriæ* terminis. Ait noster *(d)* post Molottiam incipere *Græciam continuam;* scribit vero Herodotus de Græcis auxilium adversus Persas mittentibus : Οὗτοι μὲν ἅπαντες ἐντὸς οἰκημένοι Θεσπρωτῶν καὶ Ἀχέροντος ποταμοῦ. Nempe suam Thesprotiam protendit ille usque ad Ambraciotas, quos inter propulsatores Persarum numeravit *(e)*, et sic initium Græciæ ab Ambracia, pariter ac noster, ducit. Recte igitur Mannertus *(f)* hunc locum Herodoti (VIII, 47) adjunxit ceu scylaceo loco consentaneum. Sed non vana explicatio nostra.

Ad not. 182. — Pro Σφάσις, quod emendaverat Vossius in Σίφαι, rescribit Slothouwerus *(g)* Σίφαι πόλις, nempe in finali ς vestigia deprehendit τοῦ πόλις. Adfert etiam alteram emendationem vocis Σφάσις in Σαλγανεύς. Mox, postquam

(a) IV, 63, p. 148, ed. Schweigh.
(b) In nostr. *Dissert. ad Scylac.* pag. 208.
(c) Herod. VIII, 47, init.
(d) §. 33, p. 255.
(e) VIII, 45.
(f) *Geogr.* VII, 631.
(g) Loc. cit., pag. 44.

retulit Slothouwerus ᾗ λιμὴν præcedenti Σίφαι, rescribit ille: Εὔειπος, ᾗ τεῖχος Ἀνθηδών, pro Εὔτρητος, ᾗ τεῖχος ὁ Βοηθῶν. Argumentum ducit vir doct. ex eo, quod infra iterum (§. 60) reperiatur *Anthedon;* sed ratio hæc erat, cur eam non jam ante poneres.

Ad not. 244. — Supra (pag. 265, lin. 11, sqq.) rescribit Slothouw. *(a)* pro ὄρος κάμμισλον, ὄρος Κάδισλος, de quo cf. Salmas. *Exercit. Plin.* p. 120. Totam sequentium seriem sic emendat, invertit et componit: Ὀλοῦς πόλις καὶ λιμήν. Ἐπ' αὐτῷ (scil. λιμένι) Κάνταρος, Βοίη, Ἀντεία, Ἄπλερα. Εἶτα ἡ Λαμπαία χώρα, ᾗ δήκει αὐτη ἀμφοτέρωθεν, ᾗ ποταμὸς Μεσάπος ἐν αὐτῇ ἐστί. Εἶτα δὲ ὄρος Ἰδαῖον, Ἐλεύθερναι πρὸς βορέαν. Πρὸς νότον δὲ Ῥίθυμνα καὶ λιμήν, Ῥύπιον, Φαισ7ός. Inde depromas quid volueris.

Ad not. 260. — Mendosum Ἀσ7υπάλη vel in Scyl. judicat R. Bentleius in *Resp. ad C. Boyl.* pag. 180.

Ad not. 285. — Licet verissimam Vossii lectionem, Νισαία, amplectar, non tamen locum omni mendo liberum judico, quippe Megaris urbi portum fuisse totus ignoro, imo omnes geographi, quantum scio, nemine excepto, hanc urbem mediterraneam habuisse ἐπίνειον Nisæam, quæ etiam λιμένα haberet. Transposui itaque locum hoc modo: ... ᾗ Νισαία τεῖχος, ᾗ λιμήν. Sic tandem me omni scrupulo esse liberum fateor. *Slothouw. (b).* (Vide an his respondeant adnot. p. 410, 411.)

Ad not 326. — Nunc rescribo uno tenore: ... ὁ Σπερχειὸς ποταμός. Ἔξω δὲ τοῦ Μαλιέων κόλπου εἰσὶν Ἀχαιοί....

Ad not. 378. — (Vulgo Σάγιον, Palmer. Σαίων.) At an recte quidem ita senserit (Palmerius), in dubium jam diu vocavi, quippe potius refingo, ᾗ ἄλλα ἐμπόρια Θασίων. Sic enim alii Galepsum, Œsymen, Thasiorum colonias memorant. Ne adferam Thucydid. *(c)*, Marcian. Heracleot. alios, conferatur unus Harpocration, et ad eum a vv. dd. notata in vocc. Γαληψός, Οἰσύμη, Στρύμη, in quarum ultima hæc ille: Ἀποικίαι δὲ εἰσι Θασίων ἐκ τῆς Θρᾴκης Γαληψός, ᾗ Στρύμη ἡ νῆσος· ἔστι δὲ ἐμπόριον Θασίων. Quæ pro emendatione mea aperte militare videntur. *Slothouwerus (d).* (Hæc non inficete.)

Ad not. 456. — Laudat Slothouwerus (p. 48) Ruhnken. in *Epist. crit.* II, p. 262, rescribentem quoque Σινδοί pro vulg. Σιντοί. Cf. et Tzschuck. ad Mel. I, not. exeg. pag. 627.

Ad not. 460. — Σινδικὸς λιμὴν, Πάτυς] Ex his vocem postre-

(a) Loc. cit. pag. 45, sqq.
(b) Loc. cit. pag. 47, 48.
(c) Lib. IV, cap. 107.
(d) Loc. cit. pag. 48.

mam vitio laborare jam viderunt ambo Scylacis sospitatores, Vossius et Gronovius, quos inter tamen non convenit de vera lectione, quum ille Strabonis et Ptolemæi auctoritate probari putavit τὰ Βάτα, hic e contrario Plinium secutus, reponendum censuit τὸ Ἀπάτουρος. Conff. notæ. In utraque hac emendatione me male habet, quod, si nomen urbis, sive Βάτα fuerit, sive Ἀπάτουρος, excidisset, geographus noster in seqq., non, uti vulgatur, Μετὰ δὲ τὸν Σινδικὸν λιμένα κ. τ. λ. scribere debuerat, verum ex suo more perpetuo, Μετὰ δὲ τὰ Βάτα, sive Μετὰ δὲ τὴν Ἀπάτουρον.

Etiam, quum omnes, quotquot novi, geographi *Sindicam urbem* memorent, eam a Scylace silentio prætermissam esse, vix ac ne vix quidem credo, et, si conjecturis vv. cll. adhæremus, *Sindicum portum* duntaxat nominavisset. E multis conf. Mela, lib. I, cap. 19, lin. 107; Plin. *Nat. Hist.* lib. VI, cap. 5. Neque aliter Strabo, *Geograph.* lib. XI, a Pintiano ad Melam laudatus, scripsit, Σινδικὸς λιμὴν, καὶ πόλις. Et, si verum fatear, hæc ex Strabone etiam in nostro reponere malim, illa καὶ πόλις in πάπους facillime degenerasse suspicans, eo magis, quia Strabo loco laudato Scylacem ob oculos videtur habuisse, quum ipse ibidem cum nostro Φαναγόρειαν πόλιν appellet, quam Plinius, Mela, Ptolemæus, et alii, Φαναγόρειαν vocant. Conf. Fabric. in Bibl. gr. lib. IV, cap. 2, §. 6. *Slothouwerus.*

Ingeniosa viri docti adnotatio mihi arridet, præsertim ob sequentia: Μετὰ δὲ Σινδικὸν λιμένα. Sed offendor tamen, quod effingat Scylacem scribentem de loco quodam... λιμὴν καὶ πόλις. Ubique et sæpissime habet contra, πόλις καὶ λιμήν. Quamvis habet Strabo Σινδικὸς λιμὴν, καὶ πόλις, censeo nostrum scripsisse simpliciter Σινδικὸς λιμὴν, ut Strabo ipse alibi *(a)*, Συμβόλων λιμὴν, et Arrianus *(b)* λιμὴν Κάλπη, quem mox dicit χωρίον *(c)*. Nempe non carebant habitationibus et incolis similes portus. Plures urbes dictæ sunt *Emporium*, quia olim commercii gratia conditæ fuerant; sic fuere *portus*, quibus mox urbibus hoc nomen perduravit. Adeundus erat Scymnus Chius *(d)*, qui geographiæ compagem præbet antiquiorem quam Strabo, et apud quem habet Sindicus portus *incolas*, nec dicitur πόλις. Imo frigeret textus, si haberemus καὶ πόλις, quum supra *græcanicas urbes* se numeraturum nuntiaverit noster. Cf. et Hesych. voc. Σίνδοι. Ego pro Πάτυς rescripsissem

(a) VII, pag. 308 (pag. 474, B).
(b) *Peripl. Pont. Eux.* pag. 13, Hudson.
(c) Cf. *Atlas de J. B. Gail*, pag. 106 sqq., et 137.
(d) Laudat. supr. pag. 452, not. 459.

κλειστὸς, quod epithetum noster portubus nonnullis adjunxit; sed nihil tale innuit geographia de *Sindico portu*. Quid igitur erit de vulgata lectione Πάτυς? Exprobrat Gronovius Vossio τὸ ἄτοπον suæ *Batæ* urbis, et refugit ad τὸ *Apaturos* Plinii. Sed illud etiam discrepat cum Anonymo Ravennate, quem ipse laudat, et qui *(a)* Apaturam collocat ad meridiem Achæorum, dum Achæi ipsi sint ad meridiem *Sindices* collocandi. Vossianæ *Batæ* urbis situs contra a Strabone (p. 759, C) confirmatur:... Ὁ Σινδικὸς λιμὴν, καὶ πόλις· εἶτα ἐν πετρώδεσιν ... καλούμενα Βάτα. Sic erat *Bata* ad meridiem *Sindici portus*. Nihil aliud est ibi conjiciendum in τῷ Πάτυς, quam ipsissima Βάτα Strabonis. Sed quum recte viderit Slothouwerus, non potuisse scribere nostrum ultimo loco Πάτυς, ut proxime adderet: Μετὰ δὲ Σινδικὸν λιμένα..., ego rejicio τὸ Πάτυς, tamquam interpolatum.

Ad not. 535. — Ibi jam pro αἰολίδες, rescripseram ἑλληνίδες, antequam Slothouweri librum in manibus haberem, et eamdem conjecturam ex illo *(b)* profectam reperio.

Ad not. 576. — Meam ultimam conjecturam exemplo fulcit Hannon. Peripl. pag. 116, lin. 7 et 8: ... εἰς λίμνην ἀφικόμεθα, διά τινος ποταμοῦ μεγάλου διαπλεύσαντες. Hic est *transitus per ostia* tantum fluminis.

Ad not. 584. — Slothouwerus *(c)*: ἔστι δὲ κατὰ τοῦτο.

Ad not. 585. — Rescribit Slothouwerus *(d)* Λυρνησσὸς, Ἀττάλεια, Ὀλβία. De Λυρνησσός anceps tacebo; sed de rescribendo Ἀττάλεια, bis fallitur vir doctus, tum quod recentior urbs sit, quam ut in Scylace reperiatur, tum quod illam collocet Strabo *(e)* ad occidentem Olbiæ, Slothouwerus contra perperam ad orientem.

Ad not. 599. — Pro καὶ λιμὴν Ἀφροδίσιος, καὶ λιμὴν ἕτερος, aliter interpungit et rescribit Slothouwerus *(f)* vulgata Κελενδέρις πόλις καὶ λιμὴν, Ἀφροδισιάς, καὶ λιμὴν ἔρημος. Sic vir doctus: « Τὸ ἔρημος repono ex sequentibus, ubi corruptum est. » De voce ἔρημος pro ἕτερος non tollitur dubitatio, sed de interpunctione ante adsentior viro docto. Strabo enim *(g)*: Κελενδερὶς, πόλις λιμένα ἔχουσα. Quem portum tum prætermittere non potuit noster, tum *Aphrodisiam* adferre ceu *portum* Celenderitarum; quod solus omnium noster diceret. Ut

(a) II, 12, pag. 66; et iterum lib. V, 10, pag. 266.
(b) Loc. cit. pag. 50.
(c) Pag. 50.
(d) Pag. 50.
(e) XIV, 667 (pag. 983, B).
(f) Loc. cit. pag. 51.
(g) XII, pag. 670 (pag. 986, B).

ut est, vulgatum λιμὴν ἔπερος respondere videtur, ob ipsissimam sedem, plinianæ urbi *Milæ (a)*.

Ad not. 601. — Suspectus locus eruditis; præsertim in voce ἔρημος, quam ὅρμος legendum Vossius censet, vel ὅρμος ἔρημος. Hudsonius (imo fuit Gronovius *Slothouwer.*) in Λάτμος, *Latmus*, quod fluminis nomen est, convertit: neuter in πόλις aliquid desiderat. Sed æque potest et illa vox pravata esse, quod non leviter ex eo videtur confirmari, quia nemo aliorum de urbe Sarpedone quidquam commemoravit. *Cellarius (b)*.

At omne, ni fallimur, dubium sustulimus, transponendo, Ὄλμοι, πόλις ἑλληνὶς, Σαρπηδὼν ἄκραν ἔχουσα, Λάτμος (sive Λάμος, de quo vid. Cellar. loc. cit.) πόλις, καὶ ποταμός. Quod reposui ἄκραν ἔχουσα, quam facile in ἀπέχουσα mutari et corrumpi potuerit, videbit unusquisque. Ceterum, quod ad hanc emendationem adtinet, non leviter confirmari videtur, ex iis, quæ sequuntur in Cellarii loc. cit., qui consulatur. *Slothouwerus. (c)*.

Violenta Slothouweri medela: ego vero in iis persto, quæ supra (not. 600.) de voce ἀπέχουσα conjeci. Ceterum, si non mendose *urbs* est Sarpedon apud nostrum, illud antiquitatis argumentum, quum promontorium sit apud ceteros.

Ad not. 604. — Salmasius, vir summus, parva quidem immutatione Ἀλάνη mutavit in Ἀδάνη, quamvis hæc sit mediterranea, probante Gronovio (scribendum erat *Vossio. G.*); at ego tamen libens repono Ἀγχιάλη, notissimum in hoc litore oppidum maritimum. *Slothouwerus (d)*.

Minime: at servanda emendatio Salmasii Ἀδάνη, tum quod illam scriptura ipsa poscat, tum quod urbs Adane, quamvis *mediterranea*, possit pro *emporio* et *portu* haberi. Procopius enim *(e)*: Ἔστι δέ τις μετ' αὐτὴν (Mopsuestiam) Ἄδανα πόλις· ἧς δὴ ἐς τὰ πρὸς ἀνίσχοντα ἥλιον ποταμὸς φέρεται Σάρος ὄνομα, ἐκ τῶν ἐν Ἀρμενίοις ὀρῶν κατιών. Ναυσίπορος δὲ ὁ Σάρος ἐστὶ, καὶ ἀνδράσι πεζοῖς οὐδαμῆ ἐσβατός. *Post Mopsuestiam urbs est quædam, Adana; cujus ad orientem amnis fluit Sarus dictus, ex montibus Armeniæ delapsus: NAVIGABILIS est Sarus, et MINIME VADOSUS.* Nihil igitur vero repugnat, quin Adane sit ἐμπόριον et λιμὴν dicta.

Ad not. 730. — Φιάλων] Me urbis *Phialon* dictæ men-

(a) v, 27.
(b) Ex *Geogr. ant.* III, et t. II, pag. 141.
(c) Pag. 52.
(d) Loc. cit. pag. 52.
(e) *De Ædific.* cap. 5, pag. 48, lin. 35, ed. Hœschel.

tionem ullam alibi factam vidisse non memini...... Quid vero? si vocabulum μεγάλη sub nomine urbis Φιάλων latere credamus?... alii fere omnes geographi Καρχηδόνα κατ' ἐξοχὴν vocant μεγάλην. Cf. Horat. lib. III, od. V. Accedit, quod in seqq., ubi noster geographus alia hujus tractus litoralis loca recenset, inquit, Μετὰ Καρχηδόνα Ἰτύκη..., ubi, si post Carthaginem laudavisset aliam urbem, ex suo more perpetuo hanc posteriorem, non vero Carthaginem, nominare debuisset. *Slothouwerus (a).*

Ego conjeci πόλις Φοινίκων, quod minus a vulgata lectione recedit, nec discrepat cum sequentibus.

Ad not. 732. — *Pontiam insulam describit Ptolemæus in Syrti majori. Sed ea nihil ad hanc.* Sic ad h. l. doct. Vossius. — At, quæ hæc, quæso, Pontia est, quam hic a Scylace memoratam conspicimus? alia procul dubio ab ea, quam Ptolemæus cum ceteris in Syrti majori collocat, verum, an alter quidem fuit præter Scylacem geographus, qui Pontiam prope promontorium Hermæum descripserit? A nemine sanequam id factum novi, neque et hoc Pontiæ nomen e calamo Scylacis fluxisse crediderim. — Hoc e contrario Δρακοντία fuisse videtur; etenim præter alios Ptolemæus hanc insulam ita recenset, inter promontorium Hermæum, et Cosyrum, sitam. Etiam simillimus vocis præcedentis exitus initium hujus, quod reposuimus, propter literarum convenientiam, facile absorpsit. *Slothouwerus.*

Felix mihi videtur viri docti conjectura. Imo, quum reperiam nostrum scribentem primum *(b)*, μετὰ δὲ Νέαν πόλιν Ἑρμαία ἄκρα, sed mox simpliciter: Παράπλους ἀπὸ Νέας πόλεως εἰς Ἑρμαίαν...., et mox iterum *(c)*: Παράπλους ἀπὸ Ἑρμαίας, etiam deficiente ἄκρας, inde conjiciendum in sequentibus ἔπειτα δὲ νησία ἐν τῇ Ἑρμαίᾳ ἄκρᾳ, Πoντία, vocem ἄκρᾳ non ex Scylace manare, sed rescribendum ἐν τῇ Ἑρμαίᾳ Δρακοντία. Sic erit τὸ ΑΚΡΑ initium vocis Δρακοντία, facile corruptum in ἄκρᾳ. Cf. et quæ conjeci in not. 733.

Mox etiam sine ἄκρας: Πλοῦς δὲ ἀπὸ Ἑρμαίας ἐπὶ Κόσυρον... Equidem ulterius lego: ἀπὸ Ἑρμαίας ἄκρας... Sed inde incipit nova describendi ratio; imo parum abest, quin conjiciam a recentiori auctore adjecta fuisse sequentia omnia, ab ἀπὸ Ἑρμαίας ἄκρας, usque ad ἀπὸ δὲ Κοσύρου..; nam videntur non

(a) Loc. cit. pag. 52, 53.
(b) Pag. 315, lin. 21.
(c) Pag. 316, lin. 6.

suum locum tenere, et silentium Scylacis paullo serius supplere. Sed illud potius non taceo, quam assevero.

Ad not. 762. — In præced. περὶ δὲ τὴν πόλιν λίμνη κεῖται μεγάλη, rescribit Slothouwerus ῥεῖται pro κεῖται. Sic ille *(a)*: De fluviis notissimum est verbum ῥεῖν, ῥεῖσθαι, neque semel κεῖσθαι usurpatum novi, nisi unum excipias Orphei locum Argonaut. vs. 734, ubi tamen pro vulgato

Ἠ, ἐνὶ Θερμώδων κεῖται, Ἅλυός τε ῥέεθρον.

Jam emendavit verissime Eschenbachius,

Ἠ, ἐνὶ Θερμώδων ῥεῖται, Ἅλυός τε ῥέεθρον.

At imprimis pro mea conjectura facit locus Hermesianactis, vs. 5.

. . . . λίμνης δ' ἐπὶ μακρὸν αὔτει
Χεῦμα δι' ἐκ μεγάλων ῥυομένης δονάκων,

uti eum restituit ὁ πάνυ Ruhnkenius in Ep. cr. II, fine.

Viri doctiss. emendationem ægre admiserim. Quod desint exempla verbi κεῖσθαι de fluviis, illud non mirum; nam repugnat fluviis labentibus sensus hujus verbi. Sed paullulum offendit lectorem usus τοῦ ῥεῖσθαι de *lacu*. Laudat D. V. locum Hermesianactis de lacu quodam, λίμνης χεῦμα ῥυομένης; sed quadrat hic τὸ ῥυομένης ob præcedens χεῦμα. Non minus igitur eget exemplo ῥεῖται de lacu, quam κεῖται; imo habet Hann. Peripl. p. 114, lin. 12: λίμνην οὐ πόῤῥω τῆς θαλάττης ΚΕΙΜΕΝΗΝ; et Polyb. (IV, 63, p. 148, med. Schweigh.) de Ambracico sinu: ἐφ' ἑκατὸν στάδια κεῖται. Cf. Strab. p. 650, C, ed. Amstel.


Ad not. 776. — Supra pro Αἰθίοπες Ἱεροί, rescribit doctiss. Slothouwerus *(b)* Αἰθίοπες Ἑσπέριοι. Laudat v. d. Strabon. XVII *(c)*, Plin. VI, 30, et inprimis quæ notavit Salmasius in *Plin. Exercit.* pag. 877. Corruptelam inde enatam conjicit, quod exscriptor primam syllabam τοῦ Ἑσπέριοι neglexerit; et facilis mutatio τοῦ ΠΕΡΙΟΙ in ΙΕΡΟΙ. Ingeniosa viri conjectura est; sed forsan non ita facile admittenda. Cf. not. nostram 772, pag. 540.


Ad not. 801. — Nunc rescribo: Διάφραγμα διὰ τῆς θαλάττης ΑΠΟ τῆς Εὐρώπης... Nam hoc mare non est potius Europæ, quam Asiæ. Conf. not. 40.


(a) Loc. cit. pag. 54.
(b) Loc. cit. pag. 55.
(c) Pag. 827 (pag. 1183, sqq.)

Ad pag. 560 (in Add. ad not. 140). — Imo Thucydidis scribendi formam, in simili oratione, Xenophon (*Hellenic.* VI, 2, §. 6) imitatus est : *ἔπι δὲ κεῖσθαι τὴν Κέρκυραν ἐν καλῷ μὲν τοῦ Κορινθιακοῦ κόλπου, ... ἐν καλλίστῳ δὲ τῆς τε ἀντιπέρας ἠπείρου, καὶ τοῦ εἰς* Πελοπόννησον *ἀπὸ Σικελίας παράπλου*. Simillimus est sensus xenophontei loci, ac thucydidei. Hic laudandus Casaubonus, qui in adnotat. ad Dionys. Halicarn. *Ant. Rom.* VI, pag. 1044, edit. Reisk., scribendi formam *καλῶς τινὸς*.... explanat. Sic Dionysius : .... *καταλαβέσθαι κελεύσας ὄρος τι καλῶς ἐν παρόδῳ κείμενον ταῖς παρακομιζομέναις* Λατίνοις *ἀγοραῖς οἴκοθεν*, quod sic vulgo vertunt : *Imperavit ut occuparet collem quendam opportune in ipso* TRANSITU *situm, qua commeatus domo Latinis apportabantur* (*παρακομιζομέναις*). Sed hic omnino de *præternavigatione* circa Italiam agitur, nec *διάπλυς* ulla in *παρόδῳ* continetur. Ceterum minime respicit Casauboni adnotatio ad vim τοῦ thucydidei *παράπλυς*, nec objurgandus vir quod in laudatis locis de hac non disseruerit. Adfert ille, præter Xenophontis loc. supra cit., Diodori hæc (XII, 54) : ... *διὰ τὸ τὴν Κέρκυραν εὐφυῶς κεῖσθαι πρὸς τὸν εἰς Σικελίαν πλοῦν*. Caret in illo *πλοῦν* vis *præternavigationis*, quæ ante et post maris Adriatici *διάπλουν*, fiebat ; at si *πλοῦς* tantum fuisset Græcis, ut ex Peloponneso Italiam peterent, minime Corcyræos timendos habuissent, sed quasi alata fuisset per altum navigatio. Sed non ita : ergo negligentius ibi adhibet Xenophon vocem *πλοῦν*, et hic ille est, qui in errorem induxit multos, ut Thucydidem verterent, quasi *παράπλυς* in illo adhibitus esset pro *πλοῦς*.

Ceterum eodem sensu Thucyd. IV, 2, adhibet *παραπλέοντας*, quod male vertunt *in transitu*. Sic etiam *παραπλέων*, III, 34, init. In sensum thucydidei loci (I, 36) acutius penetravit vir amicissimus Longuevillius (*Harangues tirées de Thucyd.* pag. 20, not. 69, Paris, 1823), et intellexit rem agi de *præternavigatione*. Habet vox ibi *παράπλυς* in se *διάπλυ* partem, pariter ac Scylax quoque *διάπλυν* quemdam intellexit in hisce : Ὁ *δὲ ανάπλυς εἰς τὴν λίμνην βραχύς*. . . . §. 106, pag. 306, fin. De quo cf. not. 653, pag. 504, 505.


NTRA . COLUMNAS
Y A
Carthago
ulea
Carthago


35
40


Calymna ins.
AMORGOS
Ins. et urbs
Halicarnassus
COS INS.
Cos
Cnidus
Ceramicus sin.
Nisyrus ins. et Port.
T
S et LYDIA.



35
40
45
EUROPA
SARMATÆ
Tanais F. Asiæ et Europæ terminus
Sauromatæ
Gynæcocratumeni
ASIA
MÆOTIS LACUS
Mæotæ
Sindi
Cercetæ
Achæi
Heniochi
Coraxi
Colica
Melanchlæni
Geloni
EUXIN

INDEX GENERALIS

RERUM ET VERBORUM.

INDEX

HISTORICUS ET GEOGRAPHICUS.

(Prior numerus paginam, posterior lineam designat. Nomina omnia ad Scylacem respiciunt, præter pauca quæ habent notam *Hannonis*. Recentiora locorum nomina uncis inclusi, quotquot colligere mihi contigit. Incertæ scripturæ ap. Scyl. verba *italicis* literis exaravi).

EMENDANDA ET SUPPLENDA.

Pag. 22, l. 20, ὁμαίμονας, leg. ὁμονόμους.

Pag. 54, lin. ult. pro *ed. Lucc.*, leg. *ad Lucc.*

Pag. 75, l. 8, adde : *Cf. Theophrast. Hist. plant.* IV, 7, *p.* 82, *init.*, *et Marcian. Heracl. pag.* 5 *med. et pag.* 6 *fin.*, *Hudson.*

Pag. 113, l. 6 ab ult., post LIBYCARUM adde TERRÆ.

Pag. 116, l. 4 ab ult., pro *pelles erinas*, leg. *pelles ferinas.*

Pag. 208, l. 10 et 11, dele : *Herodoto urbem jam memoratam.* — *Ibid.* lin. ult. post *Orb. descr.*, pro v, *445*, leg. *vs.* 445.

Pag. 214, l. 7, pro 174 *ant. Chr.*, leg. 314.

Pag. 215, l. 3, pro *meridiem versus*, leg. *occidentem versus.* — *Ibid.* l. 24, pro *prior*, leg. *posterior.*

Pag. 216, l. 24, pro *ex Cotyora usque Tibarenorum urbem*, leg. *ex Cotyora Tibarenorum urbe usque....*

Pag. 224, l. 4, pro *Crenide*, leg. *Cnemide.*

Pag. 242, l. 16, pro *Voss.* ἐφ', leg. *Salmasius* ἐφ'.

Pag. 243, l. 7 ab ult., leg. *Heracleum.*

Pag. 245, l. 12, pro αὐτῆς ἀπὸ Σπίνης, leg. αὐτῆς ἀπὸ Πίσης.

Pag. 246, l. 11. γυναικοκρατοῦνται]. Hic conferendus locus Aristotelis (*Politic.* cap. 9, pag. 328, E, ed. Paris. 1619 : Ὥστε ἀναγκαῖον ἐν τῇ τοιαύτῃ πολιτείᾳ τιμᾶσθαι τὸν πλοῦτον, ἄλλως τε κἂν τύχωσι γυναικοκρατούμενοι, καθάπερ τὰ πολλὰ τῶν στρατιωτικῶν καὶ πολεμικῶν γενῶν, ἔξω Κελτῶν. Ibi ἔξω ambiguum est. Gallicus interpres *Champagne* (t. I, p. 133) : *Si vous exceptez les Celtes.* Lambinus : *præter Celtas*, quod ego admiserim cum sensu gallice, *et entre autres les Celtes, sans compter les Celtes.*

Pag. 252, l. 20, pro *in Castidis regione*, leg. *in Castidi reg.*

Pag. 258, l. 3 ab ult., pro *Euanthis*, leg. *Evanthis.*

Pag. 259, l. 17, pro *juxta Cirræum*, leg. *per Cirrhæum.*

Pag. 260, l. 5 ab ult., pro *montosa*, leg. *sinuosa.* Cf. not. 192, p. 390.

Pag. 265, l. 16, pro φαῦλος, leg. φαυλός : — *Ibid.* l. 21, leg. *Polyrrhena, quæ a borea versus notum utrimque pertingit. Dictynnæum Dianæ fanum versus boream....*

Pag. 268, l. 4, leg. ἔστι. — *Ibid.* l. 11, post τριῶν, dele numerum 291.

Pag. 274, l. 4, sic interpunge : Θρόνιον, Κνημίς· Ἐλάτεια, Πανοπεύς. Nempe distinguendæ urbes priores maritimæ, a posterioribus mediterraneis. — *Ibid.* l. 19, pro *Elataà*, leg. *Elatea.* — *Ibib.* l. 3 ab ult., pro *Heraclæa*, leg. *Heraclea.*

Pag. 279, l. 1, pro ἐστί, leg. ἔστι. — *Ibid.* l. 24, pro ALIAQUE EMPORIA, SAION, *ubi prave* SAION pro SAGION, lege : ALIAQUE EMPORIA SAIORUM.

Pag. 281, l. 17, pro κοινὸν, leg. κοινῶν.

Pag. 282, l. 16, leg. *ad Pontum.*

Pag. 283, l. 3 ab ult., pro *Achilli*, leg. *Achillis.*

Pag. 284, l. 4, post [illegible], pro numero 441, leg. 442.

Pag. 291, l. 7, post Ὀλβιανῆς *punctum* subjunge. — *Ibid.* l. 20, pro *Mariandynorum*, leg. *a Mariandynis.*

Pag. 295, l. 8, sic distingue : Γρύνειον, Ἀχαιῶν λιμήν, utpote de diversis locis ; et lin. 24, leg. *Grynium et Achæorum portus.* Conf. Strabon. pag. 923, B.

Pag. 295, l. 12. Ἐν μεσογείᾳ... Αἰγαί. Plinius, V, 30, init. : *et intus Ægæ.* — *Ibid.* l. 13. Sic totum locum nunc compono :... Αἰγαὶ [καὶ Λεῦκαι καὶ λιμένες, καὶ Σμύρνα ἐν ᾗ Ὅμηρος ἦν] Φώκαια καὶ λιμ. Nempe non tantum interpolatum judico καὶ Λεῦκαι καὶ λιμένες (cf. not. 550, 551), sed etiam sequentia καὶ Σμύρνα ἐ. ᾗ Ὁ. ἦν. Nam prave sic collocatur Smyrne ad septentrionem Hermi fluvii et Phocææ urbis, quod vero repugnat ; nec vidit interpolator Scylacem Smyrnæ urbis locum dare non potuisse, quum, se vivente, non staret. Testatur Strabo, XIV, 646 (pag. 956, A), hanc urbem a Lydis dirutam fuisse, et territorium illud per vicos (κωμηδὸν) habitatum fuisse per 400 annos, donec Antigonus et Lysimachus civitatem redintegrassent. Atqui, ex Strabonis subputatione data, respicit hæc Smyrnæ veteris ruina ad 700 annos ante Chr., et ad ætatem Scylaci anteriorem. Quid igitur *Smyrnam,* in illius Periplo infigas ?

Pag. 296, l. 4, pro Κολοφὼν, ἐν μεσογείᾳ Νότιον, leg. alia cum interpunctione : Κολοφὼν ἐν μεσογείᾳ, Νότιον.

Pag. 298, l. 6. Liquet etiam ex hoc loco, titulos et intersectiones minime ab auctore libri esse profecta, quum *præternavigatio Cariæ* sub titulo Ῥόδος male collocetur.

Pag. 299, l. 1. Valde suspicor respondere Scylacis *Megisten*, aliorum Cisthenæ; de qua cf. Strab. XIV, 666 (pág. 982, init.). Quod idem conjicit cl. Corayus ad Strab. *Trad. franç.* t. IV, pag. 359. — *Ibid.* l. 2, pro ἐν, leg. ἓν.

Pag. 301, l. 1, pro Καλυνδρὶς πόλις, καὶ λιμὴν Ἀφροδίσιος, rescribe : Κα. πόλις καὶ λιμὴν, Ἀφροδισιάς. Cf. *Addend.* pag. 580, fin.

Pag. 305, l. 3 ab ult., pro numero 280, leg. 780.

Pag. 309, l. ult. ante *Proximus* pone *supra*, ob voculam [illegible], quam rescripsi.

Pag. 312, l. 12, de his verbis :... τῆς ἑτέρας Σύρτιδος, conf. supplenda ad pag. 524, l. 13, mox pag. 620.

Pag. 313, l. 13, pro ἐστι, leg. ἔστι.

Pag. 319, l. 11, pro μέσο τῆς, leg. μέσον τῆς.

Pag. 320, l. 5 sqq. Ἕρματα. Huc respicit Strabo, pag. 210, B, C.

Pag. 321, init. Dele in margine, *Pag. 53 Huds.*

Pag. 322, l. 8, post τὴν Κέρνην, pro numero 738, leg. 783.

Pag. 324, l. 8, pro τῆς θαλάττης τῆς... Εὐρώπης, rescribe, τῆς θαλάττης ἀπὸ τῆς Εὐρώπης. Cf. *Add.* p. 583, init.

Pag. 330, l. 32, pro πέλαγη, leg. πελάγη.

Pag. 328, not. 4. De Columnis adi nostra ad Scymn. *vs.* 139.

Pag. 332, l. 2, adde : *vel potius ex Scymno,* vs. 150.

Pag. 336, l. ult. not. *o*, pro §. 30, leg. §. 27.

Pag. 343, l. 5 ab ult., pro Ῥιζοῦντος, leg. Ῥιζοῦντι.

Pag. 349, l. 22, pro ουτοι, leg. οὗτοι.

Pag. 353, fin not. *b*, pro *cap.* 305, leg. *pag.* 305.

Pag. 357, l. 4 ab ult., post *Mannertum*, leg. *VII, pag. 291, ubi fallitur, et pag. 336, ubi rectius de hac chersoneso.*

Pag. 358, l. 3 ab ult., pro numero 305, leg. 306.

Pag. 363, l. 26, pro *quid prodest*... &c... quod obscuritate laborat, lege : *Minime emendatione egent in veterrima geographia, quæ ad varietates vocum adtinent, nisi adsit aliunde gravissima causa. Nam usitatam olim vocis formam sic forsan delebis.*

Pag. 370, l. 3 ab ult., post *cf. Matthiæ*, adde *Gramm. gr.*

Pag. 373, l. 16, pro ἐστί, leg. ἔτι.

Pag. 374, l. 4 ab ult., leg. *et* Κασσιωπία. *Vossius.*

Pag. 376, l. 16, pro πόλις, leg. πόλεις.

Pag. 383, l. 6 et pass. leg. *Œniad.* — *Ib.* l. 13, dele inania hæc : *quæ civitas*.... et sqq. — Pag. 386, init., leg. ἐστί.

Pag. 387, ad not. 181. — Ego nunc crediderim potius veram esse lectionem Κορσιαί, et bene hanc urbem collocari. Ceterum trajectio locorum foret, legendo cum Berkelio Κρεουσία; nam non est *Creusa* ad occidentem *Sipharum*, sed ad orientem. Cf. Ptolemæum, et Cellarii *Geogr. ant.* t. I, pag. 737. Cf. Otf. Mülleri Tab. geogr. secund. ad *Orchom.* fin., t. I; et J. B. Gailii *Atlas*, pl. 19. Sed quid de *Corsiis* Scylacis? Habet quidem Pausanias (IX, 24 fin.) *Corseam* in Bœotia septentrionali; sed illa nihil ad nostram. Posuit Otfr. Müllerus in tab. cit. *Corsias* juxta fines Bœotiæ et Megaridis; sed quo adductus? Lectionem Κρεουσία cum Berkelio (saltem in versione mea) admiseram, considerando vix potuisse nostrum prætermittere Creusiam, portum Thespiorum. Sed hærenti mihi facem præbuit Plinius, qui (lib. IV, cap. 3, fin.) scribit : *Dein in intimo sinu angulus Bœotiæ adluitur cum oppidis Siphis, Thebis quæ* CORSICÆ *cognominatæ sunt juxta Heliconem.* Atqui hic procedit Plinius ab oriente ad occidentem, et concinit cum Scylace de situ Corsiarum. Aperte respondent nostræ *Corsiæ*, *Corsicis Thebis* Plinii. Et considerandum est Plinium prætermittere quoque Creusiam; quod magis in Scylace offendere lectorem non potest.

Pag. 404, l. 5 ab ult., leg. Ὀσμίδα.

Pag. 412, not. 289, adde : De longis Piræi muris, et variis eorum adpellationibus, conf. Meursii *Piræum*, cap. 2, init. Ceterum habet et Appian. (*Mithr.* pag. 191, init., ed. Steph.) μακρὰ σκέλη. Illud etiam fulcit ea, quæ conjeci pag. 223.

Pag. 416, ad fin. not. 302, adde : Illud etiam contrarium est sententiæ cl. Niebuhri, qui *Periplum* hunc compositum et scriptum fuisse in secunda parte philippei regni contendit. Cf. pag. 226.

Pag. 417, fin. not. 305, adde : De hoc mari cf. Cellarii *Geogr. ant.* t. I, pag. 828, 829, ed. 1703. Hic considerandum est Cycladas insulas apud Scyl. collocari extra Ægæum mare, atque in Ægæo contineri tantummodo *Icum*, *Peparethum*, et alias, quæ jacent ad septentrionem. Hæc concinunt cum Strabonis verbis (pag. 298, A, ed. Amstel.), initium Ægæi maris a prom. Sunio ducentis, et cum aliis ejusdem paullo supra (pag. 495, C), parum intellectis : Εἶτα ἀπὸ μὲν Ἀμβρακικοῦ κόλπου τὰ

ποιοῦντα ἐφεξῆς πρὸς ἕω, τὰ ἀπολειπόμενα τῇ Πελοποννήσῳ, τῆς Ἑλλάδος ἐστίν· εἶτ' ἐκπίπτει τοῦ Αἰγαίου πελάγους, καταλιπόντα ἐν δεξιᾷ τὴν Πελοπόννησον ὅλην. Quæ ultima sic vertunt :... *Græciæ sunt, atque relicta ad dextram tota Peloponneso, in Ægæum mare desinunt ;* et sic gallice doctissimus Corayus :.... (*ces contrées*) *appartiennent à la Grèce, et se terminent à la mer Égée, laissant à droite tout le Péloponnèse.* Verum ἐκπίπτει significat *proficisci ab, initium ducere ab.* Ego sic verto : (*hæc*) *Græciæ sunt, atque relicta ad dextram tota Peloponneso, ab* (*incipiente*) *Ægæo mari incipiunt.* Quem sensum satis fulcit ipse Strabo mox scribendo hanc partem Ægæi maris τελευτᾷ... ἐπὶ τοῦ Σουνίου πρὸς τὴν ἄρκτον. At si vertas *desinunt in*, innuere videaris Ægæum mare sese satis procul extendere meridiem versus, ut in partem illius quamlibet, forsan mediam, Attica desinat.

Page 421, l. 5 ab ult., pro τὸ τοῖον]. *Vulgo legendum*, leg. *Vulgo* τὸ τοῖον] *Legendum.*

Pag. 425, l. 18, adde : Aut fallitur Scylax describendo duplicem urbem *Demetrium* Achaiæ, et *Pagasas* Thessaliæ, aut fallitur Plinius, IV, 8, qui unam ex ambabus facit, proximis quidem.

Pag. 427, not. 347. Nunc non interpolatum judico τὸ ἐκτός. Cf. infra.

Pag. 427, not. 348. Nunc aliter hæc intelligo. Linea ab Ambracia ducta, non pertingit usque ad ostia Penei ; et quæ sunt ad meridiem Penei non esse omnia Helladis cogitat noster. Sed Thessaliam et Magnesiam exteriores esse innuit, at *fere esse Helladis has litorales partes e sinu Pagasetico ad ostia Penei.* Cf. nostra ad Dicæarchi hæc : Ἀφορίζων ἰσθμόν (pag. 20, fin., ed. Hudson).

Pag. 427, not. 351, ante Ἀλωρίς repone *Vulgo.*

Pag. 441, l. 8, adde : Erunt, qui objiciant idem esse forsan hoc Καινὸν τεῖχος, et supra Scylaci laudatum Νέον τεῖχος. Sed, laudato *Antonini itiner.*, *Cænophrurium* ad orientem Perinthi collocanti, nunc insuper addam Plinium (IV, 11) scribentem : *A Dorisco incurvatur ora ad Macron tichos*... et mox :... *Bisanthe, Macron-tichos dictum, qua a Propontide ad Melanem sinum inter duo maria porrectis muris, procurrentem excludit Cherrhonesum.* Prorsus videtur hoc *Macron-tichos*, Melæ etiam memoratum (II, 2, S. 6), respondere scylaceo Νέον τεῖχος, saltem de loco et urbe. Illud etiam comprobat Plinius, qui mox proximam urbibus Selymbriæ et Perintho *regionem Cænicam* distinguit et laudat.

Pag. 443, l. 7 ab ult., pro ἐπὶ δε, leg. ἐπὶ δὲ.

Pag. 445, l. 5, leg. *pl. 102, 103.*

Pag. 450, l. 27, pro γλωσσαις, leg. γλώσσαις.

Pag. 453, not. 461, adde : In Ptolemæo rescribit Tzschuckius *(a)* Τορετικήν. Apud nostrum conjicit doctiss. *Raoul-Rochette* in *Antiquités du Bosphore*, pag. 86, 87 :... καὶ πόλις Ἑλληνὶς καὶ Τορέτης.

Pag. 458, l. 10, pro ὀρθίον, leg. ὄρθιον.

Pag. 462, l. 22, post *Appiano*, adde : *de Bello Mithr.* cap. 101, ed. Schweigh., pag. 240, fin., ed. Stephan. 1592.

Pag. 463, l. 1, ante *sibi* repone *quid.*

(a) In Mel. lib. 1, not. crit., pag. 638.

Pag. 465, l. 30, pro ἐστὶ, leg. ἔστι.

Pag. 467, l. 1. Dele *Ceterum*.... et sequentia, usque ad lin. 4. Scilicet hic vox ἀπὸ exprimit locum, unde Cleostratus astra contemplabatur.

Ad pag. 469, not. 541, vel ad pag. 294, fin. En novum hujus nostræ compagis geographicæ argumentum. Ad meridiem Æolidis Scylax collocat Lydiam, nec vero *Ioniam*, ideo quod ab ætate Crœsi, Ionia sub Phrygiæ ditione erat. Ionum antiquam potentiam celebrat Thucydides, I, 13, sed illos a Cyro iterum subactos refert (I, 16). Exinde usque ad bella medica minime Ionia per se exstitit, sed Lydiæ pars fuit. Iones reperiuntur in exercitu Darii adversus Scythas irrumpentis *(a)*; et hujus ætatis geographiam depinxit noster. Antequam autem Ionia a Crœso subacta, et in Lydia inclusa fuerit, Æolis longius ad meridiem pertingebat, quam apud Scylacem; nempe usque ad Phocæam. Plinius, V, 29: *Finisque Ioniæ Phocæa.* Inde ad septentrionem Plinius collocat *Æolidem quondam Mysiam adpellatam*, V, 30, init. Cum Plinio concinit Scylax dicendo hoc litus, quod est ad meridiem suæ Æolidis, *olim fuisse Mysiæ partem, usque Teuthraniam.* Inde concludendum videtur, Mysos, postquam ex Europa in Thraciam venissent, latius e Propontide regnasse usque ad Phocæam. Postea, Æolis dicta fuit pars litoralis ab Hamaxito Troadis, usque ad Phocæam, et a regione Teuthrania in mediterraneis locis circa Caïci fontes *(b)*. Respiciunt ad hanc Æolidem, sive Mysiam, hæc verba Scylacis, ἐν πρότερον . . . ὁ χῶρος Μυσία μέχρι Τευθρανίας; nec antiquos hujus regionis terminos maritimos innuunt hæc μέχρι Τευθρανίας, sed mediterraneos.

Pag. 471, l. 25, pro πόλις Ἰωνικὴ ἐστιν, leg. πόλις Ἰωνικὴ ἐστίν.

Pag. 478, l. 27, sub fin. not. 572, adde: Cave ne credas *urbem Rhodum* a Scylace laudari. Testatur Diodorus, XIII, cap. 75, init., hanc urbem conditam fuisse anno circiter 368 ante Christ., quippequæ vere ipsa τρίπολις fuerit ob triplicem coloniam insulanorum, sed minime, vivente Scylace, steterit. Est igitur hic Ῥόδος nomen insulæ tantum.

Pag. 479, init. παλαιτάτου, leg. παλαιτάτου. — *Ibid.* l. 7 ab ult., pro τὰ, leg. τῷ.

Pag. 480, l. 8 ab ult., pro *cap. 30*, leg. *cap. 31*.

Pag. 483, l. 9, adde: Suspicatur Mannertus (VI, 2, p. 124), nec inficete, vix a Scylace ipso proficisci hanc urbem *Syllium*, quam Ptolemæus et Hierocles proximam urbi *Pergæ* collocant, Pergen inter et Aspendum, Periplus vero noster ad occidentem Aspendi et Eurymedontis fluvii. Strabonem quoque (XIV, 983, C) testem vir doctus (l. c. pag. 127) adducit, lacunam ibi implendo; de qua cf. Corayum subtiliora conjicientem ad Strab., *Trad. franç.* t. IV, pag. 363, 364. Si genuinam esse lectionem apud Scylac. volueris, conjiciendum est nostrum laudasse statim Aspendum, cujus forsan territorium, utpote urbis potentissimæ, ad mare, Catarrhacten versus, descendebat. Sic post Aspendum memoranda urbs Syllium supererat.

(a) Herodot. IV, 133.

(b) Strab. pag. 857, A, scribit quidem esse Teuthraniam mari vicinam et Caïci ostiis; sed hæc non delent verisimilitudinem historicam, et Plinii, V, 30, verba hæc: *Supra Æolida et partem Troadis, in mediterraneo est, quæ vocatur Teuthrania, quam Mysi antiquitus tenuere.*

Pag. 483, l. 8 ab ult. in citatt. *(a)*, lege : Arrian. I, 17, p. 26, C, ed. Stephan. 1575. — Polyb. XXII, 17, §. 11.

Pag. 489, l. 6, adde : *De Salaminis cypriæ ortu, cf. Raoul-Roch. Hist. des colon. II, 391 ; et de urbis portu, Mannert. VI, 1, p. 572.* — *Ibid.* l. 15, adde : *Mox de AMATHUNTE, urbe barbara, conf. Mannertum, VI, pag. 580, 581.*

Pag. 493, l. 8, adde conjecturam posteriorem. Judicat, nec immerito forsan, Mannertus (VI, 1, pag. 377) confusa fuisse nomina *Porphyreon* et *Leonton* de urbe eadem. Sed illud non respicit ad scylaceam geographiam, quæ nomen utrumque de duplici loco adfert. Nempe potuit urbs *Leonton*, ejusdem nominis ac flumen, stare juxta mare, sed paullulum a mari distans, et vicinam habere Porphyreon, mari propiorem. Sic prætermisit Scylax *Leonton*, dum, relicta *Beryto*, *Porphyreon* peteret, et mox *Sidonem*, et *Ornithon*. Sed potuit noster adjicere : Ἀπὸ Λεόντων πόλ. μέχρι Ὀρνίθων πόλεως, Τυρίων πόλις Σάραπτα ; nec mirum, quod Leonton nunc primum laudetur. Sic Scylacis locum hunc totum nunc explicarem, ne ad septentrionem Tyri habeamus proximam *Saraptam*, dum sit Ornithon proxima Tyro, ut recte vidit Mannertus (l. c. pag. 371). Sic potuit noster urbem Saraptam ponere patentem ab urbe fere mediterranea *Leonton*, usque ad Ornithon urbem, cui contermina est Tyrus. Ergo delenda puncta, quæ lacunam innuunt. Ceterum, diruta vel *Leonton*, vel *Porphyreon*, duplex nomen in unam reduci potuit, quod conjicit Mannertus.

Pag. 496, l. 23-25. Pro *quæ quem Cilicia ipse est*.... lege *quæ Cilicia ipsa est*, et ulterius repone *quem* ante *supra non nominavit*. — *Ibid.* l. 6 ab ult., leg. ἀπεσχισθέντα.

Ad not. 638, pag. 496, 497. Quæ inconsideranter hic scripsi, sic refinge : Diserte septem ostia numerat Scylax, præcipua *Pelusiacum*, *Sebennyticum*, *Canopicum*, et postea *Tanicum*, in quod a Pelusiaco descensus erat : *Mendesium*, derivatio Sebennytici, et *Phatnicum* Mendesii ; et tandem *Bolbiticum*, quod ait noster in mare delabi ex magno lacu Sebennytico *(a)*, quem memorat et Stephanus. In loco Herodoti laudato (pag. 496, fin.), recedit Herodotus a Scylace in eo, quod e Sebennytico ostio deducat Saiticum et Mendesium, dum dixerit noster proficisci quidem Mendesium e Sebennytico, sed proficisci Tanicum (idem *(b)* ac Saiticum Herodoti) a Pelusiaco. Sed non sibi inter se con-

(a) Unius meminit noster paludis Sebennyticæ, Strabo (pag. 1153, D) plurium, λίμναι εἰσίν. Forsan omnia hæc loca latius amplectebatur olim Sebennytica Scylacis ; hod. EDKOU et BOURLOS, et perveniebat usque ad Bolbitinum ostium, ita ut ex hac palude delabi illud posset. Non obstant loca Straboni ad orientem Bolbitici laudata (p. 1153, C), quin palus hæc omnia contineat. Scribit idem ille pag. 1154, fin., esse pagos in similibus paludibus.

(b) Fallitur vir doctiss. *Champollion* junior in *l'Égypte sous les Pharaons*, tom. II, pag. 15, scribendo Herodotum post *Pelusiacum* posuisse proxime *Mendesium*. Attamen *Saiticum* laudat ille, quod inter Mendesium et Pelusiacum aperte delabitur. Forsan sententiam mutavisset vir doctiss., si ante oculos habuisset Strabonis hæc verba : Εἶτα τὸ Τανιτικὸν στόμα, ὅ τινες Σαϊτικὸν λέγουσι (pag. 1154, D). Nempe aut duplex fuerat urbs Sais in Delta ; aut confuse pronuntiata fuerunt Taniticum et Saiticum. Cf. ingeniosa conjicientem Cellarium in *Geogr. ant.* tom. II, part. III, pag. 18.

tradicunt ambo; nam proficiscebatur revera e medio, id est, Sebennytico, ostio Saiticum, et ante Bubasten, canale perfosso, undas Pelusiaci excipiebat; ita ut non immerito, alii Saiticum vel Tanicum a Sebennytico, alii a Pelusiaco delapsum scribere potuerint.

Pag. 497, l. 11, adde: Cf. et *Champollion* junioris *l'Égypte sous les Pharaons*, t. II, pag. 17.

Ad not. 642, pag. 498, adde: Hic notandum minime laudari a Scylace græcanicam adpellationem *Delta*. Illud minime ægyptiacum, sed conjicit *Champollion* junior (loc. cit. t. II, pag. 26) hanc partem in ostiis Nili inclusam, et Ægyptiis πτίμυεις dictam *(a)*, ab ægyptiaco quodam verbo manare, cui sensus est *cingere*; quia Nili brachiis hæc pars circumcingeretur. Ut ut est, laudat primus Herodotus (II, 13) τὸ καλούμενον Δέλτα; nec vero Scylax, cujus forsan ævo hæc adpellatio nondum invaluerat.

Pag. 503, l. 21, leg. ἰσὴν.

Pag. 512, l. 15, pro *rescribendum, foret* καὶ, sic interpunge: *rescribendum foret*; καί.

Pag. 517, fin. in citatis *(a)*, ante IV, 38 repone *Herodot.*

Pag. 521, l. 4 ab ult., ante 'Αναχινῖται repone *Vulgo*.

Pag. 524, l. 13, lege 'Ιεροντίας init., et mox adde: Imo suspicor totum locum post ἀπὸ δὲ Θάψου Λέπτις μικρὰ καὶ 'Αδρύμης ἐστί (pag. 314, l. 7), usque ad Μετὰ δὲ τὴν Σύρτιν... (pag. 315, l. 8), recentioris manus interpolationem esse. Videtur mihi Scylax, sicut ac Herodot. II, 32, *unam* Syrtim numerare, quam *magnam* alii dixerunt. Quum illam describit noster (pag. 311), minime *priorem*, sive *majorem* dicit, sed τὴν Σύρτιν. Quum ad occidentalem venerit (pag. 313, fin., et pag. 314, init.), minime nuntiat *alteram Syrtim*, sed nos perducit usque ad *Leptim parvam*, et *Adrymetum*, prætermissa adpellatione *Syrtis*. Mox quidem multus est in describendis iis locis, et tunc habemus Σύρτις... ἡ μικρά, sed in suspectis verbis, et postquam præterivimus opportunam dicendi occasionem, initio scilicet pag. 314, ubi descriptionem series rerum poscebat. Hunc locum jam suspectum habui cum Ukerto; cf. pag. 524, init.; et iterum idem judico, ob laudatam *parvam Syrtim*, dum *magnam* non laudaverit. Reperio quidem pag. 312, initio §. 109,.. τῆς ἑτέρας Σύρτιδος; sed inserta hæc verba judicare non me pudet, quum vere scylaceus contextus et genuina libri compositio, illa respuant. Mox pag. 319, lin. 8, fit iterum mentio τῆς Σύρτιδος τῆς παρ' 'Εσπερίδας μέχρι 'Ηρακλείων στηλῶν ἐν Λιβύῃ; sed hæc etiam recentiorem manum redolent. Primum non nihili est illa eadem discrepantia, quam pag. 312, init. notavi. Imo vix nostri græcismus esse videtur Σύρτιδος τῆς παρ' 'Εσπερίδας, quod jam conjeci not. 761, pag. 535. Et insuper addit interpolator de litoribus ab Hesperidibus ad Gaditanum fretum, πάντα ἐστὶ Καρχηδονίων. Sed hæc videntur respicere ad geographiam a scylacea diversam, quum ille nihil tale supra in contextu dixerit, ubi convenientius potuisset. Cf. not. 728, pag. 529. In tabula igitur geographica unam Syrtim pono, et simul triplicem in

(a) Conf. Stephan. voc. Δέλτα.

Periplo locum interpolatione laborantem conjicio. Condona mihi, lector, si Periplum Scylacis lacerare sæpius ego videar, qui integritatem libri, quod ad summam pertinet, fulcire et servare voluerim. Ut ut est, considera hæc esse quasi corporis extremas partes, quas protendere aut abscindere quibusdam libido esse potuit; sic sub finem libri (pag. 326), aperte adjectum est §. 113, *de magnitudine insularum*, ubi viginti numerantur maximæ, dum septem in titulo noster nuntiaverit. Sed tantæ audaciæ vulnera contextus libri non passus est.

Pag. 526, l. 9 ab ult., adde : Liquet hoc intervallum sumi ab urbe Adrymeto, orientem versus, usque ad Neapolim illam, Cinyphi fluvio vicinam.

Pag. 530, l. 17, pro [illegible], leg. [illegible].

Pag. 531, l. 1, pro [illegible], leg. [illegible]; lin. 29, pro [illegible], leg. [illegible].

Pag. 531, not. 735. Urbs vetus *Melita* in medio insulæ collocanda est, si creditur Anglo viatori *Brydone* in *Voyage en Sicile et à Malte*; traduction française, t. I, pag. 388.

Pag. 535, not. 761, adde : De hoc loco, cf. *Errata* ad p. 524, l. 13.

Pag. 536, l. 17, pro [illegible], leg. [illegible].

Ad pag. 540, not. 773, adde : De hujusmodi [illegible], sive *aris*, cum sensu fanorum usurpatis, cf. Solinum, IX, §. 10, et Letronnii *Recherches sur Dicuil*, p, 166, 167. De loco emendando sic vir doctiss. : *M. Cassel, dans une dissertation citée par Villoison (Epist. Vinar., pag. 15), voulait* [illegible].... *M. Gossellin, en traduisant « un grand autel consacré à » Neptune Phénicien », semble avoir lu* φοινίκων Ποσειδῶνος; *cette correction paraît la plus probable.... L'altération de* [illegible] *en* [illegible] *s'explique en supposant que les copistes avaient écrit* [illegible] *par abréviation, selon leur usage (Bast, Lettre critique, pag. 96) : il n'y a pas loin de là à* [illegible].

Pag. 546, l. 12, pro [illegible], leg. [illegible].

Pag. 550, l. 5, adde : Cf. Ast. ad Plat. *de Legg.* pag. 123. — *Ibid.* l. 10, pro *idem*, leg. *Eadem*; aut mox pro *quæ*, rescribe *quod*.

Pag. 557, l. 5, leg. [illegible].

Pag. 560, l. 29, pro *pag. 583*, leg. *pag. 584*.

Pag. 565, l. 15, adde : Cf. nostra ad Scymn. vs. 152.

Pag. 567, fin. in cit. *b*, post *Dorier, lib. IV*, pro *pag. 126*, leg. *pag. 426*.

Ad pag. 568 (in not. 221), lin. 16, dele [illegible] (*ut ait Pausan.*), quæ frigent, et adde jam notatis : Situm urbis generaliter et portus, Thucydides, unus veterum indicat. Ait ille hanc insulam fuisse locum, quo deveniebant naves ex Libya et Ægypto; sic enim intelligo [illegible] (IV, 53), nec vero de *portu*. At illud innuit tamen portum insulæ spectare meridiem versus, ut naves illuc libentius adpellant. Imo mox, ex eo quod Athenienses a continente transeant in insulæ partem ad Maleam prom. conversam (IV, 54, init.), et ibi urbem et portum Scandeam non inveniant, sed ex hoc loco Scandeam petant ([illegible]), inde concludendum, Scandeam non fuisse continenti obversam. Nihil aliud habemus de situ. Sed in tabulis geographicis reperimus in litoris medio hujus insulæ ad orientem, sinum quemdam natura munitum, qui meridiem spectat. Imo ibi collocat *ruinas* Pouquevillii

tab. geogr. ad calc. t. IV, *Histoire de la régénération de la Grèce.* Ibidem doct. *Barbié* jam posuerat Scandeam; cui libentius adsentior, quam Danvillio illam collocanti ad meridionales insulæ partes. Ceterum, semel constituto Scandeæ situ, facile urbs ipsa Cythera constituitur. Nam, ait Pausan., Cytheras distare 10 stad. a portu Scandea.

Pag. 569, l. 22, post *Müllerus*, adde : *Dorier, t. III, pag. 466.* — *Ibid.* l. 2 ab ult. in citt. *(b)*, pro *Addenaa*, leg. *Addenda.*

Pag. 572, l. 22, leg. *Niebuhri.*

Pag. 574, l. 4, pro *totidem*, leg. *duarum.* — lin. 11 ab ult., leg. *Syros.* Adde hæc: Quum paullulum offenderetur vir doctiss. quidam, quod Ciliciam scylaceam tam late producerem, mihi amice insinuavit ille forsan Thapsacum Scylacis respondere Oronti, eo potius quod vix silentio tantum flumen prætermittere hic geographus potuerit. Illud autem mihi jam in mentem venerat. Sed a mea sententia etiamnunc non recedo. Si Xenophontea geographia hujus loci objicitur, in qua Ciliciæ urbs ultima Issi reperiuntur (Anab. 1, 4, 1), et amnis *Cersus* intra *Pylas Ciliciæ et Syriæ* delapsus (l. c. §. 4), pro termino datur, illud ipsum comprobatio erit nostræ opinionis. Nam aperte respicit Xenophontis descriptio ad seriora tempora, et diversa est nostri geographia a Xenophontea, quum *Myriandrus* ap. Scylac. sit Ciliciæ adnumerata, ap. Xeneph. contra (l. c. §. 6) in Syria includatur. Forsan erravit Scylax, dum Ciliciam usque ad Phœniciam produceret; sed ita produxit procul dubio, quippequi scripserit : Ἐν δὲ τῇ Συρίᾳ οἰκοῦσι ΤΑ ΠΑΡΑ ΘΑΛΑΤΤΑΝ Φοίνικες ἔθνος. Scripsisset noster οἰκοῦσι παρὰ θάλατταν, et vocula τά abstinuisset, si non *totam litoralem Syriam* Phœniciæ adscripsisset. Ceterum cf. alia mea argumenta pag. 489 et 574.

Pag. 577, l. 15, fin. leg. *pag. 208.* — *Ibid.* l. 20 et 21. Cum Herodoteo hoc loco conf. Strab. pag. 28, fin. (p. 50, post med.).

Pag. 578, l. 25, pro Ἀχαιοί, leg. Ἀχαιοί.

Pag. 580, l. 25, leg. Ὀασία. — *Ibid.* l. 27, post *reperiatur*, adde: *Utpote a Ptolem. Philadelpho condita.* Cf. Strab. loc. cit.

Ad pag. 581, ad not. 601. Quum Sarpedon urbs sit apud nostrum, promontorium apud ceteros, nunc suspicor τὸ ἔρημος interpolationem esse recentioris cujusdam, qui Sarpedonem, se vivente, esse desertam, nuntiare voluerit.

Pag. 585, col. 2, lin. 15 ab ult., leg. not. 514, pag. 463.

Ad pag. 585, *Antiquitatis argumenta in Scyl.* Adde: Desunt urbes *Motye, Soloeis, Panormusque,* quas ait Thucyd. (VI, 2, fin.) post crescentem in Sicilia Græcorum potentiam, Phœnicibus superfuisse. Nempe tunc temporis procul dubio hæc emporia diruta fuerant. Etiam in Sicilia duraverat Carthag. potentia usque ad annum 508 ante Christum, quum Spartanam coloniam huc devenientem profligaverint (Herodot. V, 46). Sed Gelon mox regnum Gelæ et Syracusarum usurpat anno 491; illo regnante, urbs Syracusæ *confestim floruit*, teste Herodoto, VII, 156. Annis sequentibus, procul dubio Carthaginienses e Sicilia pepulerat, quod ait ipse, Gelo : ... ὑποτείνοντός τε τὰ ἐμπόρια συνελευθεροῦν ... ἀλλ' οὐ γὰρ ἡμῖν καὶ ἐπὶ τὸ ἄμεινον κατέστη (Herodot. VII, 158). Imo liquet illos explusos fuisse,

quum anno 480, Siliciam invadant cum exercitu 30,000 hominum, teste Diodoro XI, 1, fin. Cf. Herod. VII, 166. Laudat quidem serius Thucyd. VI, 46, *urbes in Silicia Phœnicicas et Græcanicas* (πόλεων καὶ φοινικῶν καὶ ἑλληνίδων); sed hæc respiciunt *ad originem urbium*, nec vero ad imperium Carthaginiensium in Silicia. Stare poterant urbes punicæ originis, post deletam eo Carthaginiensium potentiam, deletosque portus præcipuos. Nusquam alibi Thucydides laudat Panormum, Soloentem et Motyen, quam in libro VI, init., ubi de antiquitatibus Siciliæ tractat. Ceterum regnum occupavit Gelo, anno 491; is potuit bellum Carthaginiensibus intulisse, et illos pepulisse, anno circiter 488. Potuit Scylax suum Periplum scribere intra annos 488 et 484. Nam Camarinam laudat, adhuc stantem anno 483. Imo laudavisset noster Athonis collum perfossum, sicut in Leucadia pag. 256 egit, si post annum 580 scripsisset. Tot et tanta argumenta non deleri possunt, ideoquod attica dialecto constantem libellum teneamus. De quo cf. supra, pag. 205.

Pag. 590, col. 2, lin. 14, interpolationibus notandis adde : *Cf. pag. 616, lin. 9, sqq.; p. 619, fin.; et p. 621, med., supplenda ad not. 712, ubi triplex interpolatio conjicitur.*

Pag. 595, col. 1, l. 1, pro *pag. 579*, leg. *pag. 580*. — *Ibid.* l. 3, pro *pag. 580*, leg. *pag. 581*. — *Ibid.* l. 4 init., leg. *pag. 581*. — *Ibid.* l. 5, pro *ib.*, leg. *pag. 582*. — *Ibid.* l. 5, fin., leg. 583. — *Ibid.* l. 6, fin., leg. 583. — *Ibid.* col. 1, l. 9 ab ult., in indic. emendat. adde : Cf. et pag. 578, ad not. 326.

Pag. 597, in *Indic.* voc. *Acherusia pal.* adde : Hod. lacus ANGELO-CASTRON, fors. cum lacu VRACHORI. Cf. tab. Acarnaniæ ad calcem, t. IV, Pouquev. *Histoire de la Grèce*. — *Ibid.* voc. *Achilleus port.* adde : Juxta MANCA. — *Ibid.* voc. *Adrymes*, adde : Hod. MEHEDIA. Cf. *Journ. des voyages*, oct. 1823, pag. 52, 53.

Pag. 598, post voc. *Antandrus*, adde : ANTHANA, 263, 12.

Pag. 599, voc. *Belbina*, adde : *Hod.* SAINT-GEORGES d'ARBORA.

Pag. 600, *Indic.* voc. *Calauria*, dele SIDRA *vel.*

Pag. 603, voc. *Epidaurus.* Sic refinge : Epidaurus, *urbs Lacon.* (*juxt.* MONEMBASIA; *al.* NAPOLI DI MALVESIA), 263, 11. — Epidaurus, *urbs juxta Arg.* (EPIDAVRO), 269, 6. — Epidaurus *regio*, 267, 7, 8; 269, 7, 10. — Epidauria, 267, 10.

Pag. 604, voc. *Gades ins.*, adde : Antiquas Gades omnino easdem esse ac hod. *Cadix*, judicat cl. *Férussac* in *Journ. des voyages, août* 1823, pag. 145, 146, 243.

Pag. 607, col. 2, l. 5 ab ult., pro TRAPOLIZZA, leg. GRITZA ; *al.* MILIA. — *Ibid.* l. 2 ab ult., leg. *Maria palus*, *hod.* MARYOUT.

Pag. 610, voc. *Philæni aræ*, adde : Illas intra *Zaphran* et *Mesurata* collocat *Capit. Smyth* in *Journal des voyages*, oct. 1823, pag. 50.

FINIS VOLUMINIS PRIMI.